

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Luciani viri q̄ disertissimi cōpluria opuscula longe festiuissima ab Erasmo Ro-
terodamo & Thoma moro interpretibus optimis in latinorum linguam tra-
ducta. hac sequentur serie.

Ex Erasmi interpretatione

Toxaris siue de amicicia Luciani dialogus.

Alexander qui & Pseudomantis eiusdem.

Gallus siue Somnium eiusdem quoq; luciani

Timon seu Misanthropus.

Tyrannicida seu pro tyrannicida eiusdem declamatio.

Cum declamatione Erasmica eidem respondente.

De iis qui mercede conducti degunt dialogus eiusdem.

Et quædam eiusdem alia

Ex Mori traductione.

Tyrannicida Luciani Moro interprete.

Declamatio Mori de eodem.

Cynicus Luciani a Moro versus

Menippus seu Necromantia Luciani eodem interprete.

Philopseudes seu incredulus Luciani ab eodē Moro in latinā linguā traductus:

Ex ædibus Ascensianis,

Reuerendo Patri Domino Ricardo Episcopo vvintoulenſi Erasmus Roterodamus. Sa-
lurem plurimam dicit.

E Priscorum vsq; saculis mos hic in hac nostra tempora deductus est amplissime
pater: vt calēdis Ianuariis principe incuntis anni die munuscula quæpiam missi-
tentur: q̄ nescio quid lætioris ominis afferre credūt: tū his ad quos abeūt: tū illis ad
quos redeūt. Itaq; quū ego dispicerē ecquid tandē muneris a nobis irer ad tm̄ Patroni: ac-
tā potentē amicū: neq; quicq; in mea reperirē supellectile præter meras chartulas: profe-
cto chartaceam strenā mittere sum coactus: q̄q; quid aliud potius mitti conueniebat ab ho-
mine studioso: ad præsulē omnibus quidem fortunæ muneribus magnificentissime cumu-
latum: Sed qui virtutem: virtutisq; comites: honestas litteras infinitis calculis anteponat
quicq; tanq̄ contemptim poenēq; dixerim inuitus fortunæ dona admittat: animi bonis quū
sit opulentissimus: tamē semper magis ac magis cupiat ditescere! Porro nostrū hoc munus-
culum: si nulla alia licet: saltem Terentiani Parmenonis exemplo: hoc nomine cōmendabi-
mus: q̄ nō ex Aethiopia verum e Samosata vsq; Græciæ vrbe sit profectum. Est autem dia-
logus Luciani: cui titulus Toxaris siue de amicitia: quem nos paucis his diebus latinum fe-
cimus. Qui quidem (vri spero) nō omnino futurus est ingratus tuæ excellētiæ: vel ob id q̄
amicitiā prædicat: rem adeo sanctam vt barbarissimis etiā nationibus olim fuerit venerā-
da: Nunc christianis vsq; adeo in desuetudinē abiit: vt non dicam vestigia: sed ne nomē qui-
dem ipm̄ exeret: quū nihil aliud sit christianismus: q̄ vera perfectaq; amicitia: q̄ cōmori Chri-
sto: q̄ viuere in Christo: q̄ vnum corpus vna anima esse cum Christo: hominū inter ipsos ta-
lis quædam cōmuniō: qualis est membrorū inter se corporis. Neq; minus tamen iucundus
q̄ frugifer futurus est: si modo decorum obseruet. quod in personis sitū est. Nam Mnesippi
Græci sermo q̄ tot⁹ Græcanicum quiddā sapit: comis: facit⁹: festius: contra Toxaridis Scy-
thæ oratio: q̄ tota Scythicū quiddā spirat: simplex: icōdita: aspera. sedula: seria fortis. Quin
etiam dictionis discriminē quasiq; diuersum filum a Luciano de industria affectatum pro no-
stra virili referre curauimus Hanc igitur qualemq; clientuli tui strenulā amplissime præ-
sul felicibus auspiciis accipe. Et Erasmus sicuti lampridem facis: amare: ornare: iuuare per-
ge. Vale Londini Calendis Ianuariis. MDVL



TOXARIS SIVE DE AMICITIA DIALOGVS LVCIANI ERASMO
 Rotterodamo Interprete. Interloquutores. Mnesippus græcus. Toxaris Scythæ.
 Mnesippus.

9 Vid ais Toxaris! Sacrificatis Orestæ ac Pyladi vos Scythæ: deosq; esse il-
 los creditis? Toxa. Sacrificamus Mnesippe: Sacrificamus inquâ: haud tñ
 deos esse arbitrati: sed viros bonos. Mne. An vero mos apud vos etiâ bo-
 nis viris: postea q̃ vita defunctis: finit p̃inde vt diis sacra facere? Toxa. Nō
 istuc mō: verū eisdē festis diebus ac celebribus cōuentibus honoramus. Mne. Quid captā
 res aut sperantes ab illis? Neq; em̃ quo beniuolentiā illorū cōcilietis: ob id rē diuinā illis fa-
 citis: quū iam sint mortui. Toxa. Nihil officiat fortassis: si et eos qui mortui sunt: propicios
 habereamus. Quāq; nō ob id tantū hæc facimus: quin magis existimamus nos rem vehemē-
 ter cōducibilē: et his qui in vita sunt esse facturos: si p̃stantiū virorū memoriā celebremus:
 honorēq; habeamus iis: q̃ vita defuncti sunt. Siquidē hac ratiōe futurū arbitramur: vt multi
 apud nos illorū similes euadere cupiāt. Mne. Ista qdē recte iudicatis: at Pyladē atq; Orestē:
 quo noīe potissimū suspexitis: vt diis eos æquaueritis: idq; adeo quū hospites vobis eēnt:
 vel (qd̃ grauius) hostes? Quippe posteaq; naufragio eieci ab iis qui tū Scythiā incolebant
 essent cōprehēsi: abductiq; vt Dianæ imolarent aborti carcerarios: neq; nō oppressis excu-
 biis: et regē trucidarūt: & assumpta sacerdote: quin ipsa quoq; Diana sublata: nauigio sese
 proripuerūt: irrita publica scytharū lege. Qd̃ si ob istiusmodi facta honorē habetis viris: fa-
 cile assequuti fueritis: vt multos illorū similes reddatis. Iamq; ipsi ab hoc die vsq; ad prisca
 illa respicite nū vobis expedierit multos in scythiam Orestes ac Pylades appellere. Nā mi-
 hi quidē isto pacto mox futurū videt: vt religionis ac deorū expertes reddamini: diis qui re-
 liqui sunt: ad eundē modū e regione vestra in exiliū ablegatis: postea opinor deorū oīm vi-
 ce: viros q̃ illos electū venerāt: diuinitate donabitis: & qui sacrilegi in vos fuerunt: iis tanq̃
 diis sacrificabitis. Qd̃ si nequaq; horū gratia Orestem ac Pyladē colitis: sed aliud quippiam
 Toxaris in vos beneficii cōtulerūt: qua gratia quū olim nō esse deos iudicaueritis: nūc e re-
 gione sacra illis facientes: deos esse decreuistis. Et qui tū parū aberant vt victimæ fierent:
 iis nūc victimas offeritis. Eūvero ridicula videāt ista: & cū his q̃ quodā statueratis pugnā-
 tia. Toxa. Et ista qdē Mnesippe p̃clara sunt virorū illorū facinora: q̃ cōmemorasti: videlicet
 duo cū essent: tam ingentē ausum audere: vt tam p̃cul a sua patria p̃fecti mare trans mitte-
 rent: Græcis ad id vsq; tēporis intactū (nisi solis iis: qui Argo in colchidē traiecerūt exerci-
 tum) nihil expauefacti: neq; fabulas q̃ de illo ferunt neq; appellationē veriti: qd̃ in hospitū
 vocaret: videlicet (opinor) qd̃ fere vndiq; gētes accolerent. Deinde quū iam capti essent:
 vsq; adeo strēnue sese gesserint: neq; sat habuerint: si tātū incolumes euaderēt: nisi & a Re-
 ge acceptā cōrumeliā viti: & Diana sublata abnauigassent. Quid? An nō admirāda hæc? &
 quæ diuino quodā honore digna iudicent: quicquid est hominum qui virtutē suspiciunt?
 Quāq; non ista spectantes in Oreste ac Pylade pro heroibus illos habemus. Mne. Atq; iam
 dices: quidnā præter ista suspiciēdū patrarint atq; diuinū? Nā quātū ad nauigationē & pe-
 regrinationē attinet: non paucos profecto diuiniores istis ostendero: negotiatores: atq; in-
 ter hos præcipuos Phœnices: qui nō in pontū: neq; ad Meotiden vsq; aut Bosphorū tantū
 enauigant: verū quaqua versus: Græcū ac Barbarū mare permertiūt. Hi siquidē omnem
 orā: & om̃e littus (vt ita dixerim) perscrutati in annos singulos: extremo demū autumno
 in suā patriā reuertunt: quos scilicet ad eandē rationē pro diis habetis: idq; etiā si cōpures
 illorū caupones ac salsamentarios esse reperies. Toxa. Audi nunc o vir admirande: cōfide-
 raq; quāto nos q̃ Barbari vocamur: rectius vobis de bonis viris sentiamus. Siquidē in Argo
 atq; Micenis ne sepulchrum quidem vllum insigne videre est Orestis ac Pyladis: apud nos

Luciani.

vero & tēplum ostendit: ambobus illis cōmuniter sacrum (Ita vt par erat amicis) et hostiæ offerunt: reliquisq; omnis honos. Porro q; hospites erāt non scythæ: id vero nihil obstat: quominus boni viri iudicētur: neq; eū perpendimus cūlates sint: viri honesti ac probi: neq; inuidemus: si cum amici nō fuerint: res egregias gesserūt. Quin magis admirātes ea q; patrarunt: ab ipsis factis domesticos ac nostrates illos ducimus. Quid autē potissimū stupentes in illis viris efferimus: illud est: q; nobis visi sunt amici inter sese longe optimi extitisse: atq; aliis exēplo fuisse: quasiq; legē statuisse: quēadmodū oportet amicos omnē inter se cōmunicare fortunā: curariq; a scythis: q; quidē essent prætatiissimi. Itaq; q̄cūq; alter cū altero: vel alter pro altero tulit: ea maiores nostri descripta in columna area: reposuerūt in tēplo Orestis: ac leges statuerunt: vt ea colūna prima esset institutio disciplinaq; liberis suis: si meminissent quæ in illa essent adscripta. Itaq; poene patris quisq; sui nomē citius obliuisceretur: q̄ res gestas Orestis ac Pyladis ignoraret. Quin & in porticu tēpli: eadē quæcūq; in columna notant: priscorū picturis adumbrata visuntur: nempe Orestes vna cū amico nauigans: deinde fracta inter adruptas cautes ipsorum naue: cōprehensus: & ad victimā adornatus: tamq; Iphigenia initiat eos. Ex aduerso vero in altero pariete idem iam vinculis exutus depictus est ac thoantē occidens: multosq; ex scythis alios. Postremo soluētes: abducta Iphigenia ac dea. Porro scythæ frustra scaphā adoriunt iam nantē hærētes gubernaculis: ac cōscēdere conantes. Deinde re frustra tērata: alii quidē ex eis sauci: alii vero eius rei metu cōpulsati: natatu semet in solum recipiūt vbi vel maxime liceat perspicere: quātā alter in alterū beneuolentiā p̄stiterit: in cōsuetu cū scythis. Fecit eū pictor vtrūq; de hominibus in semetruentibus securū: propellentē autē eos: qui in alterū ferunt: ac prae illo iaculis occurrere conantē: pro nihiloq; ducentē si intereat ipse: modo seruet amicū: vel suo ipsius corpore praeueniens excipiensq; ictus in illum intentos. Jam vero tantā illorū beneuolentiā: atq; in rebus tristibus cōmunionē: fidem: humanitatē: veritatē: deniq; cōstantiā alterius in alterū amoris: hæc haud quāq; humana putemus esse: verū animi cuiusdam prætantioris: q̄ pro more vulgarium istorum mortaliū: qui donec secundis ventis nauigat: amicis indignatur nisi ex æquo participes fiant rerum laturarum: q; si vel paululū eis venti reflare coeperint: aufugiunt: solos in periculis deferentes. Enimvero vt et illud noueris: nihil amicitia melius arbitrantur scythæ: neq; est in quo scythæ magis honestetur: q̄ in adiutandis amicis: cōmunicandisq; rebus acerbis: quēadmodū neq; probum apud nos malus vllum: q̄ amicitiaē desertorem videri. Has ob res Orestem ac Pyladem veneramus: q; p̄stantes extiterint in scytharum virtutibus: atq; in amicitia præcellētes: id qd nos oīm maxime admiramur. Appellatiōem quoq; ex his illorū factis imposuimus: vt coraci vocentur: qd quidē nostra in lingua perinde sonat ac si quis dicat: dī amicitiaē præsides. Mne. Hui Toxaris: profecto nō arcum modo valuerunt Scythæ: bellicisq; in rebus ceteris antecelluerūt: verū vident & ad orandum persuadendumq; oīm aptissimi. vnde mihi quum dudū secus videretur: nūc eidē merito fecisse videmini: qui sic Orestem ac Pyladem in deorum numerū retuleritis. verū illud me fugerat: vir optime q; pictor quoq; bonus esses. Ad modū cuius euidenter ostendisti nobis: quæ sunt in Orestis templo: picturas: pugnaq; virorū: alteriq; pro altero suscepta vulnera. Tamen si nō putarā: amicitia vsq; adeo cultā fuisse quondā apud scythas: magis autē q; barbari essent atq; agrestes. Simultate quidē ira: rabieq; perpetuo cōmitti: amicitia aut ne in familiarissimos quidē exercere solitos: idq; cōsciens: quū ex aliis q̄ de illis audimus: tum ex hoc q; p̄genitores suos vira defunctos deuorat. Toxa. An nos græcis quā aliis in rebus: tū in his q̄ ad parentū attinet cultū: sanctiores magisq; pii sumus: in p̄sentiarū haud quāq; cōtenderim. Quid autē nostrates amici: lōge fideliores sint amicis Græcis: q; amicitiaē ratio maior apud nos q̄ apud vos: haud difficile fuerit docere. Ac p̄ deos Græcorū: ne tibi mo-

lestum sit audire: si quod perspexi dixerō: multū iam tēporis apud vos versatus: vos em̄ mihi vī
 demini: p̄claris ceteris de amicitia verba posse facere: vim vero factaq; illius: adeo non so-
 lū pro sermonū dignitate nō exercere: vt sat vobis sit p̄dicare eam: & quātū sit bonū osten-
 dere. At vbi vsu venit: deficiētes a sermonib⁹: nescio quō e medio negotio aufugitis. Cate-
 rū quū tragœdi in scēnam p̄gressi: istiusmodi amicitias vobis rēsentant: plariq; laudatis
 atq; applauditis: ac p se mutuo periclitātibus illis illachrymatis: p̄i vero nihil dignū laude
 pro amicis p̄stare auderis. Quin si qñ forte accidar: vt egeat amicus: ibi protinus non secus
 atq; insōnia: p̄cul auolātes euanesūt vobis multā illā tragœdiā: vosq; similes relinquit
 inanibus istis ac mutis personis: q̄ diducto rictu: atq; immane hiantes: ve minimū quidē lo-
 quūtur. At nos ediuersos: quo sumus in dicēdo de amicitia posteriōres: hoc in p̄stāda ea p̄ce-
 dimus. Quare si videt̄ ita in p̄sentiarū agamus: p̄ricos illos amicos valere sinamus: si quos
 vel nos vel vos ex his qui olim fuere: recensere valemus: qñ ista quidē parte vos nimirū su-
 peraueritis: cōpluribus ac grauib⁹ adductis testibus: nēpe poetis: qui Achilles & Patrocli
 amicitia: tum Thesei Perithoiq; neq; nō aliorū necessitudinē: pulcherrimis versibus carmi-
 nib⁹q; cōtexuerūt. Quin paucos quosdā in mediū adferamus: ex his qui nostra ipsorū me-
 moria fuerint: atq; eorū res gestas exponamus. Ego quidē Scythicas. tu vero Græcanicas.
 Et in his vter superarit: melioraq; pduxerit amicorū exēplis & victor esto: ac suā ipsius vi-
 ctoria promulgato: tanq; qui pulcherrimū honestissimūq; certamē decertarit: adeo vt ego
 quidē non paulo malim mihi in singulari victo certamine dextrā amputari: nā ea est apud
 scythas victo p̄cena: q̄ in amicitia quop̄ā inferior iudicari: p̄sertim Græcosipsē scythā quū
 sim. Mne. Quāq; est haud mediocris negociū cū viro: ita vt tu es: bellatores: singulari certa-
 mine cōgredi: tum admodum instructo missilibus ac penetralibus narrationibus: haud tñ
 vsq; adeo ignauiter tam cito vniuersam deferēs græciā: tibi cessero. Etenim vehemēter ab-
 surdū fuerit: quū duo illi tantū vicerint scytharū: quātū fuisse declarant: tū fabulæ: tum ve-
 rustæ vestræ picturæ: quas paulo ante scite admodū rēsentabas: Græcos omnis: tot natio-
 nes: tot ciuitates: nullo defendēte vinci abs te. Nā istuc si fiat: nō dextrā: quēadmodū apud
 vos solet: sed linguā execari cōueniat. Sed vtrū spectare nos oportet: numerūve eorū: quæ
 amice q̄s gesserit: an magis quo plures alteruter amicos referre poterit: hoc victoria digni-
 or videbitur. Toxa. Nequaq;: imo nō multitudine vis horū spectet: verū si q̄ tu narrabis fa-
 ctis q̄ narrabo videant̄ p̄stantiora magisq; penetrātia: tū nimirū etiā si numero paria sint
 oportunitiora magisq; letalia mihi faciēt vulnera. Ac p̄cne memet ad ictus accommodabo.
 Mne. Probe loqueris. Statuamus igit̄: quot erūt satis. Toxa. Mihi quidē satis fore videtur: si
 vterq; quinq; narret exēpla. Mne. Iridē mihi videt̄: ac prior dicito: verū adiuratus: nimirū
 nō nisi vera dicturum: alioqui fingere eiusmodi: nō admodū fuerit difficile: palā autē refel-
 li nō q̄ant. Porro si iuraris: nefas sit: non habere fidē. Toxa. Iurabimus: si quid etiā iure iuran-
 do opus esse censes. Mne. At quis tibi e diis nostratibus: num satisfaciāt Iuppiter philius?
 Toxa. Et maxime. Ego quoq; tibi nostratē iurabo: meap̄e in lingua. Mne. Testis igitur esto
 Iuppiter philius: q̄cūq; dicturus sum apud te: ea nimirū: vel q̄ viderim ipse: vel quæ ab aliis
 quoad fieri potuit: diligētissimē p̄ceperim: narraturū: nihil ex meip̄o cōmiscētē alienatēq;
 Ac primo quidē loco Agathoclis Diniāq; amicitiam referam: quæ apud Ionas est celebra-
 tissima. Nam Agathocles hic qui famius fuit: non ita pridem vixit: vir in amicitia quidem
 p̄cipuus: ita vt re declarauit. ceterum reliquis in rebus vulgo famiorum nihilo p̄stans-
 tior: neq; genere: neq; ceteris item opibus. Huic cum Diniā Ephesio Lyfionis filio amicitia:
 a puero intercesserat. Porro Diniās supra modū ditatus est: et quēadmodū solēt si qui nup-
 opes nacti sunt: cōplures & alios secum habebat: satis quidē idoneos illos: et ad cōporandū
 et ad voluptariam cōsuetudinē: ab amicitia vero lōge alienissimos. Atq; inter hos interim

Luciani.

habebatur & Agathocles: cōiuebatq; & cōpotabat illis: nō admodum approbans eam vī-
uendi rationem. Dinias autē nihilo hunc potiores habebat: q̄ ceteros adulatōres. Tandē
etiā offendere coepit: crebrius obiurgans: molestusq; videbatur: quippe qui admoneret eū
maiorum: praeceperetq; vt seruaret: quā multo labore parata: pater illi reliquisset: adeo vt ob
hac ne ad cōmestationes quidē illum deinceps adhiberet: sed solus cum illis cōmestaret ce-
lare cupiens Agathoclem. Demū ab assentatoribus illis misero persuasum est: q; adamare
tur a Chariclea Demonactis vxore viri illustris: atq; inter Ephesios in honoribus ciuilibus
primarij. Iam & litterulae a muliere ad illum missitatae: & certa semi marcida & mala q̄dam
admosa: deniq; quicquid ad hanc lenae machinatur in adolescentes quo paulatim illis amo-
rem artibus quibusdam inserant: primūq; hac incendunt opinione: q; sese credant amari.
Nam plurimum illicet & hoc: praesertim eos qui sibi formosi videntur: donec imprudentes
in castes inciderint. Erat autē Chariclea vrbana quidem & elegās muliercula: at supra mo-
dum meretricia: semperq; illius quicumq; forte adisset: etiam si quis admodum leuiter cō-
cupiuisset: quin si vel aspexisset duntaxat: protinus adnuebat. nec vilo pacto metuendum
erat ne quando recusaret Chariclea: admirabilis autem alioquin artifex: quauisq; meretri-
ce doctior: irretire amatorem: & ambiguus quum adhuc esset totū subigere: at quum iam
teneretur inclinare: ac magis magisq; accendere: nunc ira: nunc blandimentis: ac mox fasti-
dio: deinde inecta suspiciones: quasi ad aliū sese deflexura esset: postremo omni ex parte egre-
gie docta erat mulier & absoluta: artibusq; omni ingenio in amantes instructa. Hanc igitur
tum Diniae adulatōres accersuerant in adolescentulum: multaq; ad simulabant quo eū in
amorem Charicleae impellerent: illa porro quae compluris iam adolescētes iugularat: & in
numerabiles amores fuerat mentita: domosq; opulentas euerterat: varium quoddam atq;
inexpugnabile malum: vbi nata manibus est: simplicem & huiusmodi artium imperitum
adolescentulū: haud quāq; amittebat ex vnguibus: sed vndiq; oppugnans temptansq; vbi
iam omnium esset compos: tum ipsa dum capta capta perit: tum infelici Diniae innume-
rabilium malorum exitit causa. Nam primum quidem statim litterulas illas ad illum dat:
ac subinde missitat ancillulam quae renunciatet vt fieret vt vigilaret: postremo vt misce-
ra prae amore suffocatura esset sese. Donec iam beatus ille persuasus: sibi formosus esse
videretur: atq; Ephesiorum vxoribus praeter ceteros adamabilis. Ac tandem in congres-
sum adductus est multis precibus exoratus. Et ex eo quidem tempore facilis iam erat
coniectura: fore vt caperetur a muliere formosa: ad voluptatem congrredi docta: & in
loco fieri: & inter loquendum miserabiliter suspirare. & iam abeuntem amplecti: & ad-
eunti obuiam occurrere: & formam colere sic: vt maxime placitura esset: interdum vel
voce vel cithara: quibus omnibus in Diniam vsa est. At vbi sensit excruciarī: iamq; amo-
re illaqueatum: ac subitugum esse factum: aliud ad hanc excogitat: quo miserum sub-
uertat: gravidam se ex eo simulat: (nam hoc quoq; efficax ad magis ac magis inflam-
mandum stultum amantem) Neq; postea cominebat ad illum: affirmans a viro obser-
uari sese: qui iam amorem persensisset. Hic vero rem iam non vltra ferre potis erat: neq;
durare quibat: quum illam non aspiceret: sed lachrymabatur: adulatōresq; ad eam misce-
tebat: ac Charicleae nomen in clamabat. Imaginemq; illius amplexus (candido enim la-
pide fecerat) etulabat. Demum in limine abiiciens sese iactabatur planeq; res extremae de-
mētiae specie obtinebat. Siquidē munera reddita sunt mulieri: nō pro malorū aut corolati
precio: sed solidae domus: agri: famulae: vestes florulentae: auri quantū optaret. Quid mū-
ta! Breui Lyfionis domus antea inter Iones nobilissima exhausta est: atq; exinanita. De-
inde vbi iam exuccus esset: eo relictorū alium quempiam adolescentulum Cretensem: bene

nummatum venata est: illiq; substituit: iam videlicet illum adamabat: atq; is quidem cre-
debat. itaq; Dinias neglectus non a Chariclæa modo: verum etiam ab assentatorib; (nam
isti quoq; ad Cretensem amatorem iam descuerat) abiit ad Agathoclem: iam pridem non
insciūq; illi res misere haberent. At initio quidem veritus: tamē exposuit omnia: amorems
egestatem: arrogantiam mulieris: riualem Cretensem: in summa non victurū sese: nisi cum
Chariclæa consuetudinē haberet. Ille vero in tempestiuum esse ratus id rēporis exprobra-
re Dinias: quapropter ex amicis vnum sese non adiisset: sed tum quidem assentatores suos
sibi anteposuisse: diuendita: quam vnam habebat in Samo: domo paterna: p̄cium illi attu-
lit talēra tria. Quæ simul atq; recepisset Dinias: haud clam erat Chariclææ: rursus subito
formosus factus: rursus ancilla & litterulæ: & expositatio: q; iam diu sese nō adiisset: con-
currerunt. Item adulatores applaudentes: vt viderūt Dinias adhuc esse qd daret. cū autem
pollicitus esset sese venturū ad illā: venissetq; primo fere somno: essetq; intus Demonax
Chariclææ maritus: siue q; alioqui persenserat: siue de cōposito prodicioneq; vxoris (nam
vtrunq; fertur) exiliens velut ex insidiis: & atrium iubet occludere: & Dinias comprehendis
ignem ac flagra minitans: neq; non gladium tanq; in moechū educens. Ille porro reputans
quibus in malis esset: vecte quopiam de proximo: vt iacebat: arrepto: rē ipsum occidit De-
monactem: in tempus adigens: tum Chariclæam: atq; hanc quidem non lētu vno: verum
etiam & vecte sepius & postea Demonactis gladio feriēs. At famuli interea muri stabant:
rei nouitate attoniti. Deinde comprahēdere conati: quum in hos quoq; ferro insiliret: ipsi
quidem aufugerunt. Dinias autem clam sese subdixit: tanto patrato facinore. Et ad auro-
ram vsq; apud Agathoclem diuersabatur: pariterq; & quæ facta essent reputabāt: & quid
in posterum esset euenturum considerabant. vt autem diluxit: milites aderant (iam enim
res erat diuulgata) comprahensumq; Diniam: nec hunc iam insicantem homicidium: ab-
ducunt ad præfectum qui per id tempus Asiam moderabatur. Hic eum ad persarum re-
gem remittit. nec ita multo post relegatus est Dinias in Glaron insulā ex Cycladibus vnā:
damnatus a rege: vt in ea: quo ad viueret: exularet. Agathocles autem cum reliquis in re-
bus nunq; defuerat: tum pariter soluit in Italiam: & amicorum solus vna est iudiciū comi-
tatus: nihilq; commertus fuit in vincula. Porro vbi iam in exilium profectus est Dinias: ne-
tum quidem desertus est ab amicis: Quin potius ipse suapte sponte damnatus: versaba-
tur in Glaro: simulq; cum illo exulem agebat. At quum iam rerum necessariarū omnium
inopia laborarent: locans se ipsum purpurariis vna cū aliis vrinabat: quodq; hinc partum
est referens: Diniam aiebat. Quin & egrotanti diutissime inseruiuit: & vbi vita defunctus
est: noluit vnq; in patriam reuerti: verum inibi perseuerauit in isula: pudori sibi fore ratus:
si vel mortuum amicum deseruisset. Hoc tibi græci factū amici rettulerim: qd quidē non
ita pridem accidit. haud enim scio an anni quinq; præterierint: Agathocles in Glaro vi-
tam obiit. Toxaris. At vtinam iniuratus ista Mnecippe dixisses: videlicet quo mihi fas
esset: eis non habere fidem. Adeo Scythicum quendam amicum Agathoclem istum de-
scripsisti: quin vereor ne quem & alium isti similem narres. Mnecippus. Audi iam &
alium Toxari Euthydicum chalcidensem. rettulit autem mihi de hoc Simylus nauclerus
Megarēsis: adiurans profecto se teste rem factam esse. Aiebat enim nauigauisse sese ex Ita-
lia Athenas: circiter Pleiadum occasum: collecticios quosdam homines vehentem: in
his fuisse Euthydicum: vnaq; cum hoc Damonem Chalcidēsem: eiusdem amicum. At na-
tu quidē eos aequalis fuisse: verū Euthydicum: valentē robustūq; Damonē contra suppal-
lidū ac valetudinariū: quasi q nuper (vt apparebat) ex diuturno morbo reualuisset. Itaq;
ad Siciliā vsq; feliciter aiebat Simylus nauigasse ipsos. Ceterū vbi transmissio frero in ipso

Luciani.

iam Ionio mari nauigarē: tempestatē maximam eis incubuisset. Quid autē attinet multa referre: nimianis quasdā procellas ac simiosas tum grandines: & si quæ alia tēpestatis mala: vt vero iam haud procul abessent a Zacyntho nuda nauigantes antenna: præterea & funes quosdam trahentes: quo nimirum vim impetumq; fluctus exciperent: circiter notis medium Damonem: qui in tanta iactatione nauigasset: vomuisse: in mare propendentem. Deinde: vt consilio: naue vehementius in eam partem in quam ille propēdebat inclinata: simulq; propellente fluctu excidisse cum prono capite in pelagus: neq; nudum tamen videlicet: vt misero vel natare commode liceret. Mox itaq; succlamasse quum præfocaretur: vixq; sese ab vndis sustolleret. Porro Eurhydicum simul atq; audisset: nam forte fortuna nudus in strato tum erat: abiisse semet in mare: arreptoq; Damone qui iam desiciebat (diutius enim ista videri poterant luna scilicet relucēte) vna cum illo fluitasse: pariterq; summo vertice extitisse. Ac voluisse quidem illis opitulari sese miseratos virorum calamitatem: verum nequisse: q; vento præualido raperentur. Illud tamen fecisse: subera complura ad illos proticisse: tum ex contis aliquot: vt ab iis suspensi natarent: si quem forte ex eis nansciscerentur. Postremo cauforia quoq; tabulata: quæ quidem erant neutiq; exigua: cogita iam per deos. Quod aliud grauius beneuolentiæ documentum quicq; addere queat: ne hominem amicum: qui noctu decidisset in mare: vsq; adeo sæuiens. q̄ communiscata morte! lamq; adeo mihi ante oculos pone: imminētes procellas: fragorem vndaꝝ circumfremetium: spumam vndiq; efferuescentem: noctem: ac desperationē. Ad hæc illum iam præfocari incipientem: vixq; vndis extantē: manusq; porrigentem amico: hūc autem incontanter insilientem: simulq; nantem: prorsusq; sollicitum: ne se prior Damō interiret. sic enim profecto cognosces: q; haud ingenerosum: hunc quoq; amicum: videlicet Eurhydicum rettulerim. *Toxaris.* Vtrum perierunt viri Mnesippe: an salus quæpiam ex insperato illis contigit? Adeo ego illis non mediocriter timui. *Mnesippus.* Bono animo es *Toxaris:* seruari sunt: quin hodieq; Athenis agunt: ambo philosophiæ dantes operam. Nā *Simylus* ea demum narrare poterat: quæ noctu videre licuit. hunc delapsum: illum defilientem: simulq; nantes: quatenus per noctem dabatur aspicere. Porro quæ post hæc acciderint: si qui cum Eurhydico versantur: narrāt. Primum quidem: subera quædam forte nantes: suspendisse de his sese: atq; ita hærentes fluitasse perq̄ incommode. Deinde vbi tabulata conspexissent iam sub auroram annasse: consensissq; illis commode nantes appulisse *Zachyntum.* post hos autem: qui neutiq; mali sunt: vt ego quidem autumo: accipe iam tertium: nihilo istis inferiorem: *Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio:* & *Charixeno Sicyonio* amicis utebatur: & iis quidem opulentis: quum ipse pauperrimus esset. Hic vita decedens testamentum reliquit: aliis quidem fortasse deridiculum: tibi vero: haud scio: an tale sit appariturum: viro probo: & apud quem amicitia in precio sit: quicq; vel cum præcipuis in ea certare queas: sic enim in eo scriptum erat. *Lego Aretæo* quidem: matrē meam alendam: atq; in senectā fouendam: *Charixeno* vero filiam meam elocandam cum dote: quanta ab illo maxima dari poterit. Erat autem illi mater anus: ac filiola iam matura nupsit. Si quid autem interim acciderit: alterutri huius quoq; partem (vt aiunt) alter habeto. Huiusmōi lecto testamento: si qui tenuitatem quidem *Eudamidæ* nouerant: at amicitiam quæ illi cum his viris intercesserat ignorabant: rem pro ludo iocoq; ducebant. Nemo certe aderat: qui non cum risu discederet: q; eiusmodi hæreditatē *Aretæus* & *Charixenus* essent accepturi: atq; ita aiebant. Siquidem persoluent *Eudamidæ*: superstites ipsi hæreditatem tradent mortuo. At hæredes: quibus ista erant legata: vt audierunt: venerunt ilico agnoscentes raraq; facientes ea quæ erant testamento mandata. Itaq; *Charixenus* quinq; duntaxat dies superstes: diem obiit. *Aretæus* autem optimus success-

for factus: tum illius tum suo ipsius suscepto onere: & matrem alit Eudamidæ: & filiam non ita pridem elocauit: ex quinque talēis quæ possidebat: duobus in propriæ filiaē dotem: duobus in amici filiaē erogatis. Ac nuptias ambarū eodem die fieri voluit. Quid tibi Toxaris Aræus iste videtur: numnā leue amicitiaē argumentum exhibuisse: adita huiusmodi hæreditate: neq; deserto amici sui testamento: an hunc quoq; in perfectis idoneisq; calculis ponimus: vt sit vnus e quinque? Toxaris. Et iste quidem egregius: q̄q̄ equidem Eudamidam multo magis ob fiduciam admiratus sum: quia fuit erga amicos. declarauit em̄ q̄ & ipse eadem fuisset factururus erga illos: tamen si non essent ea scripta in testamēto: verum ante alios venisset non scriptus talium hæres. Mnesippus. Probe dicis Sed quantum iam tibi narrabo: Zenothemim Charimoleum: Massilia oriundum cōmonstrabatur mihi in Italia: patriæ nomine legatū agēti: vir decorus: procerus: ac diues: vt apparebat. Assidebat illi vxor in rheda iter facienti: quum alioqui deformis: tum dimidia nempe dextra corporis parte manca: alteroq; capta oculo: terribilē quoddam & refugiendum terribilē. Deinde quum demirarer si: decorus ille quum esset ac venustus: sustineret eiusmodi mulierem sibi adiunctam: is qui mihi eum cōmonstrabat: causā exponit: quare in id matrimoniarum incidisset. nouerat enim comperte oīa. nam ipse quoq; Massiliensis erat. Menecratis (inquit) huius sædæ patri: amicus erat Zenothemis: viro diuiti ac honorato: ipse iisdem rebus par. Deinde aliquanto post facultatibus exutus est: ex condemnatione Menecrates: quo tempore pariter infamis & ad capeffendos magistratus inidoneus est iudicatus a sexcentū viris: tanq̄ qui sententiā iniquā pronunciaffet. Ad hūc autem modum inquit: nos Massilienses mulctamus: si quis corrupte iudicet. Grauius itaq; ferebat Menecrates. Primum q̄ esset condemnatus: deinde q̄ e diuite pauper. Postremo q̄ ex nobili repente factus esset infamis: ac reiectitius. At præter cætera eū ipsa discruciabat filia iam nubilis: vtpote annos nata decem & octo: quam ne cum omni quidem patris substantia quā ante condemnationem possederat: dignatus fuisset quisq; ingenuus ac pauper facile accipere: quæ tam infœlici fuerit fortuna. Quin & concidere dicebatur: idq; circa lunam crescentem. Hæc ubi apud Zenothemim deploraret: bono inquit animo es Menecrates: Neq; enim ipse egebis necessariis: & filia tua dignum aliquem suo genere sponsum inueniet. Atq; hæc eloquutus: statim apprehensa illius dextra: deduxit domū. Ibiq; opes q̄ illi multæ erāt: partitus est cum illo: ac cæna apparari iussa: conuiuio accepit amicos: & in his Menecratem: veluti iam e necessariis cuiusdam persuasisset: vt puellam in matrimonium acciperet: posteaq; autem cōuiuuium peregerant: libassentq; diis: tum vero plenum illi calicem porrigens: accipe inquit Menecrates: a genere symbolū affinitatis poculum: nam hodie ducturus sum ego filiaē tuam Cydimachā: dotem aut iam olim accepi: talenta quinque & viginti. illo vero respōdente absit ne feceris o Zenothemis: neue ipse vsq; adeo isaniā: vt te qui & iuuenis es & formosus: conspiciā cū deformi puella ac debilitata coniugati. Hæc inquā illo loquēte: hic sponsam adiunctam tollens abduxit in thalamū: ac paulo post prodiit: ea deuirginata. atq; ex eo tempore cum illa vixit: supra modum diligens: & quemadmodum vides circūferens eam. Et non solum non pudet matrimonii: verum etiam perinde atq; cohonestatus eo: sic ostentat propterea q̄ negligit corporis formam ac sceditatem: ad hæc opes: & famam: tantum amici rationem habet Menecratis: neq; arbitratur eum sexcentum virum sententia: deteriorē esse factum: quantum ad necessitudinem. Quamq; pro his iam illi gratia retrulit fortuna: ad hūc modum. Puellus enim ei formosissimus ex illa deformissima susceptus est. Neq; diu est quod tollens hunc parer: intulit in curiam: frondibus oleaginis coronatum: ac pullis amictum: quo plus miserationis auo concillaret. At infans arridebat iudicibus: manibusq; complodebat: Itaq; curia commota super illo: remisit mulctam Mene-

erat atq; ille iam rei famæq; restitutus est eiusmodi patrono vsus apud Iudices. Hæc affirmabat massiliensis Zenothemim amici grā fecisse: haud mediocria: sicuti vides. neq; qualia passim Scythæ factitant: qui concubinas formosissimas summa cura deligere dicuntur. Restat nobis quitus. Neq; vero mihi videor aliū quēpiam debere dicere: Demetrio sumiēsi præterito. Nauigarat in Aegyptū Demetrius: vna cū Antiphilo Alopecensi: qui cū illi iā inde a teneris annis fuerat amicitia: atq; ephœbus ephœbo cōuixerat: pariterq; fuerat eruditus. ipse quidem Cynicam disciplinā sequutus sub Rhodio illo sophista: Antiphilus vero medendi scientiā exercuerat. At hoc tēporis forte profectus fuerat in ægyptum: ad spectaculum Pyramidū Mēoniscq;. Nā audiuerat illas quum eēt sublimes: vmbra nō iacere: Mēonē autē vocē ædere: exoriente sole. harum igitur rerū cupiditate aduētus Demetrius: videlicet vt pyramidas intueretur ac Mēonem audiret: Sextū iam mensem aduerso nilo nauigabat: relicto Antiphilo: q; is itinere atq; astu defessus esset. Huic autē interea calamitas incidit: q; singularē quēpiam amicū postularet. Nā puer eius vt nomie ita & patria Syrus: inita societate cum sacrilegis aliquot: vna cum illis in Anubis tēplū irrupit sublatq; deo ad hoc phialis aureis duabus tum caduceo: aureo & hoc. neq; non cyncephalis argētis. atq; id genus aliis: omnia apud syrum deposuerāt. Deinde forte comprehens: (capti enim fuerant diuendentes nescio quid) rem omnem protinus confessi sunt: districti in rota: deportatq; venerunt in ædes Antiphili ibi res furto sublatas depromebāt: sub lectica quadā in abdito conditas. Syrus itaq; ilico vinctus: vnaq; herus huius Antiphilus. atq; is quidē: iterea dum præceptorē audit: auulsus. Hæc opitulabatur quispiā: quin magis hii qui fuerant hætenus amici: auersabantur hominē tāq; qui templum Anubis sacrilegio compilasset. seseq; impiari credebāt: si cū illo bibissent: aut edisset: Porro duo qui reliqui erant pueri: quicquid erat in domo cōuasantes: fuga discesserunt. In vinculis igitur erat miser Antiphilus multū iā tēporis. habitus interim oīm: quātum in carcere erat: sentium scelestissimus. porro pfectus carceris Aegyptius homo supsticiosus ratus sese gratum facere deorū illius vlcisci vices. grauis Antiphilo iminebat. Quod si quādo defenderet: affirmans se nihil eiusmōi patrasse: ipudens habebatur. atq; hoc nomine multo etiā magis erat inuisus. Subegrotabat itaq; iā maleq; habebat. nec mirum: q; ppe qui humi cubaret: idq; etiā noctu. neq; crura sineretur ptendere: ligno inclusa. nā p diem Cyphone stringebatur: altera manu vincta ferro. at noctu cogeatur totus in vinculis esse. Ad hæc insuper domicilii pector ac pfocatio: multis ibidē vinctis: locumq; angustum pmentibus: adeo vt vix respirārēt: tum ferri stridor: ac somnus exiguus. Hæc oīa molesta erant atq; intoleranda: nimirū hominē eiusmodi rerū insueto: minimeq; ad tā durū vitæ genus exercitato. Quum vero iā deficeret ac ne cibū quidē capere posset: reuersus est tādē & Demetrius: nihil dū sciens eorū q; acciderant: vt autē cognouerat: quo in loco res eēt: statimq; curriculo ad carcerem venisset: tū quidem admissus non est: ppterea q; vespera iam esset: & carceris custos iam dudum oclusis foribus dormiebat: ministris excubias agere iussis. At mane quum esset: angustissus: multis videlicet p̄cibus admissus: accedēs multo tēpore q̄rebat Antiphilum: q; ppe malorū multitudie sic immutatū: vt agnosci nō quiret. Circumiens igitur e vinctis vnūquēq; cōtemplabatur: eorū more: qui familiariū cadauera iam marcida facta requirunt in stragibus. Quod nī nomē fuisset eloquutus: Antiphilū Denomenis filium: ne longo quidem tempore potuisset agnosci quisnam esset: vsq; adeo præ malis erat trāsfiguratus. vt vero ad vocem agnitam respondisset: atq; adeunte illo comā diduxisset: eam a vultu abigens sordidā atq; impexam: ostendit sese quis esset. Hic ambo collapsi sunt: aduolantes: in tam inopinato spectaculo. verum aliquanto post: posteaq; & ipse sibi redditus: & Antiphilum recipiēs Demetrius: de singulis esset illum diligenter percontatus: bono ani

mo esse iubet. Tum dissecto pallio: dimidiato quidem induitur ipse: reliquum autem illi donat: detractis illi putribus atque detritis quibus erat opertus panniculis. Atque ex eo die modis omnibus illi aderat: curam eius agens: inseruiensque. Locans enim sese tuis qui versabantur in portu mercatoribus: a mane ad medium usque diem: oneribus gestandis non parum lucrificabat. Deinde ab opere reuersus: mercedis partem Carcerario in manum dabat: quo illi mansuetum hunc ac pacatum redderet. De reliquo autem in amici curam: assatim supereditabat. Atque interdum quidem aderat Antiphilo quo illum consolaretur: ubi vero nox occupasset: pro carceris foribus: facto ex herbis thurulo: substratisque frondibus: acquiescebat. Et in hunc quidem modum aliquandiu degebat: ut Demetrius nullo veritate ingrederetur: atque ob id mirius ferret calamitatem Antiphilus: donec extincto in Carcere latrone quopiam idque ut putabat venenotet custodiae exactissime obseruatae: neque deinde quisque admissus in domicilium in quo vincti seruabatur. Quas ob res dubius atque anxius: quum alia via non pareretur qua liceret amico adesse: adito praefecti Collegae: seipsum deferret tanquam in irruptione templi Anubis: communem operam addidisset: id simul atque confessus est: abductus est ilico in carcerem: vinctusque iuxta Antiphilum. Nam hoc magnis precibus vix obtinuerat a carcerario: ut proxime Antiphilo atque eadem in trabe vinciretur. Hic igitur vel maxime declarauit: quanto in illum fuerit amore: quum sua ipsius incommoda negligeret (namque hoc inuenerat ipse) illud autem curae haberet: quo pacto fieri posset: ut ille et quamplurimum dormiret et minimum angeretur. Atque ita commode tolerabant: communicatis inter ipsos malis. donec aliquanto post: tale quiddam accidit: quod fuisse ferme eorum imponeret calamitatem. Siquidem e vinctis quispiam: haud scio unde nactus limam: adiunctis coniuratis captiuorum plerisque catenam insecuit: qua seriatim erant astricti: Cyphonibus in hanc insertis: soluitque omnes. Qui quidem facile trucidatis: quippe paucis custodibus: conglobari profiliere. Atque si quidem ilico quo quisque poterat dissipari: postea plerisque sunt comprehensi. Porro Demetrius et Antiphilus inibi remanserunt: Syro quoque retento qui iam aufugere parabat: Ut autem diluxisset: Aegypti praeses: cognito quod acciderat: emisit quidem qui illos insequerentur: accersitis autem iis qui erant cum Demetrio: soluit a vinculis collaudatos: quod soli non aufugissent. At illis haud quam sat erat: ut hoc titulo dimitterentur. Clamabat autem Demetrius: sibi non mediocribus in rebus iniuriam fieri praetendebat: si pro maleficis habitis: viderentur vel commiseratione: vel ob id laudis: quod non aufugissent: dimitti. In summa compulere iudicem ut causam exactius excuteret. At hic ubi repperit: nihil eos committit: collaudatos illos: Demetrium autem seorsum quoque admiratus: liberos esse iussit: consolans super poena: quam tulerant: praeter ius in vincula collecti: Quin etiam ambos munere prosequutus est: idque de suo: Antiphilum drachmarum decem milibus: bis tanto Demetrium. Ac Antiphilus etiam nunc quidem in Aegypto est. Demetrius autem sua quoque viginti milia relinquens amico: concessit in Indiam: profectus ad Brachmanas: tantum hoc loquutus Antiphilo: merito sibi iam ignoscendum videri: quod tum ab eo discederet. Neque enim sibi opus fore pecunia: quoad is perseueraret esse: qui erat: videlicet qui possit paucis esse contentus: neque illum amplius egere amico: quippe cui res iam feliciter haberent. Huiusmodi sunt Toxaris amici graeci. Quod nisi initio norasses nos: tanquam qui verbis nos actarem? idem profecto relaturus es tibi complures ofones: atque eas egregias: quas Demetrius habuerit in iudicio quam inter seipso nihil defenderet: per Antiphilo vero: lachrymas fuderet: atque etiam supplex esset: totamque causam in sese reciperet donec Syrus flagris caesus ab eo eos liberos fecit. Hos igitur paucos et plurimis: quos mihi primum memoria suggestit: tibi narraueri perclaros ac firmos amicos.

Luciani.

cos: Quod reliquum est: iam decedens a narratione: tibi dicendi partes trado. Tu porro vel Scythas his non inferiores referas: sed longe præstantiores: tibi ipsi curæ fuerit: si quid de dextra sollicitus es: ne ea tibi præcidatur. Verū oportet strenuum præstare virum. Etenim res quædam vehemēter ridicula tibi contigerit: si cum Orestem ac Pyladem admodū sophistice laudaris: pro Scythia dicēs orator ignauus appareas. Toxa. Recte tu quidem Mnesippe: qui quidem ad dicendum etiam adhortaris: perinde quasi nihil sollicitus sis: ne tibi lingua excecetur: victo in narrationibus. Sed iam exordiar: nihil quidem quemadmodum tu verbis phalerās atq; adornans (neq; enim is scytharū mos) præsertim quum res ipsæ longe magis loquātur q̄ verba. Nihil autē eiusmodi expectaueris a nobis: cuiusmodi tu cōmemorando laudib⁹ extulisti: puta si quis sine dote duxerit deformem mulierē: aut si quis amici fillæ nubenti: pecuniolā donauerit: duo talēta: ac per Iouem si quis spōte eat in vincula quum certo sciat se paulopost esse soluendum. Admodum enim leuia ista: neq; quicq; inest in his: vel magni negotii: vel virile: qd sit. Cæterum ego tibi referam multas cædes: bellaq; et mortes amicorum causa susceptas: vt intelligas vestra ista lulum esse: si cū scythi cis conferantur. Neq; tamen isthuc sine causa facitis. Sed merito parua ista miramini: propterea q̄ non sunt vobis admodum graues occasiones declarandæ amicitia: quippe in alta pace viuētib⁹. Quemadmodum: nec in tranquillitate queas scire: bonus sit gubernator nec ne. Tempestate enim tibi opus fuerit: ad hoc vt dignoscas. At apud nos bella ppetua: et aut inuadimus alios: aut cedimus inuadentibus: aut vbi forte concurrimus: pro pascuis prædaq; pugnamus. Hic potissimum opus est bonis amicis: eoq; q̄ firmissime constitutus amicitias: Sola hæc arma inuicta atq; inexpugnabilia esse iudicantes. Prius autem volo tibi cōmemorare quo ritu faciamus amicos: non ex poculis: quemadmodum vos: neq; si quis æqualis sit: aut vicinus: verum vbi strenuum quempiam virū conspexerimus: quicq; præclara facinora patrare possit: in hunc omnes studio incumbimus: et qd vos in ambiēdis coniugtis: id nos in amicis facere non grauamur: diu quasi procos agentes: nihilq; non facientes: ne videlicet frustremur amicitia: neue relecti esse videamur. At vbi iam in amicitias cæteris repulsis: delectus est quispiam: protinus fœdus initur: ac iusiurandū qd sit maximū nimirum et victuros eos pariter: et mortem oppetiturum: si sit opus: alterū pro altero. Atq; ita facimus Etenim simul atq; incisus digitis: sanguinem in Calicē destillauerimus: summisq; itinctis gladiis: ambo pariter admoventes biberimus: non est quicq; qd deinde nos queat dirimere. Admittuntur autem ad huiusmodi fœdera: ad summum tres. Nam qui multis sit amicus: is eo loco habetur apud nos: quo cōmunes istæ atq; adulteræ vxores: arbitramurq; iam non perinde firmam illius amicitiam fore: posteaq; est in plures partes dissecta.

Exordiar autem ab iis quæ nuper Dandamis fecit. Dandamis enim hic in conflictu cum Sauromatis: quum esset captiuus abductus eius amicus | Amizocas: Quin potius ante tibi iurabo nostrum iusiurandum: quandoquidem istuc initio sum pollicitus. Non enim per Ventum & Acinacem: quicq; mentiturus sum apud te: de Scythicis amicis. Mnesippus. Equidem tuum iusiurandum haud magnopere desiderabam: proinde recte facis: qui nullū deorum iures. Toxaris. Quid tu narras? An non tibi videntur esse dii Ventus et Acinacis? Adeo ne te fugit q̄ nihil sit maius mortalibus vira ac morte? Per hæc utiq; iuramus: quotiens per Ventum & Acinacem iuramus: videlicet per Ventum: tanq̄ qui viuendi sit causæ per Acinacem vero vt qui mortis sit auctor. Mnesippus. Atqui si ista idonea causa est: profecto multos alios quoq; deos estis habituri: tales qualis est Acinacis: puta Iaculū: lanceam venenū: funē: atq; his consimilia. Quandoquidē varius est iste deus Interitus: atq; Ianum &

rabiles aperit vias: quibus ad illū sit aditus. Toxaris. vide q̄ contritose nunc: q̄q̄ subdole facis: dum medio sermōe interpellas me excutisq̄ ac disturbas orōem meā. At ip̄e loquēte te silentiū agebā. Mne. Age: nō sum isthuc posthac facturus Toxaris. Et optimo iure obiurgas: quare perge cōfidenter qd̄ restat dicere: p̄inde quasi nec adsim dū loq̄ris. adeo tibi filo. Toxaris. Quart⁹ igitur agebatur dies Dādamidi & Amizocæ: murutū sanguinē pariter biberāt: venerant interea in regionē n̄sam Sauromatæ: cū equitū decē milibus: peditū autē bis tm̄ aduenisse ferebatur: il nimirū quū in nos irruissent imparatos: neq̄ expectātes illos insultū: oēs quidē cedere cogūt: cōpluris autē repugnātes occidūt: nōnullos & viuos abducunt: nisi siq̄s effugerat tranās invlteriorē fluminis ripā: vbi nobis dimidiū coptatū: & paracurruū erat. Sic em̄ id t̄pis castra fueram⁹ metati: haud scio quo cōsilio Archiplanox. i. du cum nostrorū: ad utrāq̄ Tanaidis ripā: Protinus itaq̄ & p̄das abigere: & captiua abducere: & tētoria diripere: & curribus potiri: atq̄ iis plarīsq̄ cū viris captis: & sub oculis n̄sis cōcubinas vxoresq̄ n̄sas cōstuprare. Nos porro rē idigne tulim̄s. At Amizoca quū duceretur (erat em̄ captus) noīatim inclāmauit amicū: misere vinct⁹ simulq̄ calicis & sanguinis cōmonefecit. Qd̄ simul atq̄ exaudierat Dādamis: nihil etiā cōtatus: spectātibus oībus: tranauit ad hostes: ibi Sauromatæ dēfatis telis irruēt in illū: iā cōfixuri nisi succlamasset Zirim. Hoc verbi siq̄s sonuerit: postea nō interimūt: sed recipiūt: tāq̄ dederūt se p̄cio redimēdū. Moxq̄ ad illos ducē adductus reposcebat amicū: ille redēpriōis p̄ciū postulabat. Neq̄ em̄ prius dimissurum sese: nisi maxim p̄ illo recepisset. Tum Dādamis: q̄ possidebā inq̄: ea oīa a vobis direpta sunt. q̄ si qd̄ est qd̄ nudus p̄stare queam: id sum parus polliceri vobis: & imperato q̄qd̄ voles. Et si ista vis: meip̄m huius in locum recipe & abutere: ad q̄d cūq̄ tibi lūbitum erit. Ad hęc Sauromata. Nihil inq̄ opus retinere te p̄sertim quū temet dedideris. Quin tu p̄te eorū q̄ possides tradita: amicū abducto. Rogat ilico Dādamis: qd̄ nā vellet accipere: ille oculos postulat. Atq̄ hic p̄tin⁹ exhibuit eruēdos. Dein vbi eēt execti: iāq̄ p̄ciū p̄solutum eēt Sauromatis: recepto Amizoca reuersus est innitēs illi: vnaq̄ tranātes incolumes ad nos redierūt. Id factum aīm reddebat Scythiis omnibus: neq̄ iam victos eē rebātur sese: quū viderent: quod apud nos esset bonorū maxim: id nōdum eē abductū ab hostibus: verum superesse egregiā mentē: & in amicos fidē. At idē Sauromatis formidinē non me diocrem incuriebat: reputātibus cū cuiusmōi viris: si se p̄parasset: eēt pugnaturi: tamen si tum quidē ex improuiso superassent. p̄inde sub noctē: relictis maxima ex p̄te pecoribus incēsiq̄ curribus fuga sese subdixerūt. Porro Amizoca nō tulit diutius: vt videret ip̄e: amico cæco Dādamide. sed ip̄sus semet exoculauit. Atq̄ ita sedēt ābo omniq̄ cū honore a populo Scytharū publicitus alunt. Quid tale Mnesippe vos referre possētis? Etiā siq̄s tibi donet vt possis vel decē alios ad istos q̄nq̄ adisigere: etiā citra iusiurandū: si ita vis: vt & multa liceat affingere? At ego tibi rē nudā exposui: Tu vero si quē talē narrasses: nō sū nesci⁹: quātas ad ornādā rei ḡfa phaleras narratiōi fueris admixtur⁹: quēadmodū supplicarit Dādamis: & quō sit excæcat⁹: & q̄ dixerit: & quo pacto redierit: & quēadmodū exceperit eum Scythæ: adgratulātes beneq̄ ominātes: atq̄ id gen⁹ alia: cuiusmōi vos ad demulcēdas aures soletis artificio quodā addere. Audi igit & aliū huic parē Belitā: hui⁹ Amizocæ consobrīnum. Is vt detractū ex equo a leone Balthem amicū cōsperisset: nā forte simul erāt in venatū: iāq̄ leo circūplexus illū: iugulo admotus esset: atq̄ vnguibus laniaret: defillēs & ip̄e inuolauit in tergū beluæ: reflexitq̄ in sese puocās auertēs: atq̄ inter dentes digitos inferens: conatus quoad licuit Balthem e rictu Leonis extirpere: donec leo omisso illo iam semimortuo: ad Belitā sese conuertit. atq̄ ip̄m quoq̄ circūplexus occidit. At ille moriēs (nam tanto āteuerit) Acinacē in Leonis pectus defixit. Itaq̄ pariter examinati sunt oēs. nos autē sepeliuim⁹ eos: duob⁹ aggestis tumulis iter se vicinis: altero amicorū: altero e regiōe leōis.

Luciani.

Iam tertio tibi referam Mnesippe Macentæ Lōchata & Arfacomæ amicitia. Hic em̄ Arfacomas deperibat Mazæā Leucanoris filiā: q̄ regnabat in Bosporo: tū quū legatiōe fungeret̄ super tributo: qd̄ Bosporini semper nobis pendere soliti: id tēporis tertium iā mēsem ultra diem legitimū distulerant. In conuiuiō igitur quū Mazæam vidisset pecoram atq; decoram virginē: amore captus est: grauiterq; discruciabat. Iā itaq; q̄ de tributis agebant: erāt trāsa cta: Respōderatq; illi Rex: cōuiuiōq; accipiebat: mox illū dimissur⁹. Est aut̄ mos in Bosphoro: vti p̄ci in cōuiuiō petāt puellas: narrātes quinā sint: q̄busq; rebus freti: decreuerint eas in matrimoniū accipere. Atq; id t̄pis forte fortuna multi aderāt in cōuiuiō p̄ci: reges: ac regum filii: in his erat & Tigrapates Lazorū princeps: & Adymachus Machlynæ dux: aliiq; cū his p̄multi. Oportet aut̄ vnūquēq; procū posteaq; exposuit q̄s sit & q̄ fiducia ad abiēdas nuptias accesserit cōuiuari cū reliqs: tacitūq; accūbere. Dein pacto cōuiuiō: postulata phiala: vinū in mēsam effundere: atq; ita spōsam ābire: multū interea collaudantē sese: quo gñe: q̄bus opibus: q̄ sit potētia. Ad hunc igit̄ modū cū multi iā libassent: postulassēq; regna & opes cōmemorantes: tandē Arfacomas: postulata phiala: non libauit (neq; em̄ mos apud nos vinum effundere: quin magis cōtumelia ista esse iudicatur in deū) sed haustim bibēs: Da mihi Rex inquit filiā tuam Mazæā vxorē: qui multo sum potior istis quantū ad opes ac possessiōes attinet. Leucanore vero admirāte: neq; em̄ credebat rex pauperē Arfacomā ac de plebe Scytharū eē: p̄contāteq; quantū pecorū: aut quantū habes plaustrorū. Arfacoma: nam lis rebus vos diuites estis. Imo nec plaustra inq; possideo nec armenta: verū sunt mihi duo amici: honesti: p̄biq; quales aliū Scytharū nemini. At tū quidē ista dicēs risus est: cōtēptulq; habitus: visusq; temulentus: Mane vero reliquis p̄latus est Adymachus: iāq; sponfam abducturus erat in Mæotidē ad Machlyenses. Porro Arfacomas domū reuersus amicis indicat: quemadmodū reiectus esset a rege: risuq; habitus in cōuiuiō: quū paup̄ esse putaretur. Equidē illis dixerā inq; opes meas eē vos: o Lōchata atq; Macēta: vřamq; beneuolē etiam longe p̄stare: multoq; firmiorē eē Bosporanorū opibus. Verū hæc dicentē me subsannauit: contēpsitq; & Adymacho scilicet Machlyēsi tradidit asportūdā spōsam: q̄ aureas phialas se diceret habere decē: p̄terea currus q̄ternis sedilibus octagita: ad hæc ouīū boīq; multā copiā. Sic videlicet āterulit fortibus viris pecorū multitudinem: operosa pocula: & currus grauis: proinde o amici dupliciter excrucior: nam & Mazæam amo: & iniuria mihi inter tantum hoīm illata: nō mediocriter mordet aīm meum. Arbitror aut̄ & vos ex æquo iniuria affectos esse. Etenim ad vnūquēq; e nobis tertia contumeliæ pars p̄tinebat: si modo ita viuimus: quēadmodū coepimus quū cōiungeremur: nimirū vt vnus homo simus: isidē dolentes: isidēq; gaudentes. Imo inq; Lonchates vnusquilibet e nobis totus iniuria afficiēbatur: tū quū in te ista fierēt. Quomō igitur (inq; Macētes) his in rebus agemus! p̄ptes inquit Lōchates negotiū suscipiamus. Atq; ego quidē recipio Arfacomæ me caput apporturum Leucanoris. Tu vero spōsam creptā huic adducas oportet: ita fiat (inq;) At tu Arfacoma: inter hæcnā his pactis verisimile ē exercitu ac bello fore opus: hic mane: quo cōtra has & appares arma: equos: atq; aliarū rerū vim: quantā potes maximā. Facillime aut̄ plurimos adiūxeris: p̄tim q̄ ipse strenuus: p̄tim q̄ nobis non pauci sunt familiares. Maxime vero si defederis in tergoze bouis Hæcybi placuissēt: hic quidē q̄tum potuit: recta p̄fectus est in Bosporū: puta Lōchates: alter. i. Macētes ad Machlyēses: eques vterq;. At Arfacomas domū manens: & cū æqualibus contulit: & ex familiaribus vim hoīm armauit. Demum & in tergoze bouis defedit. Cōsuetudo aut̄ de sedēdo in tergoze bubalo huiusmōi est apud nos vbi q̄s ab alio læsus est: cupitq; vlcisci: neq; par se pugnæ videt: tū boue imolato: carnes frustuatim cōcisas igni torret. Dehinc ipse porrecto humi corio: sedet in eo: in tergū reductis manibus more eorū q̄ a cubitis vincti sunt. Et hoc qdē apd̄ nos maximū est supplicādī genus

Appositis autem bottis carnibus: ad euntibus domesticis: preterea si quis alius velit: quisque premi sibi sumit: ac dextro pede tergum bouis calcas: per facultate pollicetur: hic quidem equites prebiturum se quinque suo pte cibo: suoque stipendior: ille decem: alius plures. alius armatos pedires quot possit: atque qui pauperrimus: seipsum duntaxat. Colligit itaque in tergo bouis ingens nonnunquam multitudo. Et huiusmodi quidem exercitus: & certissima fide coheret: & hostibus expugnare: difficillimus est: non aliter quam si iureiurando esset adactus. Nam in tergum ascendisse: instar iurisiurandi est. Arfacomas igitur his in rebus procurandis satagebat: Coieruntque illi eques quidem circiter quinquies mille: tum armati ac pedires permiscue: vices mille. At Lonchates ubi ignotus puenit in Bosporum: regem adit: tractatque quiddam de regni negotiis: atque venire quidem sese publico Scytharum nomine: sed priuatim res maximas apportare. Ille ubi dicere iussisset. De publicis inquit negotiis hac in prentiarum denunciatur Scytharum: ne vestri pastores in planiciem usque transgrediantur: sed intra Trachonem pascant. Ceterum latrones de quibus ex postularis: regionem vestram incurserunt: negant eos publico consilio emitti: sed priuatim suis quique lucri causa perdari: Quod si quis illorum deprehendatur: te dominum esse: ut punias. Hanc quidem illi denunciant: at ego tibi indico: graue in vos insultum futurum ab Arfacoma Mariatae filio: qui nuper legatum egit apud te: idque (opinor) quam filiam tuam postularit: non assequutus sit abs te: ob id indignatur: sed et in tergo taurino: septimum iam diem: contractusque illi est exercitus haud exiguus. Audiui (inquit) Leucanor & ipse: cogi vim copiarum in tergum bouis. Quod autem aduersum nos cogerent: quod Arfacomas huius rei esset impulsor: id vero me fugerat. Atque in te inquit Lonchates hic apparatus constituitur. Mihi autem inimicus est Arfacomas: grauiusque fert: quod sibi preferat a natu maioribus: & quod in omnibus illo videar esse prestantior. Quod si mihi sponte deris alteram filiam tuam Barcetim: alioqui nec indigno vestra affinitate: breui tibi reuersus caput eius apportauero. Spodeo Rex inquit: videlicet supra modum formidine correptus: propterea quod non ignoraret iratum sibi Arfacomam: tum & alias quoque metuerit semper Scythas. At Lonchates: iurato inquit te prestiturum pacta neque inficiaturum. Id quum fieret: iamque resupinatus in celum intrare vellet: Absit inquit ut hic: ne quis spectantium conciliat: quam gratia iuremus. Quin potius hoc templum martis ingressi: oculis fortibus iusiurandum edamus: ubi nullus exaudiat. Nam si quid horum inaudierit Arfacomas: ve reor: ne me ante bellum immolet: manu iam nunc non parua cinctus. Introeamus inquit Rex Vos autem absistite quam longissime. Neque quisque ad templum adeat: quem ego non accersiuero. Posteaque igitur ipsi quidem introgressi sunt: satellites autem percul abstiterunt: vibrato gladio simulque altera manu obturato ore: ne vociferarentur: ictum in pectus adiecit. Deinde caput de secum sub Chlamyde tenens prodibat: quasi confabulans interim cum illo breuique sese dicentes ad futurum: tanquam ad negotium quippiam emitteret ab illo. Atque ita reuersus eo ubi equum vinculum reliquerat: consilio illo redegit in Scythiam. Porro nemo est eum insequutus: quippe diu ignoratibus Bosporinis: quid acciderat: tum ubi rescissent: factiose de regno decertantibus. Hanc itaque gessit Lonchates: prestititque promissum: allato Leucanoris capite. Porro Macetes in via factus certior super his quam in Bosporo acciderat: puenit ad Machlyeses: Primusque illis nuntium attulit de Rege trucidato. At populus inquit te Adymache gener cum sis ad regnum vocat. Proinde fac ut ipse prior occupas imperium arripas: in rebus perturbatis obortus: puella vero te sequatur a tergo in curribus. Facile enim istud hoc pacto tibi conciliaueris multitudinem Bosporanorum: ubi Leucanoris filiam cognouerit. Ego porro non solum abatus sum: verum etiam sponsa tua cognata maternus: siquidem nostra e genere Mastrae Leucanor ascitit uxorem. Et nunc tibi adsum: missus a Mastrae fratribus sum in Alaniam denunciaturibus ut quam potes ocysime: te recipias in Bosporum: neque circumspices: donec in portum ad Eubiotum deueniat: quod tamen si notus est Leucanoris: tum Scytharum partibus semper fauit: cum Alanis simulrantes gerit. Hanc quidem dicebat Magentes. Erat autem eodem cultu ea

Luciani.

demq; lingua cum Alanis. Cōmune enim horumvtrumq; Alanis cum Scythis: nisi q; non magnopere comati sunt Alani: quemadmodum Scythæ. At Macentes in hoc quoq; illis erat assimilis: videlicet detonsa coma: quatinus conueniebat Alanū minus esse comatum q̃ Scytham. Itaq; his reb⁹ factū est: vt illi fides haberetur: putareturq; Masteræ ac Mazææ cognatus eē. Et nūc inquit o Adymache: ad vtrūvis paratus sum: vel p̃ficiſci tecū in Bosporū: si velis: vel manere si sit opus ac sp̃sām adducere. Isthuc equidē inquit Adymachus longe malim: quandoquidem cognatus es: te puellam adducere: Nā si nobiscū vna p̃ficiſcaris in Bosporum: vnū duntaxat equitē numero addideris. Quod si mihi vxorē aduexeris multorum instar fueris. Atq; ita factū est: & hic quidē iter ingressus est: Macētæ tradēs ducēdam Mazæā: quæ virgo etiā dū erat. At ille p̃ diem quidē illā curru vehebat: verū vbi nox incubisset: impositā equo (nam id curarat vt alius quidā eques sese consequeretur) tū infiliens & ipse nequaquā deinceps ad Meotim iter faciebat: sed deflectens ad mediterraneam: relictis ad dextrā Mitreorū mōtibus: quum virginē interim aliquoties interquiescere iussam refocillasset: intra tridū a Machlyensibus in Scythiam vsq; permenſus est viam statimq; equus eius vbi destitisset a cursu: paulisper astans examinatus est. Porro Macētes Arſacomæ Mazæā in manū dans. Accipe inquit a me quoq; id qd sum pollicitus. At illo ad insperatū spectaculū stupefacto: gratiasq; agente: Define inquit Macentes: ac noli me aliſi a teſpo putare: nā mihi p̃fecto gratias agere: ob hæc q̃ feci: perīde est: ac si sinistra mea gratias agat dextræ: q; vulneratæ sibi subministravit: atq; officioſe curā egit egrotantis. Ridicula nimirū & nos fecerimus: si lā dudum cōmiſſi: & quatenus licet in vnū conſtati: magnū adhuc eſſe credamus: si qua pars noſtri officioſe quid egerit p̃ toto corpore. Etenim p̃ ſeiſpo fecit: quū pars ſit totius beneficio adiuti. Atq; ad hūc quidē modū Arſacomæ gratias agēti Macētes reſpōdit. Cæterū Adymachus: vbi ſenſit infidias: nō perrexit ire in Bosporū: iam enim Eubiotus rex potiebat: accerſitus a Sauromatis: apd̃ quos fuerat diuerſatus: verum in patriā reuerſus cum ingentibus copiis: irrumpit in Scythiā: pauloq; poſt irrumpit: & Eubiotus: quum græcos vndecunq; poterat ſecū ducens: tum Alanos & Sauromatas accerſitos: vtriq; vices milles. Cōiunctis autē copiis: Eubiotus atq; Adymachus nonagira milia confeceſcunt. Atq; ex his tertia pars equites ſagittariis: nos autē (nam & ipſe ad hāc expeditionem contulerā: addens iis qui tergū taurinū conuenerāt: equites meopte ſumptu inſtructos centū) contractis haud multo minus triginta milibus: vna cū equitibus: operiebamur inſultū: ductore Arſacoma. vt autem admouētos illos conſpeximus: contra duximus agmen: p̃miſſis in hoſtem equitibus. Atq; vbi iam diu acriter eſſet pugnatū: tandē ceſſere noſtri: interrupta phalange. Poſtremo in duo deſertū eſt vniuerſum agmen Scythici: pars ſubduxit ſeſe: non omnino palā victa: verum ita fugiebat: vt locū dare videretur: Adeo vt Alani ad multū tempus inſequi non auderent: p̃tem alteram: q̃ eadē erat imbecillior cingentes Alani ac Machlyenſes: vndiquaq; cedebant: cōſertim emiſſis ſaculis atq; ſagittis: ſic vt vehementer laboraretur a noſtris qui tenebātur obſeſſi. Et lā plariq; arma p̃leceſcunt: quorum in numero forte erat Lōchates & Macētes: lāq; abo vulnus acceperāt: dū vterq; p̃ altero periclitaret. Hic quidē aduſto ſcemore: puta lōchates. Porro Macētes ſecuri ſauciato capite: tum cōto in humerū impacto. Quod ſimul atq; ſenſit Arſacoma: quū in altero agmine eſſet nobiſcum: turpe ratus: ſi deſertis amicis non aſſeſſet: ſubditis equo calcatribus: cum clamore in hoſtes tendere cœpit: ſublato gladio: adeo vt Machlyenſes vni animi non ſuſtinuerint: ſed viam illi fecerint: vt tranſiret. At ille receptis amicis: tum aduocatis & aliis imperum fecit in Adymachum: impactoq; in ceruicem gladio: ad zonam vsq; diſſecuit. Quo fuſo: diſſipata eſt omnis acies Machlyenſium: paulopoſt & Alanorum. Deniq; cum hiſ græci quoq;. Atq; ita redintegrato prælio nos ſuperiores ex

titimus: diuq; sumus insequuti: trucidâtes: donec nox finē iposuit. Postero die ab hostibus venerunt legati: qui supplices pacē atq; amicitia orarēt. Bosporani duplicatum tributum pensuros sese pollicebantur. Machlyenses obfides daturos se confirmabant. Alani ita eam inuasionē cōpensaturos sese spōdebant. vt Sindianos nostro noīe vellēt aggredi: gbuscum multo iā tēpore nobis fuerat simultas. His de rebus auditis suffragiū. In primis aut Arlacornæ & Loncharæ pax inita: duobus illis cūcta p arbitratu suo moderatibus. Huiusmodi Mnesippe audent Scythæ amicorū causa facere. Mnesip. Tragica prorsus o Toxari: fabulisq; similia. Et ppicius sit Acinaces & ventus p quos iurasti: si quis ista non credat. non ad modum rephendendus esse videatur. Toxaris. At vide vir egregie: ne incredulitas ista ab inuidia vestra pfiscat. Quāq; nō me deterrebis nō habendo fidē: quo minus & alia his consimilia referā: quæ nouerim a Scythiis esse gesta. Mne. Tantū ne longum facias vir optime: neq; vsq; adeo admissis vagisq; vtare sermonibus: vt nunc sursum ac deorsum Scythiā Machlyanāq; pcurrēs: deinde in bosporū discedens: postremo rediens: prorsus abutare silentio meo. Toxaris. Parendū tibi & hanc p̄scribenti legem: dicendūq; paucis: ne fatigeris vna nobiscū: audiendo circūcursitans. Quin magis ausculta q̄ in meipm̄ amicus Sifinnes noīe p̄stiterit. Quū enim Athenas relictā patriā pfisceretur: Idq; cupiditate græcarum litterarū: appulerā Amastrim ponticā. Ea est vrbs haud pcul a Caranibe dissita in pmōtorio obuia iis qui a Scythia natigāt. Comitabatur aut Sifinnes mihi a puero amicus. nos igitur vbi res quasdam importatas in portu spectassemus: in eūq; e naui subduxissemus eminus: nihil suspirantes mali: interea fures quidā effracta sera sustulerunt vniteria: adeo vt non reliq̄rint: quod vel in eū diem sufficere posset. Ergo quū domū essemus reuerſi: cognito quod acciderat: nō visum est incusare vel vicinos qui plures erant: vel hospitē: veriti ne plarisq; Sycophatæ videremur: si dixissemus nobis ab aliquo sublatos eē Daricos q̄dringentos: tum vestitū permultū: ad hæc tapetia q̄dam: deniq; qcquid habueramus. Consultabamus igitur hisce de rebus: quid esset faciundum omnī rerū egeniāq; in vrbe peregrina. Ac mihi quidem ita visum est: statim demerso in illā Acinace: vitā fugere: priusq; ignauum quippiam aut indignū esset ferendum: vel fame vel siti euecto: contra Sifinnes consolabatur: obsecrans ne quid tale facerē. Aiebat em̄ excogitasse sese: vnde nobis victus suppeteret. Et eo quidē die baiuladis e portu lignis nobis allata mercede: victū suppeditauit mane aut obambulās in foro: pompā quandā aspexit iuuentū (quēadmodū aiebat) elegantium ac strennuorū. Hi nimirū viritim lecti: vt mercede proposita certamē inirent: in tertium diem erāt decertaturi: Ergo quum oēs hui⁹ negotii conditiones audisset: accedēs ad me caue posthac inquit Toxari: ne teipm̄ pauperē dixeris. Siquidē tertio ab hinc die: dinitē te reddidero. Hæc ait. atq; interea egre parato victu: quum iā spectaculū esset institutum. spectabamus & ipsi. etenim assumptū me duxit in Theatrū: tanq̄ ad iucundū aliquod nouumq; spectaculū græcorū. Ergo vbi cōsedissemus spectabamur. Ac primo quidē loco feræ partī iaculis confixæ: atq; a canibus agitæ: partī in hoīes quosdā victos emissæ: nocentes quospiā: ita vt conticiebamus. vt aut p̄dierunt qui erant ad singulare certamē cōducti: ac producto iuvene quodam prægrandi: dixisset præco. Si quisq; velit cū hoc singulari certamine congregi: p̄deat in mediū: præmiū pugnæ accepturus: drachmarū decem milia: ibi p̄tinus assurrexit Sifinnes desiliens: polliceturq; se dimicaturū: simulq; poscit arma. Tum acceptam mercedē decem milia: mihi deferens in manū dat. Si vicerō inquit Toxaris: vna proficiscemur: suppetetq; cōmeatus: sin cecidero: sepulto me: redi rursus i Scythiam. Ego quidem his auditis singultiebā. at ille sumptis armis: reliquum quidem corpus muniuit: at galeam nequaquā imposuit: sed nudo consistens capite pugnabat. Et initio quidem ipse vulnus accepit: retorto gladio succiso poplite: ita vt multū sanguinis deflueret. Ego interea

rim iam metu p̄mortuus eram. At ille confidentius inuadentem aduersarium obseruans: ferit in pectore: transfigitq; ita vt protinus ad pedes illius procumberet. ille fessus: & ipse vulnere mortuo incubebat: parūq; aberat: quin ipse quoq; efflaret aīam. At ego accurrens erexit: aīmq; reddidi. Porro vbi dimissus est. iam victor declaratus: sublatum illū: domū de portauit: multūq; temporis curatus a medicis: supuixit quidē: hodieq; agit apud Scythas: ducta in matrimoniu sorore mea: claudus tamen adhuc est ex vulnere. Hæc res Mnesippe nō apud Machlyenses: neq; in Alania gesta est: vt testibus careat: & ficta credi queat: verū complures extant Amastriani: qui de pugna Sisinnæ memorāt. Finem iam faciam: Si tibi quinto loco factum Abauchæ rettulero. Appulit aliquando Abauchas hic in Boristhenisium ciuitatem: secum adducens & vxorem: quam vnice didigebat. liberos duos: alterum quidem masculum lactentem: altera vero erat puella septem annos nata. Erat autem peregrinationis comes: & huius amicus Gyndanes: atq; is quidē e vulnere laborans: quod in via acceperat a latronibus: qui eos fuerant adorti: cum quibus dum pugnaret: latus est in foemore: ita vt ne stare quidem posset præ cruciatu. Itaq; noctu dormientibus illis: nam forte in coenaculo quodam diuersabantur: ingens ortū est incendiū: omniaq; circumclufit: lāq; flamma vndiq; domū circumdedit. Ibi expectatus Abauchas: relictis liberis ploratibus: re pulsa vxore: quæ inhærebat: iussaq; vt ipsa sese seruaret: amico in humeris sublato descendit: prumpensq; euasit: ita vt nequaquā incendio dederetur. Vxor infantem baiulans consequuta est: monens puellulā: vt sese consequeretur. Ea vero semiuista abiecto ex vlnis infante: vix exiit e flāma. Deinde puellavna cum illa veniens: pene & ipsa extincta est. posthæc cum probro obiectaret quispiam Abauchæ: q; desertis liberis atq; vxore: Gyndanem extulisset: imo liberos inquit denuo parare: haud quāq; difficile: tum incertū an hī boni sint futuri. porro amicū: diu fuerit priusq; inueniā: talem: qualis est Gyndanes: cuius amor mihi multis argumentis est exploratus. Dixi Mnesippe e pluribus his quinq; propositis: tā tempus est p̄nunciari vtrū nostrū: aut linguam aut dexteram oporteat āputari. Quis igitur futurus est iudex? Mnesip. Nemo. Neq; em̄ constitueramus narratiōis arbitrum. Sed scin qd̄ agemus? Quin in p̄ntiarum nullo p̄posito scopo sumus iaculati: de integro delecto arbitro alia amicorū paria apud illum referamus: deinde vter succubuerit: ei tū quidem amputetur: vel mihi lingua: vel tibi dextra: aut si hoc crudele: qñ tu amicitiam admirari visus es: ego nihilo secius puto: nullā eē mortalibus possessionē hac p̄stātiore neq; pulchriore: quin ipsi quoq; in vnum copulati: illud approbamus: vt ex hoc die in totā vsq; vitā simus amici: vtriq; victores: vtriq; maximis potiti p̄miis: videlicet pro vnica linguavnaq; dextra binas vterq; habituri: atq; insup oclōs quoq; quaternos: pedesq; quaternos: in sūma duplicia oīa. Eiusmodi nāq; quiddā est quum duo tresq; copulantur amici: qualem Geryonē scriptores depingunt sæuis manibus: ternisq; capitibus hominē. siquidem (vt mea fert opinio) tres illi fuerunt: qui cōmuniter omnia gererent: vt dignum est his: qui amicitia cōiuncti sunt. Toxaris. Probe dicis: atq; ita faciamus. Mnesip. verū neq; sanguine opus est Toxaris: neq; Acinace qui nobis amicitiam cōfirmet: Hæc em̄ confabulatio: & q; eadē amamus: id multo certius est Calice illo quē bibitis: p̄pterea q; huiusmōi nō obligationē sed aīm postulare mihi videntur. Toxaris. Placent ista: iamq; amici atq; hospites simus: tu mihi hic in græcia: ego tibi si quando in Scythiam perueneris. Mnesippus. Nimirum vt sis sciens: nequaquā me pigeat vel longius etiam proficisci: si tales amicos nancisci liceat: qualem esse te Toxari ex tua oratione conficio.

Ornatissimo in Christo patri D. Renato Episcopo carnuteni. Erasmus Roterodamus Canonicus ordinis diui Aurelii Augustini, S.P.D.

QUum multis modis compertum haberem ornatissime pater q̄ candide de meo Ingeniolo meisq; nugis sentias: vir alioqui naris emunctissimæ: profecturus in Italiam: vt esset interim quod te tui Erasmi commonefaceret: Luciani Pseudomantem misi: scelestissimum quidem illum: sed quo nemo sit vtilior ad depræhendendas coarguendasq; quorundam istorum imposturas: qui nunc quoq; vel magicis miraculis vel ficta religione: vel ad simulatis condonationibus: aliisq; id genus præstigiis vulgo fucum facere solent. Eum igitur leges (vti spero) nō modo cum fructu aliquo: verum etiam summa cum voluptate: propterea q̄ excellentia tua: q̄q; præter generis claritatem: fortunæ splendorē: muneris authoritatem: seruis illis ac retricis in studiis est absoluta: tamē propter summam Ingenii festiuitatem miramq; morum iucunditatem: non solet admodum ab his etiam elegantioribus musis abhorrere: ac frugiferas has nugas arduis illis negotiis libenter intermiscere. Porro quicquid est vel nigri salis quē Momo tribuunt: vel candidi: quem Mercurio ascribunt: id omne in vno Luciano copiosissime reperias licebit. Carnutensis oppidi tam splendidum profecto tamq; celebre phanum fulmine conflagrasse: dici non potest: q̄ seram acerbe. Vale.

Luciani.

Luciani Alexander seu Pseudomantis: Erasmo Interprete.

V quidē charissime Celse: leuem forte quandā: ac faciliē prouinciā tibi videris quū iniungis: vt Alexandri Abonotichitæ impostoris vitā cōmentas: neq; nō audaciā prastigiasq; libro cōplexus: volumen ad te trāsmittā: verū si quis ea conet omnia ad plenū enarrare: id pfecto nō minoris sit negocii: q̄ Alexandri eius: cui Philippus fuit pater: res gestas litteris pderet: tātus hic celere: quātus ille virtute: attamen si cādide ignoscēterq; legere voles: & qd̄ narrationi de erit id ex te imputare atq; addere: conatū hunc te authore capeſſam: & Augei bubile si non omne: at certe pro mea virili repugnare nitā: paucis aliquot elatis cophinis: nimirū vt ex his conlecturā facias: quātus: q̄q̄ imensus: fuerit fimus vniuersus: quē ter mille boues multis annis reddere potuerint. Sed amborū interim noīe calūniā vereor tuo pariter ac meo: tuo qui iubeas memoriæ litterarūq; monumētis tradi: verum longe ſceleratiſſimū meo qui ſimulā operā in hmōi narratione rebusq; gestis hominis: quē nequaquā oportebat ab eruditis legi: sed in frequētissimo quopiam & amplissimo theatro spectari a ſimiis aut vulpibus diſcerptū: q̄q̄ si quis hoc crimē nobis impegerit poterimus & ipsi nos exemplo quodā ſimili tueri: etenim Arrianus ille discipulus Epicteti vir inter Romanos cū primis laudatus ac p omnē vitā in litterarū studio verſatus: quū ſimile quiddā fecerit pro nobis quoq; reſponſurus est. Nā is quidē Tilibori latronis vitā deſcripſit: nos vero multo crudeliore latronē memoriæ pdemus: quippe qui nō in ſiluis ac mōtibus: sed iſtis in vrbibus ſit latrocinat⁹: neq; qui Minyam tm̄ aut Idam ſit pergraſſat⁹: neq; paucas quaſdā Aſiæ partes: videlicet deſertiores depopulatus: sed qui vniuerſam (vt ita dixerim) Romanorū ditionē ſuo cōplerit latrocinio. Ac primū tibi depingā hominē: effigiē eius quoad potero proxime verbis adūbrās tametſi nō ſum admodū pingēdi peritus. Corpore igiſ vt interim et hoc tibi repræſentem pcerus erat: & aspectu decorus: planeq; ſpecie diuina quadā ac maiestatis plena: colore cādido: barba nō admodū hiſſuta: coma partim natiua tectus: ptim appoſititia. Sed hac adeo ſciēter efficta: vt vulgus fere nō ſenſiſceret imitatā aſtrictiāq; eſſe. Oculi vchemēter acres ac verſatiles: tū diuinū quiddā relucentes: vox dulciſſima pariterq; clariſſima. In ſūma quo ad has res: nulla ex parte poterat improbari: ac figura quidē hominis erat huiusmodi. Cæterū mēs atq; animus. O malorū depulſor Hercules & auerſor triſtiū luppiter: ſeruatoreſq; dioscūri in hoſtes potius contingat incidere q̄ cū eiꝰſmodi quopiā habere cōmeritiū. Sigdē ingenio: ſollertia: acumine longe præſtabat cæteris mortalibus: tū curiositas: docilitas: memoria: & ad diſciplinās ingenii ſcelicitas: horū vnūq; ſupra q̄ credi poſſit illi ſupperebat quibus tamen peſſimā in partē eſt vſus. Et quum haberet arma tam egregia ſibi ſuppeditata: ilico nimirū omniū qui eſſent ſceleribus nobilitati: facile ſūmus euasiſſet: vel ſuperior Cæcropibus: Euribato: Phrynonda: Ariſtodemō: Soſtrato. Nā ipſe cū aliquādo Rutiliano ſcriberet genero: moſtiſſimeq; de ſeſe loqueret: Pythagoræ ſemet adſimulabat. At qui veni am mihi dabit Pythagoras: vir ille quidē ſapiēs ac mēte diuina: cæterū ſi huiꝰ ætate vixiſſet puer: ſat ſcio: præ hoc viſus fuiſſet. Sed heus tu per gratias: caue putes hæc in Pythagoræ contumeliā me dicere: quas velim eos ſimilitudine rerū geſtarū cōmittere. Verū ſi quis deterrima quæq; & probroſiſſima: quæ de Pythagora per calumniā ſerunt (quibus equidē haud quāq; fidē perinde vt veris habuerim) ſi quis tamen cōferat in vnū: ea nimirū omnia vix etiā minimā particulā adæquent Alexandrinæ verſutiæ: proſum em̄ imaginare mihi: et cogitatione finge: q̄ maxime variā ingenii tēperaturā indolēq; ex mēdacio dolis periuriis: maleficiisq; conſuſam: promptam: audacē: verſatilem: & ad efficiendū q̄ cogitaſſet: nullum reſugientē laborē: appoſitā ad perſuadendū: cuiq; facile fides habēda videret: tū quæ

mire simularet optima quæq; ea quæ a mente essent diuersissima præ se ferret. Primum igitur nemo cum illo congressus est qui non hac cum opinione discesserit: ut cum mortaliū omnium optimum æquissimūq; præterea simplicissimū minimeq; fallacē iudicaret. Accedebat ad hæc omnia grandium rerū conatus: quum nihil pusillū cogitaret: sed ad maxima semper appelleret animū. Itaque quum esset adolescentulus adhuc: formosus admodū: ætate videlicet tenera: ac velut herbescens: id quod licebat partim et stipula cōiungere: partim audire ex his qui ita prædicabant: passim sese prostituere: ac mercede sui copiā faciebat: his quibus lubitum fuisset Inter multos autē incidit in hunc amans quidā præstigiator ex eorū numero: qui magiam et diuinas incantationes profitentur: tum illectamēta ad cōciliandā in amoribus gratiam maiorum immisiones in hostes rationē eruendi: rependiūq; thesauros: hæreditatē: successiones. Hic ubi cōspiceret bene ingeniātū puerū: atq; ad ministrandū arti negotioq; suo propensissimū: utpote qui non minus illius adamaret maleficiū: q̄ ipse huius formā: eruditum eum: semperq; deinceps pro ministro est usus. At is publicitus quidem & apud vulgus medicum scilicet agebat: didicerat autem apud Thoonis ægyptii coniugem Pharmaca mixta salubria multa: at noxia multa.

Carmen
Homericū.

Quorum omnium successor hic atq; hæres factus est. Porro doctor ille & idem amator natione Tyanæus erat: videlicet ex eorū numero: qui cum Apollonio Tyanæo diligēter erant versati: totamq; illius tragoediā pernouerant. Vides quā e schola tibi hominē refero. Verū ubi iam barba plenus esset Alexander: Tyanæo illo vita defuncto: in egestatē redactus: deflorescere simul & forma: vnde victum parare licuisset: nihil postea parū agitabat animo. Sed inito cōmercio cum Byzantino quopiam annaliū scriptore viro: qui in certamina descendunt omnium: ingenii longe sceleratissimi: Cocconas (opinor) erat nomen: circumibant: imposituris ludificātes: ac pingues hoies (sic enim illi peculiari magorū lingua: vulgus appellat) detondētes. In his Macetim mulierē opulentā nacti sunt: natu quidē grauiorem illam: q̄ ut amoribus esset idonea: sed quæ studeret etiamdū amabilis haberi. Ab hac victus copia supereditabatur: atq; hanc ex Bythynia in Macedoniam usq; sunt consequuti. Nam illi patria erat pelle: qui locus olim floruit sub Macedonicis regibus: nūc a paucis: itq; obscuris & humilibus incolitur. Ibi quum conspicerent: immani magnitudine dracones placidos admodum ac mansuetos: adeo ut a mulierculis aderentur: & cum pueris vna cubarent: & calcantes ferrent neq; commouerētur: si quis stringeret præmeretq; deniq; perinde atq; infantes lac e papilla sugerent (nam sunt id genus apud illos permulti: vnde verisimile est: olim illā de Olympiade fabulā increbuisse: quū Alexandrū conciperet: huiusmodi dracone quopiā opinor: cum ea concubente) mercati sunt ex his serpentibus vnū: qui esset pulcherrimus: obolis sane paucis. Atq; (ut Thucydidis utar verbis) hinc iam bellū oritur: nimirum cum duo facinorosissimi: & immani audacia præditi: neq; nō ad maleficia promptissimi: societatem iniissent: facile perpenderunt: hæc duo potissimum in hominum vita tyrannidē obtinere: spem ac metum: quorū utroq; si quis ad cōmoditatem uterē: fore ut is illico ditisceret. Siquidē utriq; iuxta: vel ei qui metu laboraret: vel huic qui spe teneretur: videbant præscientiam q̄ maxime necessariā esse summeq; desyderari: atq; hac via Delphos olim fuisse ditatos factosq; celebres. Præterea Delum: Clarum: & Branchydes: nimirum hominibus per hos quos modo dixi tyrannos ad sacra cōfluētibus: ac futura prædiscere cupientibus: atq; huius rei gratia Hecatombas immolantibus: aureosq; dedicantibus lateres. Hæc ubi inter sese versassent: utroq; ac citro agitassent: visum est vaticinium oraculūq; cōstituere: etenim si res ea processisset: sperabant se protinus diuites atq; foelices fore. Qd̄ quidem negotium magnificentius etiam illis successit: q̄ expectauerant initio: & vel spe melius euenit. Hinc iam spectare coeperunt: primum quidem de loco: deinde quonam exordio: quæ ratione

Luciani.

negotium oporteret auspicari. Cocconas igitur Chalcedonem opportunam esse censuit: ut pote regionem a negotiatoribus frequentatam: tum Thraciæ Bithyniæque confinem: neque longe distitam ab Asia: Galatiæque: cunctis item imminentibus populis. At e diuerso patriam suam prætulit Alexander: nam aiebat: id quod erat res: ad huiusmodi negotiorum auspicationem aggressionemque hominibus opus esse crassis & stolidis: & qui viderent admissuri. Cuiusmodi Paphlagonēs affirmabat esse hos qui supra Aboni murum incolunt: nempe superstitiosos pluresque ac stolidos: qui si quis tantum apparuisset: tibicinem aut tympanistam: aut qui Cymbala pulsaret. Secum adducens: citharo (quod aiunt) vaticinans: illico vehementer omnes in illum inhiant et perinde ut caelum quempiam intueantur. Hac de re quum controversia non nihil inter illos fuisset: tandem vicit Alexander. Itaque profecti Chalcedonem (nam id opus visum est hac parte habere non nihil ipsis conducibile) in Apollinis templum: quod est apud Chalcedonios vetustissimum: areas defodiunt tabellulas: quas dicerent: breui admodum Aesculapium una cum patre Apolline in Pontum aduenturum: atque Aboni murum inhabitaturum. Eae tabellae quum essent de industria repertae: facile effecerunt: ut hic rumor in omnem usque Bithyniam ac Pontum dimanaret: multo autem ante alios in Aboni murum. Nam hi protinus statuerant etiam templum erigere: tanque fundamentis locum effoderant. Hic igitur in Chalcedone relictus Cocconas ancipitia quaedam atque ambigua obliquaque conscripsit responsa. Deinde paulo post diem obit a vipera (sicut opinor) iectus: in huius demortui locum accersitur Alexander: ac succedit iam comatus caesarisque promissa: tunicam indutus purpuream albo intermixtam: supra eam veste amictus candida: falcem tenens exemplo Persei a quo se maternum genus ducere prædicabat. At perditissimi illi Paphlagonēs: qui ambos illius noscent patres obscuros atque humiles: tamen oraculo crediderunt ita canenti.

Perfides genere gratus Phoebus iste videtur:

Dius Alexander podaliri sanguine cretus.

Hic nimirum Podalirius libidinosus erat: ac natura mulierosus: adeo ut a Tricca ad Paphlagoniam usque in Alexandri matrem sit incitatus illectusque. Repertum est aliud oraculum: quasi Sybillae prædiuinantis.

Ad maris euxini litrus: iuxtaque sinopam

Tirside erit quidam ausonia de gente sacerdos:

Qui prima ex monade: tribus ac decadis: referabit

Quinq; alias monades: vicienaque ter repetita

Quadrorbem numerum: referentem nomina diui:

Qui veniet laturus opem mortalibus egris.

Alexander itaque sepius inuectus in patriam: cum eiusmodi Tragœdia: conspicuus erat ac splēdidus: quum interim furore afflatus sese nonnunquam adsimulabat: ore spuma cōpleto id quod ille facile efficiebat: radiculæ (ea est herba lauandis lanis idonea) radice cōmanducata. Cæterum illis diuinum quiddam ac formidandum spuma videbat. At multo ante sibi finxerant parauerantque e linteis cōfectum draconis caput: quod specie quandam humanam præ se ferret: colorum fucis mire adsimulatum: quodque pilis equinis os & aperiret & clauderet. Tum lingua (sicut est draconum) bisulca atra prominebat: quæ & pilis agebatur. Porro Pellæus ille draco iam pridem erat in promptu: domique alebat: quum res postularet: tum ab illis profecturus: unaque in partem Tragœdiam acturus: vel princeps potius huius futurus fabulæ iam vero ut erat maturum aggredi: tale quiddam machinatur noctu veniens ad templi fundamenta nuper effossa. Constitit autem in eis aqua: siue quod ea indidem alicunde destillauerat: siue quod ex æthere deciderat: illicouum antea excauatum deponit: quod quidem intus occultabat foetum recens editum serpentis. Id quum alte demersisset: in abditas luti cavernas

rursum illinc discessit. At mane quum in forū profiliisset nudus: nisi q̄ subligari circum pu-
denda rectus erat: eoq̄ inaurato: rum falcem illam gestans: simulq̄ solutam ventilans ia-
ctansq̄ comā: eorum more quī a Cybele deorū matre afflati conueniunt: ac numine rapiun-
tur: cōscēsa sublimi quapiā ara cōcionabatur: ciuitatem eam beatam esse prædicans: quæ
mox deum propalam esset ostensura mortalibus. Porro qui aderant (nam cōcurrerat vni-
uersa p̄p̄e ciuitas) vna cum mulieribus: senibus: pueris: admirabant: ac vota facientes ad-
orabant. At ille voces quasdā incognitas: nihilq̄ significātes: cuiusmodi sint Hebreorū aut
Phœnicum: atronitos eos reddebat: vt qui nihil intelligerent eorum quæ dicebat: nisi so-
lum hoc: q̄ Apollinē Aesculapiūq̄ passim admiscebat. Sub hæc ad institutū templū curri-
culo fugiebat: accedensq̄ ad fossam ac fontem illum: quem iam ante conditum oraculum
præstruxerant: ingressus aquā: magna voce canebat laudes Apollinis & Aesculapii: muta-
batq̄ deum: vt dexter ac foelix in ciuitatem adueniret. Deinde phialam postulat. Eā por-
rectam a quopiam: facile immergens: vna cum aqua haurit & ouum illud in quo nimirum
ille deum concluderat: candida cæra cæruſaq̄ commissurā operculi ferruminans. Id quū
manu cœpisset: affirmabat iam Aesculapiū tenere sese. Interim illi stupidis defixisq̄ intue-
bantur oculis expectantes: quid nam esset futurū postea: iam dudum admirantes ouum in
aqua repertum. Porro posteaq̄ fregisset idem: caua vola cōpressum: ac serpentis illius foetū
exclusum excepisset: simul atq̄ mouentē hunc sese cōspicerent: ii qui aderant: ac digitis
circumuoluentem: protinus vocē tollebant: deumq̄ consalutabant: ac ciuitatem eam for-
tunatā esse dictitabant. Singuliq̄ affatim votis implebātur: thesauros: opes: prosperā va-
litudinē: aliq̄ id genus ab illo flagitantes bona. Hic ille rursus cursim sese domū abripuit:
vna secum asportans: modo æditum in lucem Aesculapium: bis natum scilicet cum semel
duntaxat nascantur homines: atq̄ eum non ex coronide per Iouem: neq̄ coruo: verum ex
ansere progenitum. Populus autem vniuersus cōsequebatur: omēs afflati deo atq̄ ob spes
animo conceptas furore correpti. Interdiu igitur se domi continebat: sperans fore: id qd̄ &
euenit: vt fama permoti Paphlagonū pars maxima cōcurreret. Ergo posteaq̄ vrbs ita esset
hominibus referta: vt iam redundaret: sed quibus oībus iam antea tū cerebrū: tū cor esset
exemptum: nec vlla parte similes viderent viris pane victitatibus (vt loquitur poetæ) ve-
rum qui præter solam figurā nihil a pecudibus distarent in ædiculis quibusdam: in lecto re-
fidens: eo videlicet ornatu: qui vatē mire deceret: imponit in sinum Pellæi illū Aesculapiū
qui quidē erat vt dictū est: maximus pulcherrimusq̄: hunc totū vbi collo circūdedisset: cau-
dam foras prominere sinens: erat autē ingens adeo vt cū per pectus illius effunderet: pars
tamē humi traheretur. Solū autē caput sub alis abditū tenebat: illo nimirū omnia ferente:
lintheatū illud draconis caput: altera in amictus parte contextū ostēdebat: qd̄ prorsum il-
lius sese draconis videret: qui a pectore prominebat scilicet. Iam vero mihi cogita: ediculas
nō admodū illustres: nec ad sacietatem vsq̄ luminis capaces: tum turbā hominū cōuena-
rum: quiq̄ aliis ex locis aliis concurrissent: tumultuantes: ac prius etiam q̄ ista viderent mē-
te atroniti stupefactiq̄: deniq̄ spebus illis sublatis. Quibus ingressis nō mirum: si res visa est
portentosa: videlicet ex modo pusillo serpentes: intra pauculos dies tam immanē extitisse
draconē humana specie: atq̄ eum insuper mansuerū tractabilemq̄. Protinus autē ad exitū
properabāt: et priusq̄ exactius essent cōtemplati: protrudebant ab iis qui noui semp̄ ingre-
diebant. Porro e regione ianuæ p̄ quā intrabatur patefactum erat & aliud ostiū per quod
exiretur. Cuiusmodi quiddā & Macedonas in Babylone fecisse ferunt in Alexandri morbo
quum ille grauiter iam egrotaret: illi obsessa regia desyderarent eum intueri: ac supremum
alloqui. Atq̄ hoc spectaculi scelestus hic non semel: verum crebrius exhibuisse dicūt: maxi-
me si qui diuites aduenissent recēiores ac nouitii. Hoc loco mi charissime Celce: si vera fa-

Luciani.

teri volumus: acqui est veniā dare Paphlagonibus ac Ponticis illis hoībus nimirū crassīs & ineruditīs: si delusi sunt quum draconē manu cōtingerent: nā hoc quoq; largiebat̃ Alexan-
deris q; voluissent: quūq; cōspicerēt in dubia malignaq; luce imitatū illud illius caput os
scilicet: nūc aperiēs: nūc claudēs: tanto artificio vt res plane Democritū aliquē requireret
aut certe Epicurum Merthodorumve aut aliū hmōi quēpiā: qui prorsus adamantinā ad-
uersus hāc atq; id genus alia mentē obtineret: qui nullo pacto recederet: quīq; vel quid es-
set rei cōiecturis colligeret: vel si viā etiā modiq; peruestigare nō quiret: illud tamē antea
sibi persuasum haberet: fugere quidē sese: modū rationēq; prastigiaturā: ceterū quicqd es-
set negotiū: prorsus simulatū fucatūq; esse ac ne fieri quidē vlla ratione potuisse. Paucis er-
go diebus cōfluxit tum Bithynia tum Galatia: Thraciaq; eorū qui renūciabāt: vnoquoq;
vt fit: affimante sese primū nascentē vidisse deum: deinde paulo post eundē cōtrectasse iā
grandē admodū factū: vultu etiā hominī assimilem. Accedebāt ad hāc picturā: imagines:
signa: deum referentia: partim ex ære: partim argento efficta. Postremo nomen etiā inditū:
Nam Glycon appellatus est: idq; iussu diuino carmine prodito. Ad hunc enim modum elo-
quutus est Alexander.

Sum ille Glycon: hominum lux: ex Ioue tertia proles.

Ast vbi iam maturum esset: vt cuius rei gratia hactenus omnia fuerant excogitata: respon-
sa quoq; redderet: illis qui requisuissent: diuinaretq; accepta videlicet ansā ab Anthilocho
qui apud Cilices vatem egerat. Nam is quoq; post patris Amphiarei interitum: posteaq; q̃
ille inter Thebanos extare desuisset: patria pulsus: atq; in Ciliciam profectus: haud incom-
mode rem gessit: quum Cilicibus euētura prædiceret: binos obolos pro singulis accipiens
responsis: ab hoc inquā arrepta ansā: prædicat Alexander oībus q; aduenerant fore: vt deus
ipse responsa daret: cuiusq; rei diem quendā certum præloquutus est. Iussit autem vt quisq;
qd videretur qdq; maxime discere vellet: id in libello cōscriberet: eumq; funiculis obuinctū
cæra: argillave aut simili re quapiā obsignaret. Se vero receptis libellis: subitisq; adytis (iā
enim oraculum erat extructum: & apparatus cortinæ) ordine per præconē ac theologū euo-
caturum: eos qui tradidissent: dehinc vbi de singulis esset edoctus a deo: libellos redditurū
ita vt traditi fuerant obsignatos: subscripto illis responso pro cuiusq; argumēto: deo nimirū
respōdēte: quacūq; de re quis esset sciscitatus. Erat autē hic dolus: hominī cuiusmodi
tu es: aut etiam (si modo dictū non est inuidiosum) cuiusmodi sum ego: manifestari neq;
difficilis animaduersus: verū idiotis quibusq; nares essent mucro obsita: minimeq; emittæ
prodigiosum planeq; incredibile quiddā esse videbatur. Etenim quū varias teneret artes:
quibus signa tollerent: quæ quisq; sciscitabatur: ea legebat: atq; ita quæ viderent ad inter-
rogata respondebat. Deinde rursum obuincta obsignataq; reddebat: non sine summa ad-
miratione eorū qui recipiebant. Plurimus em̃ hic inter illos erat sermo qui randem scire po-
tuisset iste: quæ ego illi tradidi: saneq; diligenter obsignata: signis imitatu neutiq; facilibus:
nisi re vera deus esset quispiam cui cuncta sint perspicua. Sed iam quibus artibus id effe-
rit forsitan a me requires. Accipe quo videlicet imposturas eiusmodi depræhendere queas
et coarguere. Prima ratio sic habebat. Eam cæra partem: quæ post signū hærebat: acu can-
defacta liquefactam diducebat. Tum vbi legisset rursum calefactam acu cæram: eam quæ
a tergo funiculi fuerat: signo eodem manente: facile coagmētabat. Porro secundus modus
cōstat: per id qd Collyrium vocant. Id cōficitur ex pice Beryttia: bitumine: ac lapide perspi-
cuo: trito: tum cæra & masticha confectum. Igitur ex his omnibus collyriū igni calfactum
infictoprius suillo pingui: signo applicabat: ac symboli figurā excipiebat. Id simul atq; sic-
cum esset factū (siccabat autē protinus) cōmode resignabat libellos. Quibus perlectis: im-
positæ cæra: denuo perinde atq; e lapide signū idē imprimebat: ad archetypi similitudinē

mire effectum. Posthæc iam tertiam accipe rationem. Calce in Gluten infecta: quo vulgo codicillos adglutinant: atq; ex his confecta ceu cera: mollem adhuc eam admouebat signo: statimq; detrahebat. Nam illico siccescit: adeo vt cornu vel ferro potius reddatur solidius. Hac ad imprimendum signum vti consueuerat. Sunt præter has: & aliæ complures viæ: quas omnes referre nihil necesse est: ne parum videar modestus: maxime quum tu: in his quos de magorum artibus conscripsisti commentariis: tum pulcherrimis tum vtilissimis: quiq; modestos reddere queant: si quis in eis euoluendis versetur: abunde multa retuleris: longeq; his nostris copiosiora. Reddebat igitur oracula: diuinabatq; non mediocriter ad eam rem vtens ingenio: arteq; negotium reddens probabilius: dū aliis obliqua quædam & ambigua responderet: ad ea quæ proponebantur: aliis penitus obscura. Quandoquidem & hoc oraculis ille conuenire iudicabat. Alios item deterrebat: alios adhortabatur: prout sibi magis conducere coniectasset. Nonnullis dietas remediaq; præscribebat: quum sciret (vt initio diximus) complura atq; efficacia pharmaca. Maiorem autem in modum Cytmidēs ab illo probabantur: id est nomen confictum emplastri: vtesino ex adype confecti. Porro spes rerumq; successus & incrementa: neq; non hereditatum obuentus: semper in aliud tempus reiciebat: Illud interim addens: cuncta hæc tum obtingent: quum ipse volam: quicq; vates meus Alexander me rogabit: proq; vobis vota faciet. Deniq; merces erat vnicuiq; responso præstituta: nempe drachma cum obolis duobus: ne vero pusillum aut exiguum fuisse putes amice hunc quæstum. quum in annos singulos ad septuaginta: aut octoginta milia redierit: vsq; adeo auidis & insatiabilib⁹ hominibus: vt singuli supra decem aut quindecim rogationes traderent. Cæterum ea quæ capiebat non ipse solus solitus est insumere: nec rursus ad congerendas opes in thesaurum reponere: verum compluris & alios habebat secum adiutores ac ministros: tum qui scitarentur: qui versibus oracula conderent: qui responsa seruarent: qui subscriberent: qui obsignarent: qui interpretarentur: quorum vnicuiq; pro dignitate meritoq; lucrum impartiebat. Ad hæc nonnullos foras & in longinquas regiones emandarat: qui famam eius oraculi inter gentes dissiparent: affirmantes ipsum: etiam prædicere reuocareq; fugitiuos: fures ac prædones iudicare atq; reuincere: thesauros effodiendos ostendere: morbo laborantibus mederi: quosdam etiam vita defunctos in vitam reuocare. Cōcurrebatur igitur vndiquaq; magnosq; tumultu concitati adproperabant: sacrificabatur: dicabatur munera: eaq; duplicata: prophetæ discipuloq; dei: iam enim & tale quoddam oraculum exierat.

Muneribus decorare meum vatem atq; ministrum

Præcipio: nec opum mihi cura: at maxima vatis.

Verum vbi iam pluriq; quibus mentis plusculum inerat: non secus atq; ex alta ebrietate resipiscentes: conspirassent in illum: præsertim ex his qui studebant Epicuro: iamq; paulatim in oppidis deprahenderet vniuersa præstigiatura: fictusq; fabulæ apparatus: horrendum quiddam in eos ædificat: dicens impiis & Christianis impleri pontum qui non vererentur in sese turpissime maledicere: Eos iussit lapidibus pelleret: si modo vellent propiciū habere deū. Porro super Epicuro: huiusmodi quoddā oraculū prodidit. Sciscitanti cuiuspiā: qd ageret apud inferos Epicurus: plūbeis ingt cōpedibus victus in coeno desidet. Et adhuc miraris: si magnope creuit eius celebritas oraculi: quū videas interrogatiōes ademitū: q̄ sint prudentes: q̄q; cruditi. Modis aut om̄ibus bellū erat illi cū Epicuro senu & irrecōciliable idq; iure optimo. Nam cum quo tandem iustius bellum gerat: homo præstigiator: & mon-

Luciani.

stris ac portentis amicus: veris inimicissimus: quā cum Epicuro viro videlicet: qui rerum naturam perspectam haberet: quique vnus: quid in his esset verum: videret! Nam qui Platonē Chrysippum aut Pythagoram sequerentur: is erat amicus: atque alta cum illis pax intercedebat. At intractabilis ille Epicurus: sic enim appellabat eum: erat illi plurimum inuisus: atque id merito: quippe qui hæc omnia ridicula ac ludicra duceret. Quam ob causam inter vrbes Ponticas Amastrin in primis habebat exosam: eo quod acceperat eos qui cum lepido erant: alios item horum consimiles quā plurimos ea in ciuitate versari. Neque vnquam Amastrino cuique oraculum reddidit: quin vbi conaretur etiam fratri proconsulis respondere: deridicule profecto discessit: quum nec ipse: quemadmodum idoneum oraculum fingeret: inueniret: nec haberet: qui sibi in tempore posset componere. Nam quum ille de stomachi dolore conquerenti: vellet præscribere: vti suillum pedem cum malua præparatum adderet: hunc in modum ait.

Maluaca porcorum sacra cunimato sipydno.

Crebrius autem (vtri iam diximus) Draconem ostendebat: his qui vellent: haud totum tamen: sed caudam potissimum: ac reliquum corpus oculis exponens: caput vero ne videri posset: abditu seruabat. Verum quo magis etiam redderet attonitam multitudinem: pollicitus est: sese exhibiturum: ipsum dum loquentem: citraque interpretem adentem oracula. Deinde non magno negotio: gruum arterilis contextis: ac per lineum illud draconis caput quod erat arte adsimulatum: insertis: alio quopiam per has foris insonante responsitabat ad ea quæ proponebantur: voce nimirum per lintheaceum illum Aesculapium ad aures promanante. Huiusmodi responsa ἀνθρώποις dicebantur. Id est ipsius voce reddita: neque quibuscumque: neque passim dabantur: verum splendidis modis: atque opulentis: & qui grandia largirentur: itaque quod Seueriano redditum est: super expeditione in Armeniā suscipienda: ex autophonis erat. Adhortans enim illum ad incursum eius regionis: sic ait.

Parthis Armenisque citato Marte subactis

Rhomam urbem repetes & claras Tybridis vndas:

Verrice certa gerens: radiis distincta serenis.

Deinde posteaque vecors ille Gallus persuasus: incursionem fecisset euenissetque: vt vna cum exercitu cederetur ab Othryade: hoc oraculum e monumentis sustulit: atque aliud in eius locum substituit huiusmodi.

Agmen in Armenios: ne duc: neque enim expedit isthuc:

Ne tibi foemineis vir amictus vestibus: arcu

Exitium immittat: vitæque ac lumine priuet.

Siquidem & hoc interim callidissime fuerat commentus: vt posterioribus substitutisque responsis: ea quæ perperam: maleque euenissent sarciret ac mederetur. Sæpius enim egrotis priusquam morerentur prædixerat fore: vt reualescerent. Quibus morientibus: alterum oraculum ilico paratum erat: quod superiori diuersa caneret.

Posthac desine opem morbo petere exitiali:

Mors etenim manifesta: nec euitare licebit.

Porro quum non ignoraret: qui in Claro ac Didymis Malloque responsa ferebant: ipsos quoque huiusmodi quadam arte diuinandi celebres haberi: eos sibi reddebat amicos: plerosque consultorum ad illos remittens: his verbis.

Nunc claron ito: mei vocem patris auditurus.

Et rursus

Branchydica accedas adyta: atque oracula quæras.

Et iterum.

Mallon abi: Amphilocho: quærens oracula vatis.

Et hæcenus quidem de his: quæ intra patriæ fines: vsq; ad Ioniam: Ciliciam: Paphlagoniam Galatiamq; designauit. Vt vero & in Italiam oraculi fama permanauit: inq; ipsam Romanorum urbem. Iam nemo omnium erat: qui non alius alium anteuertere studeret: dum hi quidem eo proficiscuntur ipsi: illi vero mittunt: potissimum hi qui potentia: atq; auctoritate plurimum in Republica pollebant. Quibus princeps quasq; signifer extitit Rutilianus: vir alias quidem honestus ac probus: tum compluribus in præliis Romanorum: spectata virtutis. Sed qui in his quæ ad deos pertinent: parum sane saperet: vt cui prodigiosa quædam de illis essent persuasa: adeo vt sicubi lapidem: vel inunctum: vel coronatum conspexisset: continuo procideret: atq; adoraret: ac diutius aduolutus vota faceret: bonaq; ac læta ab illo postularet. Hic igitur simul atq; de oraculo inaudisset: parū aberat: quin omisso: quem tenebat exercitus: in Aboni murum auolarit: alios autem post alios eo legabat. Porro qui mittebatur: seruili nimirum idiotæ quidam: facile decepti domum redibant: referentes: partim quæ viderant: partim tanq̃ vidissent: audissentq;: permulta insuper accumulantes illis: quo domino fierent commedatiores. Inflammarunt itaq; senem infelicem & in vehementem insaniam impulerunt. At ille passim ad omnes amicos accedens: quos habebat: quum plurimos: tum potentissimos: enarrabat: partim ea quæ ab his quos miserat accepisset: partim quæ ex sese affinxerat. Et ad eum modum iste compleuit urbem concitauitq;: q̃ plurimis iræ aulicis expauescatis: atq; attonitis. Qui protinus & ipsi cupiditate flagrate coeperunt: vt aliquid suis de rebus audirent. Porro Alexander aduenientes commiter excipiebat: ac reniis aliisq; magnificis donatos muneribus: ad eum remittebat. Hoc agens: vti non solum senunciarent oracula: verum etiam dei Laudes canerent: ac portendosa quædam de oraculo: deq; ipso mentirentur. Excogitarat autem ter scelestus ille quidam neutiq; inscitum: & ingeniosius: q̃ vt in vulgarem competat latronem. Etenim resignatis libellis ac perlectis: si quid offendisset in iis quæ proponebantur: ita scriptū: vt cum periculo ac discrimine eius qui scripisset: si proferretur: cōiunctum videretur apud se detinebat: neq; remittebat: quo videlicet obnoxios: ac propemodum seruos ob metum: sibi redderet eos qui miserant: quum in mentem illis veniret: cuiusmodi de rebus consulissent. Intelligebat autem esse consentaneum: vt qui opibus ac potentia præcellerent: eiusmodi rogationes essent proposituri. Ab his munera q̃ plurima ferebat: quippeq; non ignorarent: sese intra casses eius teneri. Liber autem aliquot ex his respōsis commemorare quæ Rutiliano reddidit. Huic sciscitanti de filio: ex vxore priore suscepto: qui iam per ætatem maturus esset: vt disciplinis erudiretur: quem instituendo in litteris illi præceptorem deberet adhibere: Ita Respondit.

Pythagoram: ægregieq; canentem prælia vatem.

Deinde paucis post diebus extincto puero: ipse quidem herebat: nec habebat qd̃ incusantibus responderet: oraculo videlicet: ita te præsenti confutato. At Rutilianus optimus vltro occupans: defendebat oraculum: affirmans hoc ipsum portendisse deum: qui iussisset neminem quidem e viuis adolescentulo deligi præceptorem: sed Pythagoram potius atq; Homerum: iam olim defunctos: quibus cum credibile esset eum iam versari. Quid igitur Alexandro vicio vertere conuenit: Si istiusmodi homunculos dignos habuit: quibus sum cum faceret: Rursum eidem percontanti: cuius tandem animam esset sortitus: ait.

Principio fueras Pelides: deinde Menander.

Deinde is qui nunc es: post fax phœbæa futurus.

Luciani.

Octoginta ætuum: ac cætum produxeris annos.

At hic septuagenarius interit: in infaniam versus: haud expectato dei promisso: q̄ hoc quoq; oraculum ex autophonis erat. Eidem item de vxore ducenda percontati aliquando incontanter ac palam respondit:

Ducito Alexandro natam: Lunaq; puellam.

Siquidem iam olim rumorem dissipat: filiam quā habebat: e luna sibi susceptā fuisse. Lunā enim ipsius amore captam fuisse. quum dormientem aliquando conspexisset. nam id illi familiare est: formosos somno sopitos adamare. Porro Rutilianus vir prudētissimus: nihil cōtatus: protinus accersit virginem: nuptias conficit: sponsus iam sexagenarius: cōcumbitq; socrum suam lunam solidis hecatombis placans: iamq; sibi vnus e cœlitum numero videbatur. At hic vbi semel in Italia rē esset aggressus maiora indies adhæc excogitabat: & in omnes Romanæ ditioris partes: qui perferrent oracula: dimittebat prædicens: cauendam esse pestilentiam: incendia: terremotus: se certa remedia traditurum: ne quid horū accideret pollicebatur: iamq; quum pestilentia incubuisset: vnum quoddam tale oraculum: antophonon & hoc: quoquo versum gentium prodiderat: vnico carmine compræhensum.

Intonsus nubem pestis depellit Apollo.

Atq; hunc versiculum videre erat passim pro foribus descriptum: tãq; aduersus pestilentiam remedio futurum. Verum ea res plurimis diuersam in partem euenit: propterea q̄ fortuna quadam sic accidit: vt eæ domus: quibus hic versus esset inscriptus: potissimū desolarentur: neq; vero me putes illud dicere carmen incausa fuisse: vt interierint: verum casu quodam ad hunc modum accidit. Et haud scio: an plariq; freti carmine: negligētius ac securius dictam obseruarint: nihil aduersum pestem præter oraculum adhibentes: perinde quasi syllabas pro sese pugnantes haberent: & intonsum Apollinē telis pestem propellentem. Exploratores item ex sua coniuratione q̄ plurimos Romæ constituerat: qui sibi qua quisq; mente esset indicarent: ac priusq; oraculum adiissent illi: significarent quidnam essent percontaturi: quidq; potissimum cupere viderentur: vt etiam priusq; aduenissent illi qui mittebantur. Ille iam ad respōdendum instructus ac paratus esset. Atq; hæc quidem & id genus alia machinamenta: aduersus Italicas vrbes præstruxerat. Nam præter hæc & initiationes quasdam instituerat: tædarum permanus tradendarum gestationes: & sacrorum cerimonias: quæ quidem tribus ex ordine diebus continenter peragerentur. Ac primo quidem die Atheniensium ritu denunciatio fiebat huiusmodi: si quis impius: aut Christianus: aut Epicureus mysteriorum explorator accessit: discedat: Cæteri qui deo credūt & parent: sacris foeliciter intuentur. Sub hæc protinus exigebantur: illo præeunte: dicenteq; Foras pellantur Christiani: Tum multitudo acclamabat vniuersa: foras pellatur Epicurei. Dehinc Latonæ puerperū agebatur: & Apollinis natiuitas: tum Coronidis nuptiæ: Demum nascebatur Aesculapius. Altero die Glycon in lucē emergens: deiq; exortus. Porro tertio die Podaliri cum Alexandri matre coniugium agebatur. Dadis autem is appellabatur: idq; ex re propterea q̄ facies quadam incenderent. Postremo loco: lunæ atq; Alexandri amores: ac nascens Rutiliani cōiunx. At vero faciem gestabat mysteriaq; agebat Endymion Alexander: quin hic dormiens scilicet: in medio iaceret: descenderet autem in eum e recti fastigio: tanq; e cœlo: lunæ vicem agens. Rutilia quadam formosissima cuiusdam e Cæsareæ domus præfectis vxor: quæ nimirum vt amabat Alexandrum: ita vicissim ab illo amabatur. Ac sub oculis perditissimi illius mariti: tum complexus agebantur: tum oscula: idq; in propatulo. Quod nisi complures fuissent tædæ. Forsan nonnihil & eorum quæ fieri solent infra sinum: patratum fuisset. Paulopost rursus introibat ornatu sacerdotali:

multo cum silentio. Deinde ipse primus clara voce sonabat. Io Glycon, affonabant autem bene canori scilicet homines: nempe præcones aliquot Paphlagonες: Carbatinis calceati: plurimum alii nidorem ructantes: Io Alexander. Porro subinde inter gestandas tædas: atq; inter mysticas saltationes: foemur illius de industria renudatum: aureum apparebat: pellerisicuti cõlicio: inaurata circumdata: atq; hæc ad tædarum fulgorem relucente. Itaq; cum duobus quibusdam: ex eorum numero: qui desipiēter sapientes sunt: super hac re vereretur altercatio: utrū Pythagoræ aīm possideret. videlicet ob foemur aureum: an alium Pythagorico illi cõsimile: atq; eam cõtrouersiam ad ipsum Alexandrū retulissent: rex Glycon oraculo litem dissoluit.

Pythagoræ mens emoriturq; oriturq; vicissim:

Vatis at est animus diuina e merite profectus.

Hunc pater auxilio misit iustisq; pijsq;

Et rursum.

Tecta Iouis reperet: iouali fulmine. tactus

Porro quum cunctis alijs denuntiaret: vt a puerili concubitu temperarent: ceti re nefarias: vir ille egregius tale quiddam ipse machinatus est. Ponticis ac Paphlagonicis viribus imperabat: vt tertio quoq; anno mitterent: qui deo dicarentur: cuiusq; laudes apud se canerēt. Verum mitti oportere spectatos ac selectos: nempe nobilissimos & ætate florentissimos: formaq; eximios. Quibus inclusis perinde vt emptitijs ad libidinē abutebatur: modis omnibus in eos debacchari solitus: prætea legem quoq; condiderat: ne quis maior annis octo: decim sese admoto ore cõplecteretur: neue cum basio saluaret: sed reliquis manum duntaxat osculandam porrigens: solis ætate formaq; floridis osculum dabat: atq; his quidem inde cognomen inditum: vt intra osculū cõstituti diceretur. Atq; in hunc modū vecordibus ac stupidis mortalibus illudens: perpetuo deinceps suas nequitias exercebat: passim cõstiprans vxores: passim liberis abutens. Quin magnū quiddam cunctisq; optandum videbatur: si cuius vxorem vel aspexisset modo. Porro si quā etiam osculo dignatus fuisset: nemo non ita putabat: quicquid esset bonarum foelicitatū: id omne semel in eam domū influxurum esse. Erant insuper: atq; eæ non paucae. quæ sese etiam peperisse ex illo lactarent: quod ita esse mariti suo testimonio confirmabant. Luber etiam dialogum tibi referre Glyconis & sacerdotis: viri cuiusdam Tyanei: cuius sapientiam ex his: quæ sciscitatus est conatias licebit. Hūc equidē legi pridē aureis descriptū litteris. Tū: in ipis sacerdotis ædibus: Dic (inquit) mihi rex Glycon: quis nam es? Sum inquit ille minor Aesculapius. Num alius ab illo priore: quid ais? Haud fas est vt isthuc audias. Sed quot annos apud nos permansurus: atq; oracula redditurus? Ad millesimū tertiu. Deinde quo demigraturus? Ad Baetras: atq; in eas regiones. Siquidem oportet & barbaros meos victu meaq; præsentia frui. At reliquæ sortes: puta quæ Dyndineis: Clari: Delphisq; reddūtur: utrū ab aurore proficiscitur Apolline: an vana sunt: quæ illic adūtur oracula? Ne isthuc quidem scire quæsieris. ne phas enim. Cæterum ego quis tandē posthæc vitā futurus sum? Camelus: deinde equus: posthæc vir sapiens: ac vates nō inferior Alexandro. Atq; hæc Glyconis cõsacerdote cõfabulatio. Postremo & oraculum carmine compræhensum edidit: quum non ignoraret illum amicum esse lepidum.

Ne pare lepidum namq; huc farum instat acerbum.

Mitum etenim in modum metuebat Epicurum. sicuti superius dictum est: nimirum vt artificem ac sapientem: suis artibus hostem atq; insensum. Itaq; ex Epicureis quempiam ansum se multis præsentibus cõarguere: propemodum in vitæ discrimen adduxerat. Siquidem adlena ille Clara voce dicebat. Tu nimirum Alexander Paphlagoni cuidam

Luciani.

persuastisti vt seruos suos apud Galatiae praefectum capitis accerferet: hoc nomine: quasi filium ipsius: qui tum Alexandriae erudiebatur: occidissent. Atqui viuit adolescens incolumnusq; reuersus est: famulis iam supplicio affectis: qui tua opera bestiis traditi perierunt. Porro: huiusmodi quiddam acciderat: Quin adolescentulus amne aduerso in Aegyptum nauigasset: ad inundationem usq; subducto nauigio: persuasus est: vti pariter in India nauigaret. Itaq; dum diutius abesset: infelices illi eius ministri rati videlicet: vel in Nilo nauigationem interisse puerum: vel a latronibus (nam id temporis permulti grassabantur) esse peremptum: reuersi sunt domum: renunciantes: quemadmodum e medio sublatus esset. Deinde proditum oraculum: damnati serui. sub hac adest adolescentulus: peregrinationem suam enarrans. Atq; haec quidem ille. At Alexander indignatione percitus: q; coargueretur: neq; ferens opprobratam sibi veritatem: iussit vt qui adestent lapidibus illum impeterent: alioqui & ipsos impios futuros: atq; Epicureos appellandos. Dumq; illi iam lapidare coepissent. Demonstratus quidam: qui diuersabatur in poto: primus hominem sui corporis obtegens obiectu: morti subduxit: alioqui lapidibus obruendus: idq; iure optimo. Quid enim oportebat vnum inter tam multos insanientes: sanum esse: atq; a Paphlagonum stultitia malum sibi accersere? Et illi quidem haec euenerunt. Caeterum aduocatis iuxta oraculorum ordinem illis qui proposuerant (nam id fiebat pridie q; responsa redderet) pracone rogante an vaticinari vellent: si culpam illorum ex adito respondisset: in malam rem: huiusmodi hominem neq; recto quisq; excipiebat: neq; igni aquaue impartiebat: verum erat illi solus aliud pro alio verendum: tanq; impio deorumq; contemptori: atq; Epicureo: qd quidem probum omnium erat grauissimum. Quapropter vnus etiam Alexander quiddam designauit deridiculum. Nactus peculiare Epicuri sententias: librum (vti scis) longe pulcherrimum: summam etiam Epicureae disciplinae decreta complectentem: medium in forum deportauit: ac lignis fuculis exussit. tanq; authorem ipsum exureret scilicet: ac cinerem abiecit in mare: oraculo in super eam in rem edito.

Edico decreta senis comburrere caeci.

Haud perpendit scelestus ille: quantum adferret is liber commoditatis: illis qui in eo legendo versarentur: quantumq; illis quietem: tranquillitatem: libertatemq; pareret: propterea q; a pauperibus: spectris: ac prodigiis liberaret: tum spes inanes: atq; immodicas adimeret cupiditates: mentem sanam ac veritatem insereret: planeq; frustraret animus: non tarda quidem aut squilla: aut aliis id genus nugamentis: immo recta ratione: veritate ac libertate. Accipe iam fascinus quoddam hominis sceleratissimi: vnus inter omnia multo impudentissimum. Quum iam non mediocrem in Regiam aditum sibi patefecisset: inq; aulae Caesaris: praesertim Rutiliano rem adiuuante: atq; approbante: quum bellum quod in Germania gerebat maxime flagraret: Marco deo cum Marcomannis & Quadis conferente: oraculum diuulgauit: quo tubebat: vti duos leones viuos in Danubium immitteret: variis cum odoribus: ac sacris quibusdam magnificis: sed praestat ipsum oraculum referre.

Gurgitibus fluuii turgentis ab hymbribus istri:

Immisisse duos Gybeles edico ministros:

Monte feras alitas: tum q; tum alit indicus aer

Florum atq; herbarum bene olentum. moxq; futura est

Et victoria: pax & amabilis: & decus ingens.

Ea quae essent facta. quemadmodum ille praescripserat: leones quidem simul atq; in hostium regione enata essent: barbari canes quospiam aut lupos esse rati: fustibus arcebant. At nitorum partem maxima strages est consequuta: viginti ferme milibus simul extinctis. His successerunt ea quae in Aquileia contigerunt: quae parum abfuerat. vt vrbs ea caperet. At is ad id quod euenerat Delphici

Illud responsum: Croesoq; redditum oraculum: frigide sane detorsit: dicens deum quidem prædixisse victoriam: haud tamen explicuisse: vtrum Romanorū esset futura: an hostium Tandem quum plurimi iam eam in urbem confluere: premereturq; Abonotichitarum ciuitas multitudine eorū qui ad oraculū ventitabant: neq; sufficeret suppeditādis iis quæ ad victum erant necessaria: cōminiscitur oraculorū genus quoddā id quod nocturnū appellabat. Siquidē libellis indormire solet: vt aiebat ipse: deinde tanq̃ in somnio diuinitus edoctus respondebat: nihil certi tamen. Sed ambigue plerunq; ac confusim maxime si quos libellos cōspexisset: accuratius atq; obseruantius obsignatos. Ad hunc enim modū citra vltimum resignandi periculū: quicquid temere in mentē venisset subscribat ratus & hoc ipm oraculis conuenire. Erant autē ad id nōnulli constituti interpretes qui mercedem non exiguā colligebant: ab iis qui eiusmodi capiebant oracula: vt enarrarent ea explicarentq; atq; hoc illorū munus conducticium erat. Nā interpretū quisq; talentū Artici pendebat Alexandro nōnunq;: quum neq; consuleret quisq;: neq; missus esset aliquis: immo quum ne esset quidem huiusmodi quippiam: tamen oraculum edebat: vti stultos mortales redderet attonitos. Quod genus illud erat.

Hunc age quare tuam qui tectus in ædibus: ac te

Clam prosum: vxorem vultuq; oculisq; decoram:

Stuprat adulterio: seruorum ex agmine primus.

Ipse cui solus suastisti hæc omnia demens.

Eius enim florem libasti hoc dedecus: ille

Nunc tibi compensans: cum coniuge dormit hætilis:

Quin sidem: tibi iam pridem letale venenum

(Vt neq; quæ faciant: possis audire: nec vniquā

Cernere luminibus) recte furtimq; pararunt.

Inueniesq; tuo sub lecto pharmaca: iuxta

Parrietem: sub cervicali condita: porro

Istis conscia criminibus tua serua calypso est.

Quis Democritus principio nō cōmoueret: vbi nominatim & authores & loca palam audisset designari. Verum ilico despuisset simul atq; cognouisset: quo hæc artificio gererent

Insuper & barbaris non raro respondit: si quis patria lingua sciscitaretur: puta Syrice aut Gallice: verum haud facile reperiebat hospites: cōmuni gente cum iis qui rogationē proposuissent: proinde receptis libellis multū intercedere solet interualli priusq; oraculū redderet: quo videlicet interim per octium posset & soluere tuto libellos: & nancisci qui cuncta possent interpretari. Qd genus erat & illud Scythæ cuiusdam redditum oraculum.

Morphi ebargulis in vmbra chuenchicranci: relinquet lucem.

Alias rursum: quum nec adesset item quispiam: neq; tale quicq; omnino cōtingisset: citra carmen eloquutus est. Redito: vnde venisti. Siquidē is qui te misit hodie perlit: interemptus a Diocle victo accedētib; latronib;: Magno: Celere ac Bubalo: qui nunc etiam comprehensi tenentur in vinculis. Cæterum pauca nunc accipe ex iis quæ mihi ipsi respondit. Sciscitato an caluus esset Alexander quum libellos palam atq; accurate obsignassem respōsum nocturnum subscribitur Sabar dalachi Malach Artis alter erat. Rursum quum diuersis libellis eādem rogationē proposuissem: puta ciuitatis esset vates Homerus. Idq; alio atq; alio nomine: alteri subscripsit: videlicet deceptus a puero qui rogatus: qua gratia venisset vt remedium inquit peterem aduersus laterum dolorem.

Tyrmide te iubeo: ac lunari rore perungi.

Alteri vero vbi sciscitanti ei dictum esset: vtrum mihi satius esset in Italiam nauigio: an pe

Luciani.

desti itinere proficisci: respondit: nihil quidem quod ad Homerum attineret.

Carpe viam pedibus rate ne sulcaueris vndas.

Multa id genus aduersus illum sum machinatus: quorū de numero fuit & illud vnica rogatione propofita libello pro more infcripti: talis cuiusdā rogationes octo: nomen aliquod euentus missis drachmis item octo: præterea qđ fieri solitū esset adiungens. at ille persuasus partim missa mercede: partim infcriptione libelli: ad vnicam rogationem: ea erat huiusmodi: quādo deprehendēdus esset impostor Alexander: octo misit oracula. Sed quæ neq; cœlum (qđ aiunt) neq; terram attingerent. Verum absurda: & intellectu difficilia omnia. Qđ ille vbi in posterū persensisset: præterea qđ Rutilianum a matrimonio conatus esset auertere: suasissemq; ne prorsus in diuinatione spes reponeret suas: oderat me videlicet ita vt par erat: sibiq; acerrimum hostem iudicabat. Quodam itaq; tempore percontāti de me Rutiliano ita respondit.

Noctiuagis gaudet scortis: spurcoq; cubili.

In summa: iure optimo me inuisissimū habebat. Proinde quum me in oppidum aduenissem: sensisset: meq; Lucianum esse illū cognouisset: adduxeram autē milites duos: alterum lancea alterum conto armatum: quos quidē a Capidocia præfide mihi tum amico acceperam quo me ad mare vsq; deducerēt: accersit illos: saneq; comiter multa: cū humanitate. Ego quum aduenissem: complures apud illum reperi: porro bona quadam fortuna: & milites vna mecum adduxeram. Tum ille manum mihi porrigit osculandam: quēadmodū vulgo facere consueuerat: ego admotus perinde atq; osculum daturus acri morfu corripio: ita vt parum abfuerit quo minus illi manū mancā reddiderim. Itaq; qui præfentes erant præfocare me accedere conati sunt: tanq; hominem sacrilegum. quippe qui iam inde ab initio grauius tulerant: q; Alexandrum non autē prophetā compellassem. At ille oppido q; generose obnitens: compescuit illos: pollicitusq; est: se facile me placidum redditurum declaraturū: quātum posset Glycon: qui nimirum & hos qui maxime scirent ferocirentq; sibi redderet amicos. Moxq; ablegatis omnibus: mecum expostulauit negans se clam esse: quæ suasissem Rutiliano. Equid me læsisset: vt ista in sese facerem: quum possem illius opera apud illum magnas ad res promoueri. Equidem hanc hominis humanitatem cōmoditatemq; libenter accipio: perpendens nimirum quo forem in periculo constitutus. pauloq; post prodibam: iam illi factus amicus. Ea res profecto: illis qui videbant: vehementer erat stupenda: q; tam facile fuisset commutatus. Post hæc quum iam nauigare statuissem: missis Xenis ac muneribus (Eram autē forte solus cum Xenophōte patre cum reliquis meis in Amastrim præmisso) pollicetur & nauim præbiturum sese: & remiges qui nos aucherēt. Etenim arbitrabar hæc animo simplici atq; officiose fieri. Verum vbi iam in medio essemus mari: videremq; gubernatorem lachrymantem: & nescio quid reliquis nautis cōtradicentem: non optimæ de euentu spes me ceperunt. Erat autē illis ab Alexandro mandatū: vt tollentes nos in mare præcipites darent. Qđ si cōtigisset: facile qđ mecum gerebat bellum illi debellatū fuisset. Sed is qui lachrymabatur: effecit ne quid in nos grauius patrarent. Ac mihi quidē ita loquutus est. Annos natus vti vides: sexaginta: quum ante hac pie atq; inculpate vixerim: haud quāq; velim in hac tam grādi ætate præsertim quum vxorem & liberos habeam homicidio manus impiare: indicās videlicet cuius rei gratia nos suscepisset: quæq; sibi mādasset Alexāder. Expositis autē nobis in Aegialos: quorū etiā egregius meminit Homerus retro legit cursum. Ibi forte nactus præter nauigātes legatos quosdā Bosporanos Eupatoris regis nomine in Bithyniam proficiscētes: deportandi vectigalis gratia qđ in singulos pendebatur annos: quum exposuissem illis qđ me periculum circūuallaret: atq; illi se mihi cōmodos facilesq; præberent: receptus in nauigium incolumis in Amastrim perueni. Tanta

tillum abfuerat vt perierim. Ex hoc nimirum tempore: & ipse aduersus illum arma capiebam: omnemq; (qd aiunt) mouebat fune quo hominem vlcisceretur: quē iam tum ante mihi structas insidias oderam proq; summo ducebam hoste: propter morum impieratem. Jamq; ad accusationem intenderam animū: non paucis mecum facientibus: maximeq; qui erant ex Timocratis Heracleotæ schola philosophi. Verum qui tum Bithyniæ pontosq; præfidebat: nos cohibuit pene supplicās & obsecrans vt desisteremus. Etenim ob necessitudinem quæ sibi cum Rutiliano intercederet: nequaquā posse supplicio afficere: nec si manifesto in crimine deprehendisset. Atq; ita quidē ab iracundia destitit: meq; repressi nō in tempore rem aggressurus: quum iudicem haberem ad eum modum affectum. Sed quid? An non & hoc inter alia facinus audax Alexandri: a principe Romano postulare: vt Aboni murus: cōmutato vocabulo: Ionopolis appellaretur: vtq; nomisma nouū signaret: altera quidem parte Glyconis obtinens imaginem: altera vero Alexandri: qui insignia aui Aesculapii: ac falcem illam persei: vnde maternū ducebat genus: teneret. Porro quum esset de sese vaticinatus: oraculo prodito: fatis decretum esse: vt annos viueret centum & quinquaginta: dehinc fulmine ictum interitum maxime miserando periturum: nondū septuaginta natus annos videlicet (vti conueniebat Podalirii filio) pede ad inguē vsq; putrefacto: & vermibus scarēs. Quo tempore simul & illud deprehensum est: q; caluus esset: quū medicis caput humectandū præberet: ad mitigandum cruciatum: id qd haud quā facere potuissent: nisi detractō galericulo. hunc habuit exitum Alexandri tragoedia: atq; hæc fuit totius fabulæ catastrophe vt res videri possit prouidentia quadam esse gesta: quū casu nimirum ad hunc modum euenerit. Restabat illud vt & epitaphium vitæ acta dignū ei constitueretur: neq; non certamina quædam agerentur ab iis qui in vaticinium coniurauerant: videlicet impostoribus insignibus ac præcipuis ad Rutilianum arbitrum sese conferentibus: vt is pronunciarer: quē ex ipsis oporteret in oraculi successionem capeffendam eligi: atq; sacerdotali propheticaq; corona redimiri. Erat autem in hoc numero simul & Paetus: qui artis professione medicus: tum ciuis quum esset ista faciebat: neq; medico: neq; homine cano decora. At Rutilianus certaminis arbiter incoronatos eos remittebat: ipsi sibi diuinandi auctoritatē seruans: posteaq; inde iam demigrauerat. Hæc amice ex plurimis pauca: quo degustamētum hominis præberem: scribenda putavi: quum vt tibi gratificarer: homini familiari atq; amico: quēq; ego vnum omnium maxime suspicio: idq; plurimis nominibus: vel propter sapientiam singularem: vel ob amorem viri: vel ob morum mansuetudinem ac moderationē: vel ob vitæ tranquillitatem: postremo comitatem atq; humanitatē erga hos quibus cum viuis Tum vero (qd quidem tibi fuerit etiam iucundius) vt Epicurum vlcisceretur virum vere sacrum ingenioq; diuino: quicq; solus quæ vere sunt honesta: & nouerit & tradiderit: quicq; solus extiterit qui liberos reddere solitus sit eos qui secum haberent consuetudinem. Deniq; arbitror fore vt iis qui in hanc lectionem inciderint: liber hic nonnihil vtilitatis asferre videatur: dum quædam redarguit: quædam in opinionibus horum qui & recte sentiunt: confirmat ac stabilis.

Alexandri seu Pseudomantis Finis. Erasmo Interprete.

Luciani.

Ornatissimo viro D. Christophoro Vrſeyſico Erasmus. S. P. D.

E Quidē hac mēte ſemp fui ornatiffime: idēq humaniffime Chriſtophore. vt a nullo prſum vitio pinde abhorruerim atq ab ingratitude: nec vnq iſtos hoīs vocabulo dignos iudicari q alieni in ſe meriti tpe vilo poſſēt obliuiſci. Rurſus eos exiſtimauī brōs qb⁹ tm facultatis fortūz cōmoditas ſuppeditauit: vt bñ meritis poſſint parē remitti gſam: beatiffimos aut qb⁹ licuiſſet acceptū bñficiū aliquo cū ſoenore repēdere. Proinde qui ante hac ſapentiō meoū repeterē: q̄tū in me nihil pmeritū tua benignitas cōtulīſſet (Nā collatū arbitror q̄qd ita delatū eſt: vt haud ſcio vtrū p fortunā an p meipm: certe per te nō ſteterit quo minus acceperim) circūſpectarēq quonā argumēto poſſem aliquā ſaltem erga te memoris gratiq animi ſignificationē dare: neq in tanta fortunæ meæ tenuitate quicq occurreret qd vlla ex parte: nō dicā tuis meritis reſpōderet: ſed qd vel animo ſatiſ faceret meo. Illud deniq mihi venit in mentē vt ſaltē iſtos quosdā nō inurbanos hoīs imitaret: q ſoſculo quopiā inſigni aut alio ſimili ſymbolo miſſo: volūtatis ppenſionē: p̄mptiq animi ſtudiū teſtificari ſolent: p̄ſertim ipſi tenues erga eos quibus neq res: neq animus ſit aliorū egens munerū. Ergo Graecanica ingrediētī *μουσεια* (Nā muſarū horti vel mediis vernant brumis) ſtatim inter multos varia ad blandiētes gratia: hic Luciani ſoſculus praeter ceteros ariſit. Eū nō vngue ſed calamo decerptū ad te mitto: nō ſolū nouitate gratū: colore variū: ſpecie venuſtū: nec odore modo fragrantē: verū etiā ſucco p̄ſentaneo ſalubrem & efficacē. Omne tulit punctū (vt ſcripſit Flaccus) qui miſcuit vtile dulci. Qd quidē aut nemo mea ſentētia: aut noſter hic Lucianus eſt aſſecutus: qui priſcæ comēdiæ dicacitatem: ſed citra petulantia referens: deſi immortalē qua vaſtricie: quo lepore perſtringit oīa: quo naſo cuncta ſuſpēdit: q̄ oīa miro ſale perfricat: nihil vel obiter attingens qd nō aliquo ſeriat ſcōmate. praecipue Philoſophis inſeſtus: atq inter hos Pythagoricis potiſſimū ac Platoniciſ ob p̄ſtigias: Stoiciſ item p̄pter intolerandū ſupciliū: hos punctū ac caſum: hos omni telorū genere petit. Idq iure optimo. Quid em̄ odioſius: quid minus ferēdū: q̄ improbitas virtutis p̄feſſione perſonata: ſi tunc illi blaſphemi hoc eſt maledici vocabulū addideret: ſed hi nimirū quorū vlcera tetigerat: pari libertate deos quoq paſſim & ridet & lacerat: vnde cognomen inditū *δαίον* ſpectoſum p̄fecto: vel hoc nomine: qd ab impiis ac ſupſtitioſis attributū. Floruit (vri putant) Traiani ſerme tēporibus indignus (ita me deus amet) qui inter ſophiſtas annumeret. Tantū obtinet in dicendo gratia: tm̄ in inueniēdo ſelicitatis: tm̄ in locando leporis: in mordēdo aceti: ſic titillat alluſionibus: ſic ſeria nugis: nugis ſerilis miſcet: ſic ridens vera dicit: vera dicendo ridet: ſic hominū mores: affectus: ſtudia: quaſi penicillo depingit: neq legenda: ſed plane ſpectanda oculis exponit: vt nulla Comēdia: nulla Satyra cū huius dialogis conſerri debeat: ſeu voluptatē ſpectes: ſeu ſpectes vtilitatē. Ceterū ſi nominatim quæras huius argumentū dialogi: facit id qd ſemp facit. Pythagoram velut impoſitorē ac praēſtigiatorē taxat. Stoicorū faſtū & ſapientē barbā ridit: diuitū ac regū viraquantis ſit erumnis obnoxia docet: contra q̄ expedita res paupertas hilaris: ſuaq cōtenta ſorte. Quē vti legas attentius: te maiorē in modū rogo: ſi quando tibi per tua licebit negotia fronte exporrigere. Audies em̄ Gallum cū Hæro ſutore conſabulantē: magis ridicule q̄ vilius poſſit *γελωτοιοιοσ*: ſed ruſſum ſapientius: q̄ Theologorum ac Philoſophorum vulgus nōnunq in ſcholis magno ſupercillo magnis de nugis diſputat. Vale optime atq humaniffime Chriſtophore: & Eraſmum inter tuos aſcribito clientulos: amore: ſtudio: officio: ceſſurum nemini.

Luciani Somnium siue Gallus Erasmo Interprete. Interloquutores.

Gallus. Micyllus.



Te scelestissime Galle cum ista tanta inuidencia: voceq; tam acuta: ipse perdat Iuppiter: qui quidē opibus affluētem me: ac dulcissimo in somnio versantem: & admirabili felicitàte fruētem: penetrabile quiddā & clamorosum resonans expergefeceris: adeo vt ne noctu quidem effugere liceat paupertatem: vel te ipso longe nocentiorē. Atqui si coniectandum est: tum e silentio quod etiamdum ingens est: tum e rigore frigoreq; quod nondum me antelucanice quēadmodum affolet: morficat titillatq;

(Nam hic mihi certissimus gnomon aduentantis diei) ne medium quidem adhuc noctis est. Sed iste peruigil perinde quasi vellus illud aureum seruet: ab ipsa protinus vespere vociferari coepit. Verum haud quā impune: siquidem mox poenas de te sumam: fusteq; cōminuam: si diluxerit modo. Nā nunc negotium mihi facefferes subfiliens in tenebris. Gallus. Here Micylle: equidem arbitrabar me tibi gratum esse facturum: si quoad possem alta nocte lucem anteueritsem: quo posses antelucano surgens q̄ plurimum operis conficere. Etenim si priusq; sol exoriatur vel vnica feceris crepidā: isthuc laboris lucro tibi accesserit: ad parandum victum. Qd si tibi magis libet dormire: equidem tuo arbitratu quietē egero longeq; magis mutus fuero piscibus. Ceterum tute videto: ne per somnium diues: esurias experrectus. Micyl. O prodigiorū auersor Iuppiter: O malorum depulsor Hercules! Quid hoc mali est: vocem humanam sonuit Gallus. Gal. Hoccine tandem tibi prodigium videtur: si eadem qua vos lingua loquor! Micyl. Quid: an non hoc portentum! Sed auertite dis malum a nobis. Gal. At tu mihi videris admodum illitteratus esse: nec euoluisse Homerī Poemata: in quibus equus Achillis: cui nomen Xantus: posteaq; hinnitus longū valere vidisset: medio in praelio constitit: differens: totosq; versus ordine recitans: non quēadmodū nunc ego prosa oratione loquens: quin etiam vaticinabatur ille: deq; futuris edebat oracula: neq; quicq; prodigiosum facere videbatur: neq; is qui tum audiebat malorū auersorē: ita vti tu facis implorabat: quasi rem abominadā & auertendam audisse sese iudicaret. At quid tandē facturus eras: si tibi Argi nauis carina fuisset eloquuta: ita vt olim in Dodonaea sylua phagus per se loquēs oraculum addidit! Aut si tergora direpta serpere vidisses: si carnes bouum mugire: semiasas solidasq; verubus transfixas! Ego vero: quum Mercurii sim assessor loquacissimi deorūq; omniū facundissimi: præterea cōtubernalis vobis & conuictor: haud mirum videri debet: si sermonem humanum edidici. Qd si mihi recipias taciturnū te: haud quā grauabor veriorē tibi causam aperire: vnde factū sit: vt eadem qua vos lingua loquar: & vnde mihi suppetat huius orationis facultas. Micyl. Modone isthuc ipm sit somnium Galle: qd ita mecū loqueris. Sed dicito per Mercurium. O præclare: quid etiam aliud rei tibi sit in causa: vt istam linguam sones. Nam vt taceam: neq; cuiq; proferam: quid attinet te sollicitum esse! Quis em̄ fidem mihi sit habiturus: si cui narrē me Gallū hæc loquētem audisse! Gal. Auscultra igitur: nam orationem ex me audies: omniū (sat. scio) maxime nouam atq; incredibilem. Siquidē hic quē nunc gallum esse vides: nō ita pridem homo fui. Micyl. Profecto & olim istiusmodi quiddā de vobis inaudierā: Adolescentulū quēpiam fuisset gallum: Marti adamatū: atq; hūc deo cōpotasse: collusitasseq; & in voluptatibus gessisse morem: itaq; cum Venerem adiret Mars: cum ea cubiturus: hunc quoq; Gallum vna secum adduxisse. Quoniā autē Solem potissimū metueret ne si e sublimi conspexisset: Vulcanus se proderet: foris ad hostium adolescentulum semper relinquere solitū: cuius iudicio certior fieret: quando sol emergeret. Deinde Gallum aliquando somno correptū: excubias deseruisse inscientem: Solemq; nullo præsentiēte imminuisse Venetiæ: ac Marti secure

Luciani.

dormienti: propterea q̄ consideret gallū indicaturū fuisse: si quis intervenisset. Itaq̄ Vulcanū a sole edoctum eos deprehendere implicitos atq̄ irretitos iis vinculis: quæ iam olim in illos fuerat fabricatus. Porro Martem simul atq̄ dimissus est: indignatum aduersus gallū fuisse: atq̄ cum in auem transmutasse: iisdem armis: vt in capite pro Galea cristam obtineret. Hanc ob causam quo vos Marti purgetis: quum iam nihil opus simul atq̄ solem exortem sensistis: multo ante vociferari: atq̄ illius exortū prænunciare. Gal. serunt quidē & illa Micylle: At quod ego sum narraturus: multo aliud quiddā fuit: atq̄ adeo nuper admodū in Gallum trāsformatus sum. Micyl. Quonā modo? Nam isthuc maximopere cupio cognoscere. Gal. Audisti de Pythagora quodā Mnesarchida Samio? Micyl. Num sophistam illū dicis: & præstigiatores qui instituit: ne quis vel carnes gustaret: vel fabas ederet: suauissimum mihi edulū: salubre & parabile a mensa submouens? Præterea autē: qui mortalibus suaserit ne intra quinquennū loquerent? Gal. Scis nimirū & illud: quē admodū priusq̄ Pythagoras esset: Euphorbus fuerit. Micyl. Præstigiatorē & prodigiorū artificem hominē aiunt fuisse o Galle. Gal. Ille ipse ego tibi sum Pythagoras. Quare parce queso mihi commiciari: præsertim quū ignores quibus sim moribus. Micyl. At hoc rursus multo etiā q̄ illud portentosius: Gallus philosophus? Attamen expone Mnesarchi gnate: qui factum sit: vt ex homine auis: ex Samio Tanagraeus repēte nobis prodieris. Neq̄ em̄ ista verisimilia: neq̄ oīno facilia creditu. Quādoquidē duas quasdam res iam mihi videor in te animaduertisse nimium alienas a Pythagora. Gal. Quas? Micyl. Alterum quidē: q̄ garrulus es: & obsteperus: quum ille silere in solidos quinque annos (si memini) præceperit. Alterū vero plane cū illius legibus pugnat. Etenim cū non haberē qd̄ tibi obilcerē: fabas heri (sicuti nosti) ad te attuli. At tu nihil cōratus: protinus eas sublegebas: vnde fit vt necesse sit: aut ementitum esse te Pythagoram esse: quū aliud quiddā sis: aut si Pythagoras es: legem prætergressum esse te: tusq̄ violasse: quum fabas ederis: perinde ac si caput patris cōmederis. Gal. Non cognosti Micylle quæ sit harum rerū causa: neq̄ quæ ad vnūq̄q̄ vitæ genus conducant. Ego tum quidem non esitabam fabas: propterea q̄ Philosophus essem. Nunc cōtra comesurus sim quippe a vitio congruas: neq̄ nobis repudiandū pabulū. Verū si molestū nō est: audi quē admodū e Pythagora coeperim esse id qd̄ sum in præsentia q̄q̄ in multis vitæ generibus antehac vixerim. Et quid ex vnaquaq̄ transformatione sim cōsequutus. Micyl. Narra queso: Nā mihi quidē auditu iucundissimum fuerit. Adeo vt si quis mihi deferat opinionē: vtrū te ista narranter audire malim: an rursus foelicissimum illud somniū qd̄ paulo ante vidi videre: haud sciam vtrum electurus sim. vsq̄ adeo cognata germanaq̄ videntur esse ista tua cū suauissimis illis visis: ex æquo vos æstimo: te pariter ac præclarū illud insomnium. Gal. Etianū tu somnium illud qd̄ dudū tibi visum est in animū reuocas & inania quædam obseruans simulachra: atq̄ (vti loquūtur poetæ) euanidam quandā foelicitatē memoria cōsecraris? Micyl. Immo illud scias Galle: ne vilo quidē tēpore vnq̄ visi illius mihi venturā obliuionem. Tantū mellis somnium aufugiens in oculis mihi reliquit: vt præ illo vix queam palpebras attollere: rursus in somnū cocunt es. Itaq̄ perinde quasi alæ in auribus citentur: talem quendā strepitū mihi cōmouēt ea quæ vidi. Gal. Noui quendā Hercule mihi narras amorem insomniū: siquidem a latum quum sit (sicut aiunt) metasq̄ volandī præscriptas habeat somnū: iamq̄ septa transilit: in auribus etiam vigilantis obuerfians: adeoq̄ mellitū & cuiusdens apparet. Quare peruelim audire: cuiusmodi nam sit istud: qd̄ te supra modū delectat. Micyl. Gestio narrare. Nā dulce est hoc ipm̄ meminisse: & cōmemorare de illo quippiā. Verum heus Pythagoras: quādo tu narrabis de tuis transformationibus? Gal. Vbi tu Micylle defieris somnare: melq̄ illud ab oculis absterferis. Interim prior dicto: vti inrelligam: vtrū ne per portas eburneas: an per corneas tibi somnium aduolarit. Micyl. Neq̄ per has neq̄ p

libro Pythagora. Gallus. Atqui duas has tantum commemorat Homerus. Micyl. Vale
re finas delirij illi Poetam: qui nihil de somniis intellexit. Paupertas fortassis somnia per
istas cōmeat portas: qualia videbat ille: neq; id admodū p̄cipue: quippe captus oculis. Mi
hi vero p aureas quasdā portas dulcissimū hoc aduenit somnū: & ipm̄ aurei: & aureis vn
diq; circūamictum: & auri plurimū sectū adducta. Gallus. Define optime Mida de auro fa
bulari: Nā dubio procul ex illius votis istud tibi accidit infomnū. & solidas auri venas mihi
duxisse videris. Micylus. Multam auri vim vidi Pythagora multam: q̄ putas pulchri quo
fulgore choruscantis? Quid tandem Pindarus in illius laudem dicit: nam in memoriā redi
ge: siquidem meministi: quū aquā p̄stantissimā dicens: postea auri admiratur: idq; iuresta
tim in initio carminis vnus oīm bellissimū. Gallus. Num illud queris?

Aqua est illa quidem optima:

Ceterum aurum vti candens

Iguis: ita entes in no

ctibus eminet exinde vnum

Ceteras supra opes: quae

Gloriam ac decus addunt.

Micylus. Per Iouem: isthuc ipsum: perinde eū ac si infomnū meū videat Pindarus: ita prae
dicat aurū: sed vt eādē cognoscas q̄le fuerit: ausculta tā sapiētissime Galle. Meministi vt he
ri nullū domi cibi accepis: siquē Eucrates diues ille forte mihi in foro fact⁹ obui⁹: locū me
in tpe ad cenā venire iusserat. Gal. Isthuc equidē plane memini. Nā totū efurieba dīe: do
nec mihi p̄funda tandē vespera domū reuersus: subuidus vīnoq; madēs: qnq; illas fabas
p̄ferres nō admodū opiparā cenā Gallo: q̄ quondā fuerit Athleta: q̄q; olympia nō segniter
oli decertare. Micyl. Ast vbi reuersus a cenā fabas tibi obieciſt: obdormi prī⁹. Tū mihi
iuxta Homē: abroſia sub noctē diuinū quoddā haud dubie ſōnū afflētēs. Gal. Sed pri⁹ q̄
tibi apd Eucratē acciderit Micyl. Enarra: & cuiusmōi fuerit cenā. Nihil ei phibet te denuo
cenare: si veluti ſōnū quoddā ei⁹ cenā reducas: & q̄ tū ederis rurſū cōmemoratione q̄si ru
nimes. Micyl. Credebā molestū futurū me: si hāc quoq; rettuliſt: vix postea q̄ tu desideras
en id quoq; narrabo. Quū nūq̄ ātē hac in vitā cenāſſe apd vllū diuitē: o Pythagora: heri bo
nā q̄piā fortuna in Eucratē inciſi: atq; ego qdē ſimul atq; dñm illū ſalutaſſe: ita vti cōſue
ueram: ſubducebā me: ne pudori illi eſſem: ſi lacera in veſte fuiſſe affectar⁹. At ille. Micylle
Inquit: hodie nata licia filia: celebros plurimofq; ad conuiuiū amicos inuitant: vix qm̄ alit:
quēdam ex his incōmoda eē valetudine: neq; poſſe pariter ad cōuiuiū noſtrū accedere: tu
etis loco ventroclotus: niſi ipſe forte q̄ vocatus eſt: ſemet adfuturū renūciarit. Nā nūc qdē
ābigit. Hoc vbi audiſſe adorato diuitē diſcedebā: oīs obſecrās deos: vt algidā febrē aliquā
aut laterū dolorē: aut podagrā morbi auctariū immitterēt valetudinario illi: cui⁹ ego ſellā oc
cupator: cenāq; vicari⁹: & haeres erā vocar⁹. Interi hoc ſpaciū qd vſq; ad balnei tps̄ intceſſit
lōgiſſimū ſc̄lm̄ eē iudicabā: dū ſubinde reſpicio: quot pedes in gnomone index h̄ret iſa: &
q̄ illos tā lauſſe cōſentaneū eēt. Hic vbi tps̄ tādē adueniſſet: ocyus nie corripio: atq; ab eo
nitide admodū cultus: ſic obuero pallio: vt qua eſſet pte puriſſimū: ea viderē. Offendo
aut ad fores: & alios cōplures: in qb⁹ etiā illi (geſtabat aut a viris q̄ttuor ſarcinae in more)
cuius eram ſubconſilia vocatus: qui male habere dictus erat: atq; id etiam prae ſe ferebat:
q̄ afflicta eſſet valetudine. Nam ex alto gemebat tuſſiebatq; ac ſenebat: velut ex abditos
q̄q; egre redderetur totus pallidus ac tumens: annos natus circiter ſexaginta. Fereba
tur autem philoſophus quiſpiam eſſe: ex his qui apud adoleſcentulos nugae deblaterant.
At barba mīre erat tragica: ſupra q̄ credi poſſet: tonſoris egēs. Porro increpante Archibio
medico: quāobrē quū iſta eēt effectus adueniſſet: nō oportet inq; p̄miſſa deſerere p̄ſertim
hoīem philoſophū: etiā ſi mīre vrgant & iuſſent morbi. Putabit eū Eucrates ſe a nobis

haberi ludibrio. Haud quāq̄ inq̄ ego dīmo collaudabit te si domi potius apud te vells emori q̄ in conuiuiorāiam vna cū Phlegmate excreans. Atq̄ ille quidem prae arrogantia dissimulabat sese dictitum audisse. Haud multo post accessit & Eucrates iam lotus: Conspicatur Theſmopolide (nam id erat philoſopho nomen) praeceptor inquit probe quidem facti abs te: qui ipſe ad nos veneris: Tamen si nihilo deterius tibi fuerat futurum: Siquidem etiā absenti omnia ordine miſſa fuiſſent. Haec ſimul atq̄ dixerat: interrogeditur manus illi porrigens pariter & ſumulis innitenti. Ego igitur iam abire parabam: verum ille conuerſus vbi diu ſecum heſitaſſet: poſtea q̄ me tristem admodum videret: ades inquit tu quoq̄ Micylle ac nobiſcum caena. Nam filium in mulierum conclaui vna cum matre conuiuiū agere iubebo: quo tibi ſit locus: ingrediebar itaq̄: quum parſi abſuerit: vt lupus hians diſcederem: verum ingrediebar pudefactus q̄ Eucratidis filiolū cōuiuiō viderer expulſiſſe: aſt vbi iam tempus eſſet: vt diſcumberemus: primum tollētes Theſmopolim compoſuerunt: haud ſine negotio per Iouem: quinq̄ (ſi diis placet) proceri iuuenes: ceruices illi ſupponentes vna diquaq̄: quo nimirum in eodem habitu permanere: ac longum etiam tempus durare poſſet. Deinde vbi nemo iam tollerare poſſet: vt iuxta illum accumberet: me adductum recellant: vt eadem in menſa eſſemus. Deinceps cenabamus o Pythagora: opiparam quandam & variā cenā: multoq̄ in auro: multoq̄ item argēto. Pocula erant aurea: miniſtri formoſi: tum cantores: & concitandi riſus artiſices. In ſumma: iucundiſſima quāpiam erat vitā: niſi q̄ vnum quiddam me vehementer male habebat: Theſmopolis obſtrepens atq̄ abturbans: virtutē nescio quam mihi cōmemorans docenſq̄: q̄ duae negationes vnicam efficerent affirmationem: q̄q̄: ſi dies ſit: nox non ſit. Nonnunq̄ & cornua mihi dicebat eſſe: atq̄ id genus multa philoſophabatur erga me: quibus etiuſmodi nihil opus: plāneq̄ voluptatē interpellatione minabatur: quū non ſineret exaudiri eos qui cic̄hara voceq̄ canebant. Habes galle de caena. Gal. Non admodū ſuaui Micylle: maxime poſtea q̄ cū illo deliro ſene ſortitus eras accubitū. Micyllus. Audi nunc & inſomniū. Viſus eſt mihi Eucrates ipſe quū orbis eſſet liberis: nescio quomodo de vitā decedere. Dehinc vbi me accerſiſſet ac teſtamentū condidiſſet: quo me in ſolidū heredē omnī ſcripſerat: paululo tempore ſuperſites emori. Porro ipſe videbar adire facultates: & tum aurum argentumq̄ ingentibus quibuſdam ſcaphis exhaurire: perpetuo ſubſcaturiens & aſſatim aſſuens: tū autē veſteſ meſas: pocula: miniſtros: Oīa mea: vt par erat eē. Poſtea cādido vehiculo vectabar reſupinus: cūq̄ intuebant cōſpiciēdus & admirādus. Accurrebāt p̄multi: ac circū egrabāt: cōplures ſequebant. Ego interim illius indutus veſtitū: & ānulos gerēs: circiter ſeptuaginta digitis inſertos: epulū quoddā ſplendidū videbā adornari: quo amicos accipere. Iāq̄ illi: ita vt in ſomniō fieri cōſētaneū eſt: aderāt: iā epulae erāt cōportatae. Iā potus ex animi ſuā miſtratus. In his quū verſarer: & aureis phialis p̄biberē oībus q̄ aderāt amicis: quū iā inferrentur bellaria: intēpeſtuo tuo clamore p̄turbasti nobis cōuiuiſimū tibi videor iniuria ſtomachatus in te! Nā vel tris noctes p̄petuas libēter adhuc ſomniū illud quod mihi accidit videre cupi. Gal. Adeo ne es auri cupidus & opū auidus Micylle: idq̄ ex oībus vnum admirariſ: ac ſcelicitatem vnicam eſſe iudicas: ſi plurimū poſſideas auri! Micyllus. Equidem haud ſolus ita cogito Pythagora: quum ipſe quoq̄ tum quum Euphorbus eſſes: auro atq̄ argento comiſ inextor: prodibas pugnaturus cum Achīuis: idq̄ in bello vbi ferrum q̄ auxi geſtare ſatius fuerat. At tu etiam tum voluiſti calamitatis auro internexiſ in periculum deſcendere. Atq̄ ob eam (opinor) cauſam: Homerus comas tuas gratiis ſimiles dixit: q̄ auro argētoq̄ reuincirent. Erem lōge nimirū meliores atq̄ amabilioreſ videbant: q̄ eēt auro religatae vnaq̄ cū eo relucerēt. Neq̄ iſtuc nouū ē auricome: Si tu Pātho p̄ſe p̄gnat⁹ auxi in ſcio hūiſti: Quī & ipſe deorū oīm: hoīm q̄ p̄ ille Satno Rheaq̄ p̄genit⁹: quū argolicā illā puellā adamaret: vbi nihil iueneret amabili⁹ in qd ſeſe trāſformaret: neq̄ quo Acrīſi cuſto

dias posset corrumpere: audisti videlicet: ut aurum sit factus: atque ita per regulas illapsus: potius est ea quam deperibat. Iam vero quod tibi commemoremus: quod multos vius præbeat aurum! Et ut eos quibus adfuerit: bonosque & sapientes & potentes reddat: decus & gloriam illis concilians: utque nonnunquam ex obscuris & infamibus: claros ac celebres repente efficiat: nam non isti vicinum mihi & eiusdem artificii Simonem: qui paucis ante diebus apud me cenauit: quum legumen coqueret saturnalibus: duasque extorum cesuras immitteret. Gallus. Nouissimum illum breuem: qui fictilem ollulam quam nobis erat vnica: suffuratus: peracta cena abstulit: sub ala gestas. Nam ipse vidi Micylle. Micyl. Atqui quisi eam sustulerit: tam multos ille deos postea turabat. Sed quid non prodebas: ac vociferabare tum o galle: quum nos furto spoliari cõspiceres! Gallus. Coccyzabam: quod mihi solum licebat id temporis. verum quid Simo ille! Nam videre de illo dicturus nescio quid. Micyllus. Ei consobrinus erat: vir supermodum diues nomine Drimylus: is quoad viuebat: ne obolum quidem donauerat Simonem: nam qui daret: quum ne ipse quidem pecunias attingeret! At simul atque mortuus est nuper: vniuersis illis opibus iuxta leges: Simo ille: qui pannos putres: qui patellam circumlingebat: gaudens potitur: purpura ostrog: circumtectus: famulosque & currus: & aurea pocula: & mensas eburnis innixas pedibus possidet: ab omnibus adoratur: lamque nos ne aspiciat quidem. Etenim nuper quisi illum procedentem conspexissem: Salue inquam Simo. At ille indigne ferens: Edicite inquit pauperi isti: ne vocabulum meum diminuat: neque enim Simon sed Simonides appellor. Porro (quod est omnium maximum) mulieres etiam illius amore capiuntur. Atque is quidem eludit eas ac fastidit: & alias quidem adit: comẽque sese præbet: alia: porro quae negliguntur: necem illis minitantur. Vides quantas commoditates pariat aurum: quandoquidem eos qui sunt deformissimi transfigurati: & amabiles reddit: non cecus atque caesus ille poeticus. Audis insuper & a Poetis dictum: O aurum auspiciata res & ostentum optimum. Et rursum. Aurum est quod opibus imperat mortalium: Sed quid interim risi isti galle! Gal. Quoniam tu quoque per inscitiam Micylle simili modo falleris opinione de diuitibus: quemadmodum vulgus verum (crede mihi) longe etiam eruditiorẽ vitam viuunt quam vos. Hæc autem loquor: qui ipse & pauper & diues aliquando fuerim: atque omne vitæ genus sim expertus. Porro paulo post ipse quoque hæc omnia cognosces. Micyl. Per Iouem tempestiuum iam est: ut & tu referas: quemadmodum sis transfiguratus: & quod in vno quoque vitæ genere perspexeris. Gallus. Ausculta hoc tam præmonitus: me neminem foeliciorem vitam quam tu sis: vniquam vidisse. Micyllus. Quam ego sim o galle! Hanc foelicitatem tibi ipsi imprecor. Nam videre me tibi ridendum proponere: Verum age: narra: exordiens ab Euphorbo quo pacto fueris in Pythagoram transformatus. Deinceps ordine ad gallum usque: cõsentaneum enim est te varias res tum vidisse: tum tulisse: nimirum: tam diuersis vitæ formis. Gallus. Quæ admodum initio ab Appolline profecta anima: in terram deuolarit: & corpus humanum subiecit: ut illic poenam quandam depederet: id longum dictu futurum sit. Præterea neque mihi referre fas est: neque tibi eiusmodi audire: verum ubi Euphorbus factus essem. Nicyllus. sed ego priusquam essem is qui nunc sum: O præclare: quisnam eram! hoc mihi prius dicito: nunc quid & ego versus fuerim itidem ut tu. Gallus. Maxime. Micyllus. Quis igitur eram: si quo modo potest dicere: peruelim enim isthuc cognoscere. Gallus. Tu formica fueras indica: ex earum genere quæ aurum effodiunt. Micyllus. Et postea neglexi infelix: vel paucula frustra in vitam importare: quum illo essem alitus! Sed age: quid post hæc futurus sim dicito. quandoque quidem cõsentaneum est scire te. Etenim si quid bonæ sit rei: iam nunc suspendero me ab ista particula in qua tu nunc stas. Gallus. Isthuc profecto nulla ratione possis cognoscere. Cæterum quum Euphorbus essem (nam ad illa redeo) in troia pugnabam: atque a Menelao necatus: aliquanto post tempore: in Pythagoram perueni. Porro eousque absque tecto

perdurabam: donec Mnesarchus aliquando mihi domum ædificaret. Micyllus. Obsecro te num absq; cibo potuq; Gallus. Maxime: Nihil enim istis rebus opus: nisi corpori dūtaxat. Micyllus. Illud igitur prius dicito: ea quæ ad Troiā gesta sunt: nū ita se habēt: qualia fuisse dixit Homerus. Gallus. Quinam ille scire potuisset Micylle: qui quidē dum ista gererentur ipse Camelus erat in Bactris. Cæterū ego tibi tñ effabor diuinitus: nihil id temporis extremum fuisse: neq; Aiace vsq; adeo magnū: neq; Helenam adeo formosam: quemadmodum arbitrantur: siquidem vidi: candida quandā & procera ceruice: vt hinc cygno progeneratam sese adsimularent: Cæterū vehementer anū: aequalē ppemodum Hecubæ. Hanc Theseus primum raptam in Aphidnis possedit. Is vixit Hercules ferme ætate. Porro Hercules prius Troiam ceperat: patrū nostrorum memoria: qui per id temporis maxime florebant. Nam hæc mihi Panthus narrauit: admodum adolescēs: affirmans se vidisse Hercule. Micyllus. Quid autem Achilles! Num talis erat. nempe quauis in re pstantissimus! An & isthæc fabulamenta sunt. Gallus. Cum illo quidem congressus non sum: neq; quæam adeo comperere de rebus Græcorū dicere: Etenim qui scire potui: quū hostis essem! Certe Patroclum illius amicum: haud ita magno negotio peremi lancea dissectū. Micyllus. Deinde te Menelaus: multo minore negotio: verū istis de rebus satis. Nūc Pythagorica sara refer. Gallus. Illud in summa Micylle: sophista quispiam eram (oportet em videlicet fateri verum) Alio qui: non impitrus: neq; inexcercitatus in honestissimis disciplinis: Profectus sum aut in Aegyptum: quo cū pphetis congregarer: de sapientia cōmunicaturus. Hic adyta subtili atq; ibi Ori & Isidis libros perdidi. Post rursus in Italiā renaui gabā: ac Græcos iuxta ea q̄ in Aegypto didicerā: ita institui: vt me pinde ac deū suspicerēt. Micyllus. Equidē inaudierā isthæc: p̄terea quēadmodū creditus fueris: defunctus in vitā rediisse: vtq; aureū formur illis subinde ostēderis: verū illud mihi dicito: quid tibi venit in mentē: vt legē statueres vt neq; carnibus neq; fabis vescerentur homines. Gal. Ne pconteris ista Micylle. Micyl. Quā ob rē o galle! Gal. Nam pudet hīc de rebus verū fateri. Micyl. Atqui nō cōuenit: vt id facere graueris apud hoīem contubernalē & amicū: nā herum posthac absit vt dixerim. Gal. Nihil sanī: neq; p̄clari quicq; erat. verū animaduertebā: si cōsuetudo modo: atq; id etiā vulgus p̄cepissem: nō fore: vt mortales in admirationē adducerē: sed quo pegriniora magisq; aliena pposuissem: futurū vt hoc magis nou⁹ magisq; videret admirādus. Proinde instituerā in animo nouæ quiddā rei designare: eiusmodi pposito decreto: cui⁹ causa eēt inexplicabilis: quo videlicet aliis aliud cōiectantibus: oēs redderent attoniti: quēadmodū in obscuris oralis solet vsuvenire. Micyl. Illud vide vt rides me: tu quoq; nō min⁹ atq; Crotoniatas: ac metapōricos: & tarētinos cūq; his alios: qui muti sequunt tuaq; adorāt vestigia: q̄ tu calca ta reliquisti: verū vbi Pythagorā exuera: quē postēū induisti. Gal. Aspasiā Melitensem illam meretricem. Micyllus. Pape quid ego audio. Siquidem inter alia mulier quoq; fuit Pythagoras. Itane fuit aliquando tempus: quo tu Galle generosissime oua pariebas: cūq; Pericle rem habebas: iam Aspasia videlicet: atq; ex illa grauida facta es: Præterea lanam tondebas tramāq; deducebas. Postremo meretricium in morem gestiebas vultumq; componebas. Gallus. Ista quidem omnia feci: tamen si non ego solus: verum & ante meum Tiresias: tū Elati proles Cæneus. Proinde quicquid in me conuicti dixeris: tantūdem & in illos dixeris. Micyllus. Age igitur. vtra tibi vita erat suauior: quū vir esses: an quū Pericles tecum haberet consuetudinem. Gal. Vide cuiusmodi isthūc est: qd̄ percontaris nempe cui ne Tiresiæ quidem expedierit respondere. Micyllus. Atqui si minus fateare tu: tamen isthuc Euripides satis explicuit: quū ait se malle ter sub Clypeo consistere: q̄ parere semel. Gallus. Imo præmoueo te paulo post puerperam fore: siquidem & tu mulier es olim futurus. Idq; sapius longo nimirum seculorum orbe atq; recurſu. Micyllus.

Non tu pendebis O galle: qui quidem omnis mortales Milesios aut Samios esse ducas! Nā aiunt te etiam tum quū Pythagoras esses: venusta forma decortū: Sapius Aspasīa fuisse Ty ranno: verū age secundū Aspasiam: in quē virū aut mulierē denuo renat⁹ es! Gallus. in Cra rem Cyniciū. Micyllus. O Castor: q̄ dissimile. Ex scorto philosoph⁹: Gallus. Deinde rex: de- inde pauper: paulopost satrapes: dehinc equus: graculus: rana: aliaq̄ innumerabilia: p lon- gum em fuerit singula recensere: Postremo gallus: atq̄ id sapius: nā hoc vitæ genere sum delectatus: interea & aliis diuersis mortalib⁹ seruiui: regibus: pauperib⁹: diuitibus. postre- mo nunc tibi: rideoq̄ cotidie: quū video te pauperratis tedio cōplorantē eiulantēq̄: ac di- uitum admirantē fortunas: ppter ea q̄ ignores q̄tum illis adsit malorū: alioqui si curas no- ris quibus illi distringuntur: teipm pfecto riseris: qui antea credideris eū: q̄ sit opulētus sta- tim foelicissimū esse oīm. Micyllus. Ergo Pythagora: aut quid maxime gaudeas appellari: ne confundā orōem si te nunc hoc: nunc illo noīe compellem. Gallus. Nihil aberraueris: si- ue Euphorbū: siue Pythagorā: siue vocoris Aspasīa: siue Cratem: quandoquidē ista omnia sum vnus: nisi q̄ rectius feceris si (id qd in pñtiarum cē videor) gallū me voces: ne auē hāc parul ducere: contēnereq̄ videare: p̄sertim quum tam multas contineat animas. Micyllus. Ergo galle: quandoquidē omnia pene viuendi gñia iam exptus es atq̄ omnia cognita habes age dilucide mihi narrato: quæ sint peculiara diuitū advitæ rōem: quæ pauperū pprie: quo videlicet cognoscā: vere ne isthuc affirmes: me diuitibus esse foeliciorē. Gallus. En hunc ad modum interim ppende Micylle. Te quidē non magnope tangit cura belli: si quādo rumor sit aduentare hostes: neq̄ sollicitus es: ne in agros incurstantes populētur: neue hortū pcul cent roterantq̄: aut vineas vastent: sed simul atq̄ tubam audieris: si tamen audieris: de te ipso vno circumspectas: quos deflexus seruari queas: ac discrimen effugere. Contra illi tum de sese solliciti sunt: tum animo discruciant: cū de moenibus quicquid opū possidebant in agris: id omne tolli deportariq̄ conspiciūt. Ac siue inferendū est aliqd in ærariū: soli accersun- tur: siue in præliū exeundū: piclitrūtur: aut peditū turmis: aut equitū alis p̄fecti. Tu interim vimineū gerens Clypeū: expeditus ac leuis: ad salutē consulendū: paratus victorale cōi- uuium agere: si quando victor exercitus sacra fecerit. Rursum pacis tpe: tu quidem quum de plebe sis ingressus in contionē: tyrannidem in diuites obtines: illi vero trepidāt paultatq̄: ac largitionibus choragiisq̄ te placant: siquidem quo tibi balnea: ludi spectacula: reliquaq̄ id genus abunde suppedirent: ea omnia curant illi: At tu: cenfor & acerbus expēsor: perin- de quasi dominus: ne alloquio qnīdē interdū dignaris illos: q̄ si tibi collubitrū sit: In gētibz saxis in illos degrandinas: vel facultates eorum publicas facis ipse neq̄ calūniatorem me- tuis: neq̄ latronē: ne tollat aurum: vel ædium conscenso fastigio: vel pariete perfoffo. neq̄ necesse habes rationibus occupari: neq̄ exactionib⁹ neq̄ tibi cum sceleratis dispēlatoribus conflictandū est: neq̄ tantas in sollicitudines distraheris: verū simul atq̄ crepidā vnā perfe- ceris: mercedēq̄ rettuleris septem obolos: sero rursus surgis crepusculo: & si libuerit laua- tis: tum empto saperda quopiam aut moenide pisciculo: aut paucis ceparū capitulis temet ipse oblectas: Canens plarumq̄: optimaq̄ cum paupertate philosophās: adeo vt eas ob res salubri sis valentiq̄ corpore: obduruerisq̄ aduersus gelu: siquidem labores: qui te exacuūt: muniuntq̄: certatorem haud quāq̄ contemnendum reddunt: aduersum eas res: quæ compluribus inexpugnabiles esse videntur. Atq̄ hinc nullus ex morbis illis grauioribus impetit te. Quod si quando leuis coeperit febricula: paulo negotio eam medicatus: pro- tinus exilio: inedia temet inde excutens. Illa porro fugit ilico: quippe metuens te: quem videat etiam frigore ali saturumq̄ fieri: ac medicorum certis illis recursibus lon- gum plorare renunciantem. At illi ex aduerso: propter intemperantiam vitæ: quid tan- dem mali non habent infelices! Pōdagras: Phtises: Pulmonum exulcerationes: Aquas.

intercutes :nam hæc omnia a sumptuosis illis comitulis nascuntur. proinde quicūq; & his
 Icari in morē: vt fere faciunt sese attollunt: propiusq; se soli admovent: haud cogitantes q;
 illas habeant cæra adglutinatas: ingentem nonnunq; ruinae strepitum mouēt. Cæterū qui
 Dedali exemplo non admodum sublimia: neq; excelsa appetunt: verū humilia terræq; vi-
 cina: adeo vt cæra nonnunq; salis aspergine maderet: il tuto plærumq; ac citra discrimē
 transuolarunt. Micyllus. Moderatos istos & cordatos narras. Gallus. verum aliorū Micyl-
 le naufragia foedissima cōspicias: nēpe: vbi cræsus: reuulsis aliis risum exhiberet persis. con-
 scenso rogo: Aut Dionysius: quum abdicatus Tyrannide corinthiorum in vrbe ludi littera-
 rii magistrum ageret: post gestum tantum imperiū: puellos compellens: vt syllabas conne-
 cterent. Micyllus. Dic mihi Galle: Tu quum rex esses (nam ais te regem quoq; fuisse) cuius-
 modi tādē id vitæ genus experiebaris? Mirum tu tum foelix eras: quādoquidem: id quod
 est bonorum omnīū caput possidebas. Gallus. Ne mihi in memoriā regeras o Micylle vsq;
 adeo supra modum infœlix tum eram: Nam quoad res externas: quemadmodū dixisti: pla-
 ne fortunatus esse videbar: at intus innumerabilibus curis distringebar. Micyllus. Quibus
 tandem curis? Nam rem prorsus absurdam neq; credibilem narras. Gallus. Equidem impe-
 rabam regioni neutiq; exiguae Micylle: omnigenarū rerū feracis: tum incolarum frequentia
 neq; non vrbium pulchritudine: cū primis admirandæ. Præterea fluminibus nauigabilibus
 irrigua: ac mari portuoso commodæ. Ad hæc equa spectatissima atq; excellens: satellitum
 haud exiguum: triremes: pecuniarum vis maior q; vt posset numerari: vasorum argenteo-
 rum plurima copia: reliquaq; omnis illa principatus Tragœdia strepitusq; & apparatus
 supraq; credi queat: extructa: atq; accumulata. Itaq; quum prodire: plætiq; adorabāt deum
 quempiam intueri sese rari: aliq; trudentes alios concurrebant: quo me cōspicerent: non-
 nulli conscensis tectis: magni aestimabant: si plene contemplari licuisset quadrigam: stragu-
 lam: diadema: tum eos qui a tergo comitabantur: ego inter hæc mihi conscius: quantæ me
 res discruiarent. versarentq; illos quidem propter inscitiam venia dignos iudicabā: at me
 meīpsum miserescebat: qui prægrādibus illis Colossis viderer p̄similis: quales vel Phydias:
 vel Myron: vel Praxiteles fabricatus est. Etenim illorum quilibet quoad ea quæ foris appa-
 rent: Neptunus ipse est: aut Iuppiter mirifice decorus auro: eboreq; compactus: & aut ful-
 men: aut fulgur: aut tridētem fuscina dextra sustinet. Cæterū si immisso capite quæ sunt
 intus inspicias: videbis vestes quosdam paxillos: & clauos introrsum p̄minentes: neq; non
 vinima: cuneosq; & picem sublitā: & allam itē id genus deformitatem: intrinsecus in habi-
 tatem. Omitto recēdere muscarū mustelarūq; vim: quæ nōnunq; in eis māsſitāt. Huiusmōdī
 q̄dam res nimirū rex quoq; videtur. Micyllus. Nōdum explicuisti: lutū: & clauos: & vestes:
 qui nam fuerint in imperio: neq; foeditatē illam plurimam quæ nam sit: nam istū ad modū
 vectari: tā multis impare mortalibus: ac numinis instar adorari. Hactenus quidē cū Colossi
 exemplo quadrat. Siquidem hoc quoq; diuinū quiddam & admirandum: nunc autē q̄ sint in
 tra Colossū exposito. Gallus. Quid primo loco tibi referā Micylle: vtrū metus: curas mor-
 daces: suspiciōes: odiū: quo regē p̄sequunt: si qui cū illo viuūt: insidias: atq; eas ob res somnū
 rarū & hunc ip̄m p̄tenuem: ac plena tumult⁹ in somnia: cogitatiōes p̄plexas: spes semp im-
 probas: an ocī penuriā: & occupatiōes: iudicia: expeditiōes: edicta: foedera: cōsultationes.
 q̄b⁹ rebus sit: vt ne somnio quidē aliquo suā frui liceat. verū vt oīb⁹ de rebus solus dispiciat
 necesse est: milleq; negotia sustineat. Quippe nec Attriden Agamēnona dulcis habebat Sō-
 nus: mīrigenas versantē p̄ctore curas. Idq; quū reliq; oēs Achiui sterterēt: Adde q; lydiū il-
 lum discruciat: filius mutus: p̄sam vero: Clearch⁹ ad Cyrum desciscens: Atq; alium quem-
 piam: Dion cum Syracusanis nonnullis ad aurem communicans: Rursum alium quendam:
 vrit Parmenion collaudatus: Item perdiccam Prolomeus: Prolomeum Seleucus Quin

ista quoque molestiam adferunt: amasius per vim non sponte conuiuēs: concubina alio gaudens: tum si qui defectionē parere dicatur: aut duo quattuorve satellites inter sese cōsueuerint. Porro (quod est omnium grauissimum) amicissimi quoque vel maxime sunt formidandi: semper metuendum: nequid magni mali ab illis exoriatur. Nam alius a filio veneno necatus est: alius item ab amasio. Alium simile quoddam fortassis mortis genus eripuit. Micyl. Apagēsis Atrocia miraque sunt ista quae narras o Galle. Mihi igitur multo sit tutius operae cerdonicae pronum incubere: quam ex aurea bibere phiala: comiter delatum haustum: ceterum cicuta ac onitoque temperatum. Nam mihi quidē hoc unum est periculi: ut si paulum aberret Smillon deflectatque a recta incisione: summum secatis digitum exiguo sanguine tingit. At isti quemadmodum narras: letifera agunt conuiuia: atque id innumerabilibus in malis constituti. Deinde ubi cōciderint persimiles esse videtur Tragœdiarum histrionibus. Nam multi sicut videre licet: quoad Cæcropes sunt scilicet: aut Sisyphei aut Telephi: diademata gestant: argenteisque capulis gladios: comaque ventilantē: & auro intertextam Chlamidē: quod si quis (qualia nimirum permulta solent accidere) impulsos illos inedia in scena præcipientes detrisum profecto moueat spectatoribus: videlicet persona una cum ipso diademate contrita: vero autē actoris capite luxato cruribusque maxima ex parte renudatis: ut iam interioris amictus qui miseri sint pannus: fiat perspicuum: ac cothurnorum quos pedibus induxerunt appareat deformitas: haud quāquam ad pedis modum respondentium. Vide ut me iam similitudines conferre docueris optime Galle. Cæterum Tyrannis talis quaedam res tibi visa est esse: verum ubi equus esses: aut canis: aut piscis: aut rana: quomodo eam vitæ rationē ferebas? Gal. Istum quem nunc suscitās sermonem & longior sit: neque huius temporis. Illud autem unum in genere dixerim nullam ex omnibus vitam: mihi non visam tranquilliorē vitam humanam: naturalibus duntaxat cupiditatibus & visibus circumscriptam. Siquidem publicanum equum: aut Sycophantam ranam: aut sophistam graculum: aut popinatorum culicem: aut cinedum gallum: atque id genus alia quae vos studio cōminiscimini: haud quāquam inter illos videbis. Micyl. Quae dicis o Galle: fortassis vera sunt: verum non me pudebit apud te fateri: quod mihi accidit. Haud unquam quivi dediscere cupiditatē illam a puero mihi insitam: videlicet ut diues euadam. Quin nunc quoque somnium illud ob oculis versatur: aurum ostēdens: potissimum autē scelestus ille Simon excruciat: qui quidē tantas inter opes delictetur. Gal. At ego te isto leuabo morbo Micylle: tametsi nox etiamdum est. Surge modo: ac sequere me. Siquidem ad ipsum te Simonem adducam: atque in aliorum diuitum aedes: quo nimirum videas: quomodo res habeant apud illos. Micyl. Istuc quo pacto: clausis foribus? Num me parietes transsodere compelles? Gal. Nequaquam. verum Mercurius: cui sum sacer hoc optanti mihi largitus est: ut si quis longissimam caudae plumam: quae ob molliciem inflectitur. Micyl. At qui duas habes eiusmodi. Gal. At dextram ex his auulsam: cuiusque ego gestandam dederis: quo ad volueris: fores omnis poterit aperire: cunctaque videre: ipse inuisibilis. Micyl. Equidē ignorabam o Galle te praestigiari quoque peritum esse. Porro si mihi istuc semel praestiteris: videbis ilico Simonis vniuersas opes: huc deportatas: nam eas huc rediens transferam. At ille rursum circūrodet: ebibetque putria coria quibus consuevit soleas cōpingere. Gal. Atqui ne phas sit istuc facere. Siquidē Mercurius illud mihi mādauit: ut si quis pennam tenens istiusmodi quippiam patrarit: vociferans furē proderē. Micyl. Rem neutiquam verisimilem narras: neque Mercurium quā ipse sit fur: non sinere alios: ut idem faciant. Sed tamē abeamus. Nam aurum auferam: si modo possim. Gal. Pennam prius reuelli o Micylle. Quid hoc rei? ambas reuulsi. Micyl. Tutius hoc quidē o Galle: tum tibi minus foedum sit futurum: ne altera caudae parte mutilatus claudices. Gal. Age sane. sed utrum Simonem prius adimus: an alium quempiam? Micyl. Haud alio imo ad Simonem: qui videlicet pro dissyllabo: tetrasyllabas esse affectet: posteaquē diues euasit. Sed iam ad fores accessimus. Quid igitur hac in re facio? Gal. Pennam serae admoue.

Luciani.

Micyl. Ecce autem: dii boni: cœtum perinde atq; clauis resiliit. Gal. Perge porro præcedens vides illū vigilantē ac supputantē: Micyl. Video per Iouem: & quidē ad obscuram siticulo famq; lucernulam. Præterea paller: haud scio vnde Galle: totusq; exaruit: atq; extenuatus est mirum ni curis. Neq; em̄ auditum est: illum alioqui male habere. Gal. Ausculta quid dicat: siquidem intelliges: quibus de causis ad eum modum sit affectus. Simon. Nimirum septuaginta illa talenta: tuto admodū sub lectica defossa sunt. Neq; quisq; alius omnino vidit. At vero: sedecim illa Sôsyllus equisio vidit me sub præsepi occultantē: itaq; de curando stabulo non est admodum sollicitus: q̄q; nec alias admodum laboris appetēs: verisimile est autē illum multo etiam his plura sustulisse. Nam vnde alioqui Tibius heri tam ingens salisamentū illi obsonio proposuisset: tū aut̄ aiunt illum monile emisisse vxori: drachmis quinq; Hei misero mihi. Hic omnia mea dissipabit bona. Quid q; ne pocula quidem sat in tuto recondita sunt: quum sint multa. Vereor em̄: ne quis ea suffosso pariete: tollat. cōplures mihi inuident: atq; insidias parant. Præter cæteros autē Micyllus iste vicinus. Micyl. Ita per Iouem. Nam tibi sum similis: ac patellas sub ala gesto. Gal. Tace Micylle: ne protinus ipso in furto nos prodas. Simon. Optimum igitur fuerit: vt ipse in somnis seruem. Omnem obibo domū in orbem obambulans. Quis iste: video te per Iouem: O parietum perfossor: posteaq; es columna: bene res habet. Pernumerabo denuo refoffum argentum: ne quid forte dudū me fugerit. En rursus obstrepuit mihi nescio quis. Nimirū obseruor atq; insidiis appetor ab omnibus vbi mihi gladius: Si quēq; deprehendero: rursus aurum defodiamus. Gal. Sic tibi habent o Micylle res Simonis. Sed abeamus ad alium quempiā: donec noctis adhuc aliquantulū superest. Micyl. O miser: cuiusmodi viuūt vitam: hostibus eueniat: ad hunc modum diuitem esse. Itaq; pugno illi in maxillam illiso: volo discedere. Simon. Quis me pulsauit: Latrocinio despolior miser. Micyl. Plora ac vigila aurq; similis corpore reddaris: quādo quidem illi affixus deditusq; es. Nos autē si videtur Gniphonem foeneratorem visamus. Nam nec is procul hinc habitat: ipsæ nobis suapte sponte fores patuerūt. Gal. Vides hunc quoq; curis inuigilantem: & vsurarum rationes iterantem digitis contortis: cui propemodū relictis his omnibus: sit in filpham: aut culicem aut muscam abeundū. Micyl. Equidem video miserum ac vecordem hominem: ne nunc quidē multo meliorem viuere vitam: q̄ Silphæ: aut culicis. Adeo totus & hica curis & rationibus est extenuatus. Nunc ad alium eamus. Gal. Ad tuum si videtur Eucratem. En tibi fores per se patuere. Quin introimus! Micyl. Paulo ante hæc omnia mea erāt. Gal. At etiam nunc tu diuitias somnias: vides igitur Eucratem ipsum quidem a famulo: virum natu grandem. Micyl. Video profecto quiddam haud quāq; virile. Porro altera ex parte ipsam item vxorem a coquo cōstuprari. Gal. Quid ergo? Num optaris & horū hæres existere Micylle: cunctaq; possidere quæ sunt Eucratis? Micyl. Haud quāq; Galle. Immo fame citius interierim: q̄ id genus quippiam patrare valeat aurum & conuiuia. Duo oboli mihi potiores diuitiæ sunt q̄ si a domesticis perfoderer. Gal. Sed iam nunc: quādoquidem dies ferme diluxit: domum ad nos redeamus. Reliqua rursus alias videbis Micylle.

Somnii siue Galli Finis Erasmo Interprete.

Alde quārum audaciā mihi suppediter singularisquādā ingenii tui morūq; facilitas: humanissime Ruthalle: quū quum neutiq; ignorem te inter Aulicos primores: vel auctoritate: vel gratia: vel splendore: vel eruditionē prācipuū esse: tamē non verear meas nugas rudes adhuc vixq; e prima scheda repurgatas ad tuam excellentiā mittere. Sed quid facerem? Iam vrgebat nauita: ventos & aestum nulli seruire clamitans. Itaq; ne nihil mei apud hominem tam nostri studiosum relinquerem id qd̄ tum forte erat in manibus: Misanthropū mihi nimirū ad virū vnū omniū Philanthropotaton. Is est Luciani dialogus: quo vix alius lectu vel vtilior vel iucundior: versus quidem ille iam pridem ab alio nescio quos: sed ita versus: vt interpres hoc modo demonstrare voluisse videatur: sese neq; Grāce scire: neq; latine: neq; temere adeo quis suspicetur eum interpretem subornatum esse ab iis qui Luciano male volunt. Tu nostrā hanc audaciā boni consules: & Erasmi in eorum numero pones qui tui sunt amantissimi. Vale.

Luciani Timon siue Misanthropus Erasmo interprete.

Iuppiter Philia: hospitalis: sodalitie: domestice: fulgurator: iusiurādice: nabicoge: grādistrepe. Et si qd̄ aliud tibi cognomē in tonātes poetā tribūt: maxime quū herēt in versu. Nā tū illis tu multinois factus: carminis ruinā fulcis: metriq; explēs hiatū. Vbi tibi nūc magnicrepū fulgur: grāiferū tonitruū vbi ardens candens ac terrificū fulmen? Nam hēc oīa iam palam apparet nugas esse fumumq; poeticū: nec omnino quicq; prāter nominiū strepitū. Sed decantata illa tua arma eminus ferientia exprompta: nescio quomodo penitus extincta sunt frigēq; adeo vt ne minimā quidem sintillulam iracundiā aduersus nocentes reliquam obtineant. Itaq; citius quiuis ex iis qui peieraturi sunt: extinctum ellychutū metuerit q̄ flammam fulminis cuncta necantis: vsq; adeo titionem quēpiam in sese vibrare te purant: vt incēdiū aut fumū ab illo proficiscens: nihil quicq; formidēt: verum hoc solum vūlneris inferri posse iudicent: vt fuligine compleantur. Quibus rebus factum est: vt iam Salmoēus: tibi sit ausus etiam obtonare: neq; id admodū ab re: quippe aduersus Iouem vsq; adeo ira frigidum: vir ad facinora feruidus: audaciq; tumid⁹. Quid nī em̄ faciat: vbi tu sub mandragora stertis: qui neq; peierantes exaudias: neq; eorum qui flagitia cōmittunt respectū agas? Cecutis autē lippitudine: & hallucināris ad ea quā flunt: auresq; iam tibi obsurduerunt: instar horum qui atate defecti sunt. Quādoquidē quum iuuenis adhuc esses: acriq; animo: vehementisq; ad iracundiam permulta in homines maleficos ac violentos faciebas. Neq; tum vnq; tibi cum illis erant induciā. Sed perpetuo fulmen erat in negotio: perpetuo obūbrabatur: Egis obstridebat tonitruū: fulgur cōtinenter iaculorum in morē: densissime ex edito loco deuolantium torquebatur. Terrā quassationes: cribri instar frequētēs: ad hēc nix cumulatim: neq; non grando saxorum in morem: atq; vt tecum grandius loquar: hymbresq; rapidi & violēti ac flumen quotidie exundans. Hinc tm̄ repente deucalionis atate naufragium ortum est: vt omnibus sub aqua demersis: vix vnica scapula seruaretur: quā in montem Lycōrem appulit: humani generis quasi sintillulas quasdam seruans vnde sceleratius etiam genus imposteriū propagaret. Nimirū igitur dignum secordia prāmiū ab illis re-

Luciani.

portas: quum iam nec sacra faciat tibi quisq; nec coronas offerat nisi si quis obiter in olympicis: ac ita ut ne is quidem rem admodum frugiferam facere videatur: sed priscum quēdā ritum magis referre: ac pene Saturnū. O deorū generosissime: te reddunt magistratū abdicantes. Omitto loqui: quotiens iam tēplum tuū sacrilegio cōpilarint: quū tibi etiam ipsi in olympiacis manus admoliti sunt. Atq; interea tu allifreme pigritabarīs vel excitare caues: vel vicinos aduocare: ut auxilio accurrentes illos cōprehenderent: quum etiā dum ad fugam adornarētur. Sed egregius ille gigantumq; extinator & Tiranū victor sedebas: quū tibi casaries ab illis circūtonderetur decemcubitale fulmen dextra tenens. horum igitur o praeclare quis tandem erit finis: quā tu adeo secure despicias: aut quomodo de tantis maleficiis poenas sumes? Quot Phaetōres aut Deucalionēs: satis idonei sint ad explandū tā inexhaustam mortum iniquitatem? Etenim ut de cōsibus fileam: de his quā mihi acciderunt dicam: quum tam multos Athenienses in sublime euexerim: ex pauperrimis diuites reddiderim cunctisq; quotquot opus haberent suppeditarim: immo semel vniuersas opes in amicos iuuandos effuderim: simul atq; his rebus ad inopiam deuentis: tam ne agnoscor quidē ab illis: nec aspiciere dignant me: qui dudū reuerabantur: adorabant: meoq; de nutu pēdebant. Qd si quādo per viam ingrediens forte fortuna in eorum quēpiam incidero: perinde ut euersam hominis iam olim defuncti statuam: ac tēporis longitudine collapsam praetereunt quasi ne norint quidē. Porro alii procul conspecto me alio sese detorquent: existimātes sese inauspicatum: abominandūq; visuros spectaculū quē non ita pridē seruatoreū & adiutorem suum esse praedicabant. Itaq; praementibus malis ad extrema redactus consilia: sago arrepto: terram exerceo: quaternis conductus obolis: atq; hic cum solitudine cūq; Ligone philosophor: hoc interim lucri mihi videor facturus q; post hac non intuebor plerosq; praeter meritum sequidis fortunae successibus vtentes. Nā illud vel maxime vixi. Iam igitur tandem aliquando Saturni Rheaq; proles excusso profundo isto grauīq; somno (nam Epime-nidē quoq; dormiendo vicisti) vibrato fulmine: aut ex oeta relucens: ingenti reddita flamma iram aliquam strennuū illius ac iuuenilis Iouis ostende nisi vera sint quā a Cretensib; de te tuaq; sepultura feruntur. Iuppiter. Quis hic est Mercuri: quē audio sic vociferantem ex Attica: ad crepidinē montis hymeti: horridus totus: ac squalidus: pelleg; hircina amictus: fodit aut ut arbitror nam pronus incumbit homo loquax & confidēs: nūnam Philosophus est? Neq; em̄ alioquin adeo impia nefariaq; in nos fuerat dicturus. Mercurius. Quid ais pater: an non nosti Timonem Echecratidis filiū Colytensem? Hic nimirum est qui nos saepenumero in sacris legitimis cōtūlo accepit: is repente diues factus: is qui totas hecatombas apud quem splendide Ioualia festa consueuimus agitare. Iup. Hem quānam ista rerū cōmutatio: hiccine honestus ille diues: quem tam frequentes cingebant amici? Quid igitur accidit ut hoc sit habitu? squalidus: erūnosus: foffor conducticius vti conficio: quum tam grauem Ligonem gerat? Mer. Ad hunc modū illū quodāmodo probitas euerit: atq; humanitas & in omēs quicūq; egerent misericordia. At re vera vecordia potius facilitasq; nullusq; in suscipiendis amicis delectus: quippe qui neutiq; intellexit: sese coruis lupisq; largiri. Quin magis quum a vulturibus tam multis misero iecur eroderetur: ob id amicos eos necessariosq; iudicabat quasi beneuolentia erga sese afficerent: quū illos epulae magis caperent. Ergo posteaq; ossa penitus nudassent circūrosissentq; deinde si qua medulla suberat hanc quoq; admodū diligēter exuissent aufugerūt: exuetti & radicitus defecti destituentes adeo ut postea: ne agnoscant quidem aut aspiciant: tantū abest ut sint qui suppeditent impartiantq; has ob res foffor: & sago opertus pelliceo: urbem pra pudore fugiens mercede terram exerceat: aduersus ingratos atra bile stomachatur: qui quidem sua benignitate ditati: admodū fastuose nunc ptercant ac ne nomen quidē ap̄ Timon vocet nouerint.

Iup. Atq; profecto vir neuitiq; fastidiendus neq; negligendus: iure optimo indignat: qui
 tis tantis in malis agat. Quare sceleratos istos adultores ipsi quoq; fuerimus imitari si eū
 virum neglexerimus: qui tantū taurorū & ouium pinguiſſimas qualq; nobis in aris adole-
 uerit. Quārū nidor etiamdū mihi in naribus reſidet. Tamenſi propter negocia maximāq;
 turbam pelerantiū: tum vi non iure agentium neq; non aliena rapientiū: præterea ob for-
 midinē: quā mihi pariūt ſacrilegi: qui quidē tum multī ſunt: tum obſeruari difficiles: adeo
 vt ne minimū quidē nos cōſultet ſināt. Iam pridē profecto ad Articam regionē oculos de-
 torſiſſe: maxime poſtea q̄ Philoſophia & de verbis digladiationes: apud iſtos increbuerunt
 ita vt pugnantibus inter ſe iſtis vociferantibusq; ne exaudire quidē mortaliū vota liceat.
 ynde mihi neceſſum eſt: aut auribus obruratis ſedere aut dirūptis ab eis conficiq;: qui viri-
 tutem quādam & incorporea quādam mraſq; nugas ingenti vociferatione cōnectunt: hac
 in cauſa fuerunt vt hūc quoq; neglexerim: quū haud mediocriter de nobis ſit meritus. Qd̄
 reliquum eſt Mercuri tu Plutius adducēs quantū potes ad iſtum abeas. Porro Plutius vna
 ſecum ducat & theſaurū: & vtriq; apud Timonem perſeuerent. Neq; vſq; adeo facile de-
 migrant: etiam ſi q̄ maxime ruriſum illos per benignitatē ex aedibus exegerit. Cæterum de
 palponibus illis atq; ingratitude qua in hunc ſunt uſi: in poſterum conſultabo poenāq;
 daturi ſunt: ſimul atq; fulmen iſtaurauero. Nam fracti ſunt in eo retuſa cuspide duo e ra-
 dii maximi quum nuper audiui in ſophiſtam Anaxagoram iaculari: qui ſuis familiarib⁹
 ſuadebat nullo pacto eſſe viles nos qui dii vocaremur. At illum quidem errore non ſeriebā
 propterea q; Pericles obtenta manu cum protexerit: in lacunā retortum illud excuſſit:
 neq; multum abſiit: quin ipſe quoq; in ſaxum impactū fuerit eluſus. Quāq; interim vel id
 ſupplicii ſatis magnum in iſtos fuerit ſi Timonem conſpexerint: egregie locupletem factū.
 Mercuri. Quantū habet momentū alſum vociferari & obſtreperū audacemq; eſſe. Idq; nō iſs
 modo qui cauſas agunt: verum etiam qui vota faciunt conducibile. En mox e pauperrimo
 diues euaserit Timon qui ſe in precādo clamorū: & improbū præſtiterit: louemq; red-
 diderit arrentum. Qd̄ ſi ſilentio fodiſſet incuruus: etiam nunc foderet neglectus. Plutius.
 At ego Iuppiter haud quāq; rediturus ſum. Iup. Quid ita non rediturus optime Plutei præ-
 ſertim a me inſiſſus. Plu. Quoniā per Iouem iniuria me affectū eliciens: & in multa fragmēta
 diſſecans: idq; quum illi paternus eſſem amicus ac me poene dixerim ſuſcinitis ex aedibus ex-
 truiſſe: nec aliſſe q̄ ſi qui e manibus ignem abſiciunt. Num ruriſus ad iſtū ibo: paraſſis adula-
 toribus & ſcortis donātus. Ad eos me mitto Iuppiter qui nūquā intellecturi ſint: qui am-
 plexuri: quibus equidem in precio ſim: & maiorem in modū exoptatus. At hi ſtupidi cum
 inopia cōmerciū habeant quā nobis anteponit atq; ab ea accepto ſago Pelliceo: Ligoneq;
 ſat habeant quum duos lucrantur obolos: decem talenta cōtempnim dono dare ſoliti. Iup.
 Nihil iſtiusmodi poſt hac in te facturū eſt Timon: quippe quē Ligon abunde ſatis corripu-
 erit: niſi proſus nullum dolorem ſentiunt illius iſta te videlicet potius q̄ inopiam eſſe præ-
 optandam. At tu mihi calumnioſus admodum ſemperq; tuæ penitens ſortis videris eſſe
 qui nunc Timonem incuſes: q̄ tibi patefactis ſoribus libere permiſſis vagari neq; inclu-
 dens: neq; Zelotypus in te. Porro alias diuerſa de cauſa in diuites ſtomachare: quum di-
 ceres te ab illis repagulis: clauibus ac ſignorum obſtaculis impreſſis ita fuiſſe cōcluſum
 vt ne proſpicere quidē in lucem tibi liceret. Id igitur apud me deplorabas: affirmans præ-
 focari te nimis te æbris: eoq; pallidus nobis occurrebas & curis conſectus: digitis etiam
 ex aſſiduo colligendi coaceruādūq; uſu contractis contortisq;: ſi quādo dareſ opportu-
 nitas: auſugientū quoq; ab illis te mirrabare. In ſumma: rem ſupra modū acerbā tu dicabas
 in areo ferreoq; thalamo daries exēplo: virginem aſſeruati: idq; ab obſeruantiſſimis mole-
 ſtiſſimiſq; pedagogis aliā uſurā & rationē. Proinde abſurde facere aiebas hos: q̄ te p̄ter

modum adamarent: neque (quum liceret) viri auderent: neque quum ipsis esset in manu amore suo secure vterentur. Sed vigiles obseruarent ad signum ac seram oculis nunquam conuenientibus: neque usque dimotis semper intueres: abunde magnam fructum arbitrantess: non quod ipsis fruendi facultas adesset: sed quod nemini fruendi copiam facerent: non aliter quam in praesepti canis nec ipsa velsens ordels: nec equum famelicum id facere sinens. Quin etiam ridebas istos: qui parceret afferuarent: & (quod esset absurdissimum) ipsi quidem sibi subtraherent: vererenturque contingere: non intelligerent autem fore: ut aut sceleratissimus famulus: aut dispensator: aut liberorum pedagogus furtim subiret ludibrio habiturus: infellicem & inamabilem haram quae postea finat ad fuliginosam & oris angustam lucernulam ac fuculosum scirpulum vfris turgilare. Quid itaque: an non iniquum quum haec quondam inenaueris nunc in Timone diuersa his criminari? Plutus. Atqui si rem vere perpenderis utrumque me iure facere iudicabis. Nam et Timonis ista nimia leuitas: negligentiaque potius: haud benivolentia studiique in me merito videbatur. At e diuerso: qui me ostis ac tenebris inclusum seruabant id agentes: quo scilicet crassior saginatioque ac vehementer corpulenta onustus euaderet: quum interim neque ipsi contingerent neque in lucem producerent ne vel aspiceret a quopiam: hos dementes & contumeliosos in me iudicabam: quippe qui me nihil comertum tot in vinculis me cogeret situcarique putrescere: haud intelligentes quod mox demigrent: me alii culpam cui fortuna finerit relicturi. Nec hos igitur probos: sed ne illos quidem qui nimirum facile mihi manus admouent. Sed qui (quod est optimum) mediocritate vrantur: uti nec prorsus abstineant: neque penitus profundant. Etenim illud per louem considera Iuppiter: Si quis ubi puellulam & formosam lege duxisset uxorem: postea neque obseruet nec vlla omnino zelotypia prosequatur: videlicet sinens illam noctu atque interdum quocumque libitu sit: congregi cum his quicunque cuperet: vel producat potius ut adulteret: fores aperiens: ostentansque: & quoslibet ad illam inuitas: nam hic amare videbitur: profecto hoc tu nequaquam dices Iuppiter: qui saepenumero amorem senseris. Rursus si ingenuam lege domum deducat: uti liberos legitimos progeneret: ceterum nec ipse contingat florentem aetate decoramque virginem: nec alium finat aspiciere sed inclusam orbam: ite silentem in perpetua virginitate contineat: idque pro amore se facere praedicet & hunc quidem praeferat pallore corpore exhausto oculis refugis: num fieri potis est ut huiusmodi non desipere videatur? quippe qui quum liberis oportuerit opera dare fructusque coniugio puellam adeo formosam atque amabilem finat emarcescere: per omnem vitam tanquam carceri sacerdotem alens huiusmodi & ipse indigne feror: quum a nonnullis ignominiose cedor calcibus saniorum atque exauior a nonnullis contra perinde ut stigmaticus fugitiuus compedibus vincitor. Iup. Quid est autem quod aduersus illos indigneris: quando quidem utrumque poenas egregias lunt. Alteri quidem dum tantilli in morem neque bibere sinuntur neque edere: sed ore sicco distaxat inhiant auro. Alteri vero dum his exemplo Phinei cibos harpyae ipsis e faucibus eripiunt. Sed abi iam Timone multo post hac visurus cordatior. Plu. Ille igitur iureiurando cohercebit ne me velut e perforato cophino: vel priusquam influxerint: properet effutire quasi conest occupare: ne possum infuerne si copiosius infundar: vnde illud inuoluam. Alioquin in danaidum dolium aquam illaturus videor frustra: infusus: vase non continente. verum poene priusquam infusum sit effusio eo quod infundatur: tanto latior hiatus dolii per quem effundit: neque sisti potest effluxus. Iup. Proinde ni hiatus istum obturauerit perpetuumque per stillationem sistere studuerit: te propedem effusus: facile rursus sagum: & Ligonem in dolii fece reperiet: sed interim abite atque illum diuitem reddite. At tu Mercuri fac memineris: ut rediens Cyclopes ex Aetna tecum aducas quo fulmen cuspidem restituta refarciant. Nam eo nobis acuminato opus fuit. Mer. Eamus Plute: quid hoc? Num claudicas? Equidem ignorabam: O praclare quod non cecus modo: verum etiam claudus esses. Plu. Atqui non hoc mihi perpetuum Mercuri verum si quando

proficiscor: a Ioue missus ad quemplam: tum nescio quo pacto: tardus sum & utroque claudus pede. ita ut egre ad metam pertingere queam: sene nonnunquam interim facto qui me operiebatur. Porro quum discedendum est: alatum videbis: multo auibus celeriorē: unde fit: ut vix iam amoto repagulo: ego iam pconis voce victor pronuncier saltu stadium transmissus ne videntibus quidem aliquoties spectatoribus. Mercurius. At ista quidem haud vera narras. Immo ego tibi permultos comemorare queam: quibus heri ne obolus quidem erat: quo restim emerenti: qui hodie repente diuites facti splendide viuunt: albis quadrigis vehantur: quibus ante ne asellus quidem suppeditarit. Ji tamē purpurati: aurumque manibus gestantes obambulant. Qui ne ipsi quidem opinor credere possunt: quin per somnium diuites sint. Plutus. Ist hac alia res est Mercuri: neque enim tū meis ipsius ingredior pedibus: nec a Ioue sed a dite ad istos transmittor: qui & ipse nimirum opum largitor est: ac magna donans: id quod ipso etiam nomine declarat. Itaque quoties est mihi ab alio ad aliū demigrandum in tabellas iniiciunt me: ac diligenter obsignantes sarcinæ in morem sublatum transportant. Interea defunctus ille alicubi in ædibus iacet in tenebris vetere linteo in genua in lecto reclusus: de quo feles digladiantur. Porro qui me sperauerunt obtinere in foro operium tur hiantes: non aliter quam hyrundinem aduolantem stridentes pulli. deinde ubi signum detectū est & lineus ille funiculus incisus: apertaque tabellæ: iamque nouus dominus pronunciat: siue cognatus quispiā siue adulator siue seruulus draucus: qui puerili obsequio fauorem emeruerit: etiam tum mento subraior: pro variis & opiparis voluptatibus. quas illi iam exoletus suppeditauerat: ingens scilicet pmiū ferens generosus quisquis ille tandem fuerit: nonnunquam me ipsis cum tabellis arreptum. fugiens adportat commurato nomine ut qui modo Pyrrhus: aut Dromo: aut Tibius: iam Megacles: aut Megabizus: aut Proarchus appelletur. Cæterum illos nequicquam hiantes relinquit: verūque luctum agentes: quod eiusmodi Thynnus ex intimo lagenæ sinu sit elapsus: quin non parū magnā escam deuorarit! At hic repete totus in me intruens: homo vitæ mundioris atque elegantioris rudis pingui illorūque cute qui compedes etiam dum horrescit: & si quis præteriens loro increpet: arrectis stet auribus: quique pistrinum: perinde uti templum adoret: non est deinceps tolerandus: illis quibuscum viuūt: verum & ingenuos afficit contumelia: & conseruos flagris cedit: licet ipse quoque eadem quandoque expertus in sese: donec aut scortulo cuipiam irretitus: aut equorum alendorum studio captus: aut adulatoribus sese permittens delectantibus: Nireo formosiorē esse: Cecrope: Codrove generosiorē: callidiorē vlysse: vnum autem vel sedecim pariter Cræsis opulentiorē momento temporis semel profundat infelix quæ minuatim: multis ex periurii rapinis flagitiis: fuerant collecta. Mercurius. Istæ ferme sic habent uti narras: verum ubi ruls ipsius ingrederis pedibus: qui tandem cæcus quum sis viam inuenire soles! Aut qui dignoscis ad quosnam Iuppiter te miserit: dignos illi visos qui diuitiis abundant! Plutus. Enimvero. credis me reperire istos ad quos mittor! Mercurius. Per Iouem haud quāquam. Neque enim alloquin Aristide præterito ad Hipponicum & Calliam accederes: ad hæc complures ex Atheniēsis alios: qui ne obolo quidem digni sint. Cæterum quid facis quandoquidē es emissus! Plutus. Sursum ac deorsum circum cursans oberro: donec imprudens in quemplam incurrero: hic autem quisquis ille sit qui forte primus me nactus sit: abducit ac possidet: te Mercuri p lucro pter spem obiecto: venerans atque adorans. Mercurius. Num ergo fallitur Iuppiter: qui quidem credat ex ipsius animi sententia: dirari abs te hos quos ille dignos existimarit qui ditescerent! Plutus. Ex iure quidem optimo fallitur o bone: quippe qui quum me cæcum esse non ignoret emittat vestigatum: rem vique adeo repertu difficilem & iam olim e vita sublaram. Quam ne lyncæus quidem facile inueniret: quæ nimirum adeo obscura sit ac

Luciani.

minuta Itaque quum rari sint boni: improbi porro in ciuitatibus omnia obtineant: oberrans facile in huiusmodi mortales incurro ac retibus illorum illigor. Mercuri. At qui fit ut quoties eos deferis celeriter aufugas quum via sis ignarus. Plutus. Tum demum acutum ceruo pedibusque valeo: ubi ad fugam tempus inuitat. Mercurius. Iam illud quoque mihi responde: qui fit: ut quum sis oculis captus (dicendum enim est) praeterea pallidus: postremo claudus: tam multos habeas amantes adeo ut omnes in te defigant oculos: & si potiantur foelices videantur: sin frustrentur: non sustineant viuere. Ex his equidem non paucos noui qui sic perdit te amarint ut sese in profundum immensumque pelagus praecipites dederint: ac scopulis abruptis illiserint rati fastidiri sese abs te propterea quod illos initio non resperxisses. Quamquam scio: tu quoque fateberis si quomodo tibi ipsi notus es furere istos: qui eiusmodi amore sunt demerati. Plutus. At enim credis me qualis sum talem istis videri nempe claudum aut caecum: aut si quid aliud adest mihi vicii? Mercuri. Quid nisi o Plute nisi forte & ipsi omnes caeci sunt. Plutus. Haud caeci quidem: o optime: verum inscitia errorque quae nunc occupat omnia: illis offundunt tenebras: ad haec ipse quoque: ne per omnia deformis sim: persona vehementer amabili rectus: inaurato gemisque picturato eis occurro: at illi rati sese natiui vultus venustatem aspicere: amore capiuntur: disperuntque nisi potiantur. Quod si quis me toto corpore renudatum illis ostenderit dubio procul futurum sit ut se ipsi damnent qui tantopere cecutierint adamantes res neutiquam amandas ac foedas. Mercuri. Quid ergo posteaquam eo peruentum est ut iam diuites euaserint: iamque personam ipsam sibi circumsposuerint rursum falluntur. Adeo ut si quis illis detrahare conetur: pene caput potius quam personam abiciant. Neque enim verisimile est etiam tum illos ignorare: auro bracteata esse formam quum intus cuncta inspexerint. Plutus. Ad id non parum multae res: o Mercuri mihi sunt adiumento. Mercurius. Quanam? Plutus. Simul atque qui me primum nactus est apertis foribus exceperit: clanculum una mecum introit elatio: vecordia: iactantia: mollicies: violentia: dolus: atque alia item innumerabilia a quibus omnibus posteaquam est animus occupatus: iam admiratur quae neutiquam sunt admiranda: & appetit ea quae sunt fugienda: meque cunctorum illorum quae introierant malorum patrem stupet: quum illorum satellitio vallatum videt. Quidvis potius passurus quam uti me compellatur relicere. Mercuri. Ut leuis ac lubricus es Plute retentu difficilis: ac fugax: neque ullam praebens ausam certam quo praefus tenere: sed nescio quomodo anguillarum ac serpentum in more inter digitos elaberis: at ediuerso paupertas viscosa: pressu facilis: totoque corpore mille vincos gerit hamos: ut qui attigerint illico haereant: neque facile queant auelli. Verum interea dum nugamur rem haud paruam omisimus. Plutus. Quam? Mercuri. Nempe quia Thesaurum non adduxerimus: quo vel imprimis erat opus. Plutus. Isthaec quidem ex parte bono sis animo. Nam non nisi in terra relicto illo ad vos ascendere soleo. Iussosque intus manere foribus occlusis neque cuiquam aperire nisi me vociferantem audierit. Mercuri. Iam igitur atticam superamus. Tu me consequitor chlamydi adhaerens donec extremam viam attigerimus. Plutus. Recte facis Mercuri quum me per viam ducis. Etenim si me deferres forsan oberrans: in Hyperbolum aut Cleonem inciderem: sed quis hic stridor cecum ferri saxo impacti? Mercurius. Timon hic est qui proxime montanum & petricosum fodit solum? Pape: adest & paupertas & labor ille. Tum robur: sapientia: fortitudo atque id genus aliorum turba: quorum omnium agmen fames iungit: longe praestantius quam tui sint satellites. Plutus. Quin igitur quam ocyssime discedimus? Neque enim vllum operae praecium fecerimus cum homine eiusmodi vallato exercitu. Mercuri. Secus visum est Ioui quare ne me tu deterreamur. Paupertas. Quo hunc nunc Mercuri: manu abducis? Mercurius. Ad hunc Timonem: ad quem a Ioue sumus ire iussi. Paupertas. Ita ne rursum Plutus ad Timonem posteaquam ego hunc in deliciis turpiter gerentem sese suscepi: commendansque sapien-

tia & labori strenuū: multiq; p̄ciū virū reddidi! Adeo ne despiciēda: iniuriæq; idonea vobis iudicor vt hunc q̄ mihi vnica erat possessio eripiaris: iā exactissima cura ad virtutē exultū: vt Plutus hic vbi denuo susceperit per contumeliā & arrogantia illi manu iniecta: talē red diderit qualis erat dudum: mollē & ignauū rursū mihi restituat: vbi iā nihili factus erit & reliculus. Mercu. Sic O Paupertas iā placitū est. Pauper. Equidē abeo: At vos labor & sapientia reliquiq; cōsequimini me. Porro hic breuī cognoscet: qualis in se fuerim: quā nunc relinquet: nempe adiutrix bona & rerū optimarū doctrix. Quicū donec habuit cōmercium sano corpore: valētq; animo pseuerauit: virilē exigēs vitā: & ad sese respiciens: Supuacua auit & vulgaria ista aliena ita vt sunt existimās. Mercu. Discedunt illinos ad eū adeamus. Timō. Quinā estis o scelesti! aut qua gratia huc aduenistis hominī opario mercenarioq; ne gotiū exhibituri: verū haud quāq; lacti abibitis scelesti vt estis oēs: nā ego vos illico glebis & saxis p̄titos cōminuā. Mercu. Nequaq; O Timon ne ferito neq; enī ferieris mortales. verum ego sum Mercuri⁹: hic Plutus. Misit nos Iuppiter votis tuis exauditis. Quare q̄ bene vertat opes accipe desistens a laboribus. Timon. Atqui vos iā ploraueritis etiā si dii sitis vt dicitis. Siquidē odi pariter oēs tum deos tū homines: Sed huic cæco quisquis is fuerit: mihi certum est ligonem impingere. Plutus. Abeamus per Iouē Mercuri: quandoquidē hic homo mihi videtur non mediocriter insanire: ne malo quopiā accepto discedā. Mercu. Ne qd ferociter Timon: quin exue potius penitus istam ferocitatē asperitatēq; ac manibus obuils excipe bonam fortunā: rursū diues esto: rursū Atheniensū princeps & ingratos illos despiciito quū solus florebis. Timon. Nihil mihi vobis est opus ne obturbate. Sat opum mihi Ligo: p̄terea fortunatissimus sum si nemo propius ad me accesserit. Mercurius. Adeo ne q̄so inhumaniter hūcne sermonē Ioui renūcio sauum & ferocē! Atqui par erat forfitā homines tibi haberi inuisos: vt qui tā multa indigna in te cōmisissent: deos odio te psequi nequaq; erat consentaneū: quū illi tantope tui curā agant. Timon. At tibi Mercuri: Ioui q; q̄ me respicitis plurimā equidē habeo gratiā. ceterū hunc Plutū nequaq; recepero. Mercurius. Quid ita! Timon. Qm̄ pridem innumerabiliū malorum mihi fuit author: quū me assentatoribus proderat: immittens qui insidiis appeterent: simulratem excitarent: mollicie perderet: inuidiæ obnoxium redderet: deniq; quū repente me adeo perfide ac proditorie destituerit. Contra paupertas optima me laboribus viro dignissimis exercens: me cumq; vere ac libere conuiuens & quibus opus erat suppeditaui laborauit & vulgaria ista docuit contemnere: effecitq; vt mihi vitæ spes omnis ex meipso penderent: demonstrans quamnam essent opes veræ meæ: nempe quas neq; adulator assentās neq; sycophanta minitans neq; plebes irritata neq; concionator suffragiorum author neq; Tyrannus intentis insidiis queat eripere: itaq; iam validus effectus ob laborem: dū hunc agellum grauiter exerceo: neq; quicq; eorum quæ sunt in ciuitate malorū aspicio: abunde magnū & sufficientem victum mihi Ligo suppedirat. Quare tu Mercuri qua venisti viam remetiens recurte: vna tecum Plutum adducens ad Iouem: illud mihi sat fuerit si effecerit vt om̄s mortales: p̄ omnem ætatem ciuent. Mercurius. Nequaq; o bone: neq; em̄ om̄es ad ciulandum sunt accomodi. Quin tu iracunda pueriliq; ista missa face: ac Plutum excipe. non sunt reicienda munera: quæ a Ioue proficiſcunt. Plutus. Vni Timon vt contra te partes deſſendam meas an grauiter feres: si quid dixerō. Timon. Dicite nec multis tamen neq; cum proemiis quemadmodum perditissimi isti solent oratores. Nam huius Mercurii gratia te feram paucis dicentem. Plutus. Atqui multis mihi potius erat dicendum: tot nominibus abs te accusato. Attamen vide: num qua in re tu quæadmodū ais laſerim: q̄ quidem dulcissimarū quarūq; rerum tibi extiterim author opifexq; authoritatis: præſidētiæ coronarum: aliarum item voluptatum: mea opera cōspicius eras: celebris & obseruandus. Cæ.

terum si quid molesti ab adulatoribus accidit: non mihi potes imputare: quin ipse magis abs te sum affectus contumelia: propterea quod me tam ignominiose: viris illis execratis suppeditans: qui te mirabantur: ac praestigiis dementabant: mihi quoque modis omnibus infidias struebant. Illud postremo loco dicebas quod te prodiderim: ast isthuc contra criminis in te possum retorquere: quum ipse sim modis omnibus a te reiectus: praecipue exactus ex audibus. Vnde pro molli chlamyde: sagum istud charissima tibi paupertas circumposuit. Itaque testis est mihi hic Mercurius: quod opere Iouem orauerim: ne ad te venirem: qui tam hostiliter esses in me debacchatus. Mercurius. At nunc vides Plute in cuius hominem sit commutatus. Proinde audacter cum illo consuetudinem age. Tu vero sode quantum potes. Tu interim Thesaurum sub lignonem adducito. Audiet enim si tu accersiueris. Timon. Parendum est Mercuri: rursusque discedendum. Quid enim facias quum dii compellant: tamen vide: in quas turbas me miserum conicies: qui quidem quum ad hunc usque diem felicissime me vixerim: tantum auri repente sum accepturus nihil commeritus mali: tantumque curarum suscepturus. Mercurius. Sustine Timon mea gratia: tamen graue est isthuc atque intolerandum: quo videlicet palpones illi praeeinedia rumpatur. Ego porro superata aethra in coelum reuolauero. Plutus. Abiit ille quidem sicut apparet. Nam ex alarum remigio facio coniecturam: Tu vero hic operire: si quidem digressus Thesaurum ad te transmittamus: sed feri fortius. Tibi loquor auri Thesauri: Timoni huic audiens esto: offerre remet eruedum. Fodi Timon altius impingens. Ceterum ego a vobis digredior. Timon. Age iam O Ligo: nunc mihi tuas vires explica: neque defatigare: dum ex abdito Thesaurum in apertum euocaris. Hem prodigiorum author Iuppiter: amici Chorybantes: ac lucifer Mercuri: unde nam auri tantum? Num somnium hoc est? Metuo ne carbones reperturus sim experrectus. Atqui aurum profecto est insigne: fuluum: graue: & aspectu multo iucundissimum. Pulcherrima Aurum faustitas mortalibus.

Quippe quod ignis in more ardens noctesque & dies reuoluit. Ades o mihi charissimum desideratissimisque: nunc demum credo vel Iouem ipsum olim aurum esse factum. Etenim quae tandem virgo: non exporrecto sinu usque adeo formosum amatorem excipiat? per regulas illas ipsum o Myda Croesaeque ac munera: delphico in templo dicata: ut nihil eratis si cum Timone: cumque Timonis opibus conferamini: cui ne persarum quidem rex par est. O Ligo: sagum charissimum vos huic panis suspendi commodum est. At ego quod maxime semotum mercatus agrum: turriculaque seruandi auri gratia constructa: vni mihi affatim vixero: sepulcrum item inibi mihi defuncto parare est sententia. haec igitur decreta sunt placitaque in reliquis vitae: seiunctio: ignorantia: fastidium erga mortales omnis. Porro amicus: hospes: sodalis: aut ara misericordiae merae nugae. Tum commiserari lachrymantem: suppeditare egentibus: iniquitas: ac motum subuersio: at vita solitaria: qualis est lupis unusquisque sibi amicus Timon: ceteri omnes hostes & insidiarum machinatores. Cum horum quopiam congredi: piaculum adeo ut si quem aspexero distaxat inauspicatus sit ille dies. In summa: non alio nobis habeatur loco: quam signa saxea areae: neque feciale ab illis missum recipiamus: neque foedera feriamus. Mos hic solitudinem meam aduersus illos tueatur. Ceterum tribules cognati populares. Postremo praesentia ipsa frigida quaedam & sterilia noxia: stultorumque mortalium gloria: solus Timon diues esto: despiciat oes: solus ipse secum oblectet liber ab assentationibus: & onerosis laudibus diis sacra faciat: epuletur solus sibi ipsi vicinus: sibi princeps excuties se ab aliis. At tamen semet unum accipe certum esto quod si moriendum est: sibi ipsi coronam accipe. Nullumque nomen sit dulcius quam Misantropi. id est. hominum odioris: mortis autem notae difficultas: aspiras: feritas: iracundia: inhumanitas. Quod si quem conspexero: incendio conflagentem: obestantemque quo restringam pice oleoque restringere: rursum si quem flumen undis abstulerit: isque manus porrigens: imploret ut retineatur. hunc quoque

demerso capite propellem: ne possit emicare: hunc ad modū par pari relaturus est. hanc legem Timon tulit Echecratides Colytensis idem in comitiis suffragia tulit. Age hæc decreta sunt: hæc fortiter tueamur. Cæterū magno emerim: ut id omnibus innotescat q̄ opibus abūdo: nam illa res illos præfocauerit: sed quid illud. Hem quæ trepidatio! vndiq̄ concurrunt: puluerulenti atq̄ anhelis: haud scio vnde aurū adorati: vtrum igitur hoc conscenso colle saxi eos abigore sublimi deiaculans: an hoc tantū in re lege m̄violabimus: ut semel cum illis congregiamur: ut magis angantur: fastidiri repulsiq̄. Ita satius esse duco. Itaq̄ restemus quo illos iam excipiamus. Age prospiciam: primus eorum iste quis est! Nepe Gnatonides adulator qui mihi nuper symbolum petenti funem porrexir quū apud me sæpenumero solida dolia vomuerit! Sed bene est q̄ ad me venit: nam primus omnium vapulabit. Gnatonides. dixi in Timonē virum bonū non neglecturos esse deos! Salue Timon formosissime: iucundissime conuiuator bellissime. Timon. Scilicet & tu Gnatonides vulturū omnium edacissime atq̄ hominū perditissime. Gnatonī. Semper tibi grata dicacitas. Sed vbi compotamus! Nam nouam tibi adfero cantilenam: ex his quos nuper didici dithyrambis. Timon. Atqui elegos canes: admodū miserrabiles: ab hoc doctus ligone. Gna. Quid isthuc! Feris o Timō! Attestor o Hercules: hei hei in ius te voco apud Arlopagitas qui vulnus dederis. Timon. Atqui si cōtere paulisper: mox cædis me reū ages. Gnatonī. Nequaq̄: quin tu plane vulnere mederi: paululo auri inuncto: Mirū emitis in modum p̄sentaneum id est remedium. Timon. Etiam manes! Gnato. Abeo. At tibi male fit: quī quidem ex viro cōmodo tam sauius factus sis auri gratia. Timon. Quis hic est qui accedit recaluafter ille Philiadides assentatorum omnīū execratissimus. hic quū a me solidum acceperis fundum: tū filiarum in dotem talēra duo: laudationis præmium quū me canentem reliquis filētibus omnibus solus maiorem in modum extulisset: deierans me vel oloribus magis esse canorum vbi me pridem ægrotū conspexisset: nam adierā oraturus ut mei curam ageret: plagas etiā egregius ille vir impexit. Philiadēs. O Impudentiā. Nunc demum Timonem agnoscitis. nunc Gnatonides amicus & contigua enim uero habet ille digna se: quādoquidem immemor est atq̄ ingratus. At nos qui iam olim conuictores sumus æquales ac populares: tamen modeste agimus ne infilire videamur. Salue here. fac ut istos adulatōres obserues qui nūq̄ adfunt: nisi in mensa: præterea a coruis nihil differunt. Neq̄ post hac huius ætatis: mortalīū vili fidendum est. Omnes ingrati: & scelesti. At ego quū tibi talentum adducere: quo posses ad ea quæ velles uti: in via interim accepi te summas quasdam opes esse nactum. Proinde accessi his de rebus admoniturus te q̄q̄ tibi forsitan me monitore nihil erat opus: viro nimirum adeo prudenti ut vel Nestori ipsi si necesse est consilium dare queas. Timon. Ita fiet Philiadēs: sed age accede quo te ligone comiter accipiam. Philiadēs. Viri caput mihi comminutum est: ab hoc ingrato propterea q̄ eum ea quæ in rem illius erant admonui. Timon. Ecce tertius huc orator Demeas se recipit: tabulas dextra gestans: atq̄ se mihi cognatum esse. hic vna die de meo sedecim talenta ciuitati dependit: nam laminatus erat ac vinctus. At quū soluendo nō esset: ego misertus illum redemi. Porro quū illi forte obueneret ut erechtreidi tribui distribueret arariū: atq̄ ego adiens: id quā ad me redibat reposcere: negabat se ciuem nosse me. Demeas. Salue Timon præcipuum generis tui præsidium: fulcimentum Atheniensium: defensaculum Græciæ. Profecto iam dudū te populus frequēs: & vtraq̄ curia operitur. Sed prius decretū audi: qd de te cōscripsi: quādoquidē Timon Echecratidæ filius Colytēs vir nō mō p̄bus & integer verū etiā sapiēs: quantū altius in Græcia nemo: quū nunq̄ poēm vitā destitit optime de repu. mereri. Tū aut in olympicis vicit pugil: & lucta cursuq̄ die eodē: ad hæc sollēni q̄drigā eq̄strisq̄ certamie. Timō. At ego ne spectator qdēvñq̄ in olympicis sedi. Deme. Quid tū spectabis posthac: sed ista cōla addi satius

est. Tum anno superiore aduersus Acharnenses pro rep. fortissime se gessit: & Peloponnesium duas acies fudit. Timon. Qua ratione? Quippe qui nec vnq̃ arma gesserim neq̃ vnq̃ militia dederim nomen. Demeas. Modeste tu quidem de teipso loqueris: nos tamen ingratum futurum: nisi meminerimus: Præterea scribendis plebiscitis: & in consultationibus: & in administrandis bellis non mediocrem vtilitatem attulit reipu. his de causis omnibus visum est curiæ plebi magistratibus tributim plebeiis singillarim communiter vniuersis: aureum statuere Timonem iuxta Palladem in arce: fulmen dextra tenentem: radiis tempora ambientibus: vtiq̃ septem aureis coronis coronetur: hæc coronæ hodie in dionysiis per tragædos novos promulgentur. Siquidē hodie illi dionysia sunt agēda. dixit hoc suffragium Demeas orator propterea q̃ cognatus illius ppinquus: ac discipul⁹ eius sit. Nam & orator optimus Timon: p̃terea quicquid voluerit: hoc igitur tibi suffragiū: sed vtinam & filium meum ad te pariter adduxissem: quem tuo nomine Timonem appellam. Timon. Qui potest Demeas: quum ne vxorem quidem duxeris vnq̃ quātum nobis scire licuit. Demeas. At ducam: nouo ineunte āno si deus permiserit: liberisq̃ operam dabo. Tum qd̃ erit natum (erit aut̃ masculus) Timonē nuncupabo. Timon. An vxorem tu sis ducturus: equidem haud scio: tanta a me plaga accepta. Demeas. Hei mihi. Quid hoc est rei? Tyrānidem Timō ocepas: pulsasq̃ eos qui sunt ingenui: ipse nec ingenuus plane nec ciuis: verū prope diem poenas daturus: quū aliis nominibus tum q̃ arcem incenderis. Timon. Atqui non conflagrauit arx: scelestē. Proinde palā est: te calūniatorē agere. Demeas. Verū effosso arario diues effectus es. Timon. Atqui non est effossum isthuc. vnde me hæc quidem probabiliter abs te dicuntur. Demeas. Verū effodietur posthac: sed tu interim omnia quæ in eo condita: possides. Timon. Alterā itaq̃ plagam accipe. Demeas. Hei scapulis meis. Timon. Ne vociferare alioquin & tertiam tibi illidā. Etenim res plane ridicula mihi acciderit: si quū inermis duas lacedæmoniorū acies fuderim: vnū scelestum hominē non p̃triuero. Tum frustra vicerim in olympiis & pugil & palestrites: sed quid hoc? An non philosophus Thrasycles hic est: p̃fecto ip̃sus est: p̃missa barba: subductisq̃ supciliis & magnū quiddā secū murmurans accedit Titanicum obtuens: caesariem per scapulas fluentem ventilans: alter quidam Boreas: aut Trifon: q̃les eos Zeufis depinxit. Hic habitu frugalis: incesu moderatus: amictu modestus: mane mirū q̃ multa de virtute differit dānans eos qui voluptate captuntur frugalitatem laudans: at vbi lotus ad cēnā venit: puerq̃ ingentem illi calicem porrexit meraciotē aut̃ maxime: perinde vt Lethes aquā ebibens: a diluculanis illis disputationibus diuersissima quæ sint exhibet dum milui instar præripit obsonia: & proximum cubito opposito arcens: mento interim condimentis op̃pleto: dum canum ritu iugurgitat: pronolincumbens corpore: perinde atq̃ in patinis virtutem inuenturum sese speret. dumq̃ vsq̃ adeo diligenter catinos extergit indice digito: vt ne paululum quidem reliquiarum sinat adherere. nunq̃ non querulus: tanq̃ deteriores partem acceperit: vel si totam placentam: aut suam solus omnium accipiat: qui quidem edacitatis & insatiabilitatis est fructus temulentus atq̃ ebrius: non ad tantum modo saltationemq̃: verum ad conuiciū vsq̃ & iracundiam. Ad hæc multus inter pocula sermo (tum enim vel maxime) de temperantia sobrietateq̃: atq̃ id quidem (vt aiunt) quū iam a mero male affectus ridicule balbutit. Accedit his deinde vomitus: Postremo sublatum eum de conuiuio efferunt: aliqui ambabus manibus Tibicinæ inhaerentem. Quāq̃ alloqui ne sobrius quidem vlli primariorum cessarit vel mendacio: vel confidentia: vel avaritia: Quin & inter assentatores primas tenet: pelerat promptissime: anteit impostura: comitatur impudentia. In summa prorsus admirandum quoddam spectaculum est omni ex parte exactum varieq̃ absolutum. proinde non elabitur clarius videlicet quum sit modestus. Quid hoc tandem nobis Thrasycles! Thra-

ficles. Nō hoc animo ad te venio Timon quo pleriq; isti qui nimirum opes admirati tuas: argenti: auri: opiparorum conuiuulorum adducti spe concurrunt: multaq; assentatione desinūt te: hominem videlicet simplicem: facileq; impartientem id quod adest. Siquidem haud ignores offam mihi in cœnam sat esse: tum obsonium suauissimum cepe aut nasturcium: aut si quando lubeat lautius epulari pusillum salis. Porro potum fons Athenis no uem saliens venis suppeditat. Tum pallium hoc quauis purpura potior. Nam aurum nihilo magis apud me in precio est q̃ calculi qui sunt in littoribus. Sed tua ipsius gratia huc me cōtuli: vti ne te subuerterit pessima ista atq; insidiosissima res opulētia: quippe quæ multis sapenūmero immedicabiliū malorum extiterit causa. Etenim si me audies potissimū opes vniuersas in mare præcipitabis: vtpote quibus nihil sit opus bono viro: quicq; philosophiæ possit opes perspicere. Ne tamen in altum o bone: sed ferme ad pubem vsq; ingressus paulo vltra solum fluctibus: opertum me quidem vno spectante. Quod si hoc non vis: ture igitur eas potiore via ex ædib⁹ elicito: ac ne obolum quidem tibi facias reliquum: videlicet largiens is quicunq; opus habent: huc quinq; drachmas: illi minam: alii talentum. Porro si qui erit philosophus: hunc æquum est duplam aut triplam ferre portionem. Quāq; hoc quidem mihi non mea ipsius gratia postulo: sed quo amicis: si qui egebunt: donem: sat est si modo perā hanc largitione tua expleueris ne duos quidem modios æginiticos capientem Nam paucis contentum modestumq; conuenit esse eum qui philosophatur: neq; quicq; vltra peram cogitare. Timon. Equidem ista quæ dictis probo Thrascles. Ergo si videtur priusq; peram expleam: age tibi caput opplebo tuberibus: posteaq; Ligone sum mensus. Thrascles. O libertas O leges. Pulsamur ab impurissimo: libera in ciuitate! Timon. Quid stomacharis O bone Thrascles! Num te defraudaui! Atqui adiiciam vltra mensuram Choenices quattuor. Sed quid hoc negotii! Complures simul adueniunt. Blepsias ille: & Laches: & Gniphon: breuiter agmen eorum qui vapulabunt. Itaq; quin ego in rupē hanc conscendo: ac Ligonem quidem iam dudum fatigatum paulisper interquiescere sino! Ac ipse plurimis congestis faxis: procul eos lapidum grandine peto. Blepsias. Ne iace Timon Abimus enim. Timon. At vos quidem nec citra sanguinem: nec absq; vulneribus.

Timonis siue Misanthropi Finis Erasmo Interprete.

Luciani.

Luciani Tyrannicida. Erasmo Interprete.

Argumentum declamationis.

Quidam in arcem ascendit: ut Tyrannum occideret: Atque ipsam quidem non reperit: verum filium eius interemit: gladiisque in vulnere reliquit. Adueniens Tyrannus: ubi filium extinctum conspexit: eodem ense necem sibi consciscit. Is qui ascenderat: Tyrannique filium peremerat: primum tanquam Tyrannicida petit.

Declamatio.

Qui duos eodem die Tyrannos occiderim Iudices. Alterum quidem aetate iam affecta. Alterum aetate florentem & ad scelerum successionem capeffendam magis idoneum: unicum tamen pro ambobus primum petatum venio: qui quidem unus omnium quotquot unquam tyrannicidae fuerunt: unico vulnere duos maleficos fuerim amolitus necque dederim: filium videlicet ense: patrem indulgenti charitate qua filium adamabat. Itaque Tyrannus pro his quae commisit abunde magnas poenas nobis dependit: quippe qui & viuis aspexerit: filium prius morte sublatum: et quod est omnium maxime novum: compulsus sit denique ipse sui tyrannicida fieri. At filius illius mea quidem manu peremptus est: ceterum occisus: alteram ad caedem operam mihi suam commodavit: dum qui vivo patri scelerum socius fuerat: eiusdem post mortem (quatenus licuit) extitit parricida. Ego itaque sum is qui tyrannidem sustuli: pariterque mecum gladius quo cuncta confecta sunt meus: tamen si caedis ordinem commutarim ac morem modumque novarim committendi sceleratos: nempe hunc qui valentior erat: quique vlcisci poterat: ipse perimem. Porro senem soli gladio reservans. His igitur de causis & amplius quiddam a vobis me consequuturum arbitrabar: praemiaque laturum: quae numero aequarent eos qui essent interempti: utpote qui non praesentibus modo malis vos leuarem: verum etiam futurorum formidine: quique stabilem pepererim libertatem nullo relicto qui scelerum capeffat successionem: verum interim tantis rebus strennue peractis in discrimen adducor: ne praemio fraudatus a vobis discedam: ac ne solus non feram recensionem: quam leges a me servatae praestituerunt. At qui contradicit is mihi videtur non reipsum studio (quemadmodum ait) hoc facere: sed quod extinctos esse illos graviter ferat: atque cum qui illis mortis auctor extitit vlcisci conetur. Vos igitur Iudices mihi paulisper attredite: dum tyrannidis mala tamen ipsi optime nostis commemorare. Siquidem hoc pacto futurum est ut & beneficii mei magnitudinem intelligatis: & ipsi plus capiatis voluptatis: reputantes nimirum quibus sitis leuati malis. Neque enim quemadmodum aliis quibusdam saepenumero accidit: itidem & nos simpliciter atque unicam servitutem expectabamus: nec unius domini violentiam tolerabamus: verum soli omnium quos similis habuit calamitas duos pro uno tyrannos habebamus: & in geminas contumelias distrahebamur & infelices. Porro senex multo erat moderatior: quippe ad iras lentior: ad supplicia segnior: & ad cupiditates tardior: utpote cui iam aetas vehementiam impetus cohiberet: voluptatumque cupiditates refrenaret. Quin ad suscipienda maleficia filii instinctu impelli ferebatur: ipse alioqui non admodum tyrannicus nisi quod illi morem gerebat. Siquidem indulgens in filium supra quam credi queat erat: id quod re declaravit: ita ut filius illi esset omnia illi parebat: per vim faciebat quicquid ille iusserat: supplicio afflictebat quoscunque praeciperat: ac prorsus in omnibus illi obsequium dabat. In summa: filius in patrem tyrannum quemdam agebat: pater filii cupiditatum satellites erat. Tamen huic propter aetatem honorem cedebat: adolescens: soloque imperii nomine temperabat: tamen res & caput Tyrannidis erat ipse. Et quamquam tutamentum praesidiumque principatus: ab illo mutuaret: scelerum tamen emolumentis solus fruebatur. Ille erat qui satellites continebat: qui custodias obtinebat: qui tyrannidem affectantes e medio tollebat: qui infidias formidabat: ille qui castrabat ephebos: qui coniugia violabat: illi virgines producebant. Tu si quae caedes: si quae exilia: si quae pecuniarum

expilationes: delationes: cōtumeliæ: ea omnia iuuenis temeritate gerebantur. Porro senex ille obsequabatur: comitemq; scelerū sese præbebat: ac cōprobabat duntaxat filii sui flagitia. Itaq; quum ea res nobis erat intoleranda: propterea q; quū animi cupiditatibus ex imperio potestas accedit: nullū flagitiis modū imponunt: tum illud in primis discruciat: q; prospiceremus diurnā vel æternā potius seruiturē eam futurā: & per successionem, alii post alii domino tradendā remp. populūq; hominī scelestō hæreditatis instar obuenturū. Nam id aliis spem non exiguā facit: qd̄ apud sese reputant: qd̄ inter se dicūt: at mox cohercbitur: at mox demorietur. Paulo post liberi sumus futuri: verū de his nihil eiusmodi sperabatur: quin potius iam intuebamur. paratū Tyrānidis hæredē. vnde factum est vt ne aggredi quidē quisq; fortium ciuiliū: & qui eadem quæ ego animo statuisset: auderet. Sed desperabatur ab vniuersis libertas: atq; inexpugnabilis tyrannis videbatur: quippe quum esset cum tam multis confligendum ac dimicandum. At me nihil ista deterruerunt: neq; perpēsa negotii difficultate refugi: neq; ad suscipiendū discrimen rēpidam: verum solus: solus inquā aduersus adeo validā variāq; Tyrannidē: vel nō solus potius: sed gladio comite conscendi: quippe qui mihi sit auxiliatus: mecumq; ex parte Tyrānum interemerit: quū mors mihi interim ob oculos obuersabatur. At e diuerso perpendenti: q; publicā libertatē: mea cæde redempturus essem. Ergo vbi in primā irruissem custodiā: neq; mediocri negotio satellites submouissem: occidēs interim: in quē incurrissem: & quicquid obfisteret amolienti: ad ipsū negotii caput ferebar: ad vnicū Tyrānidis robur: ad n̄rarū calamitatū sōtē atq; irru pro arcis propugnaculo: quū viderem illū fortiter luentē sese: multisq; vulneribus resistentem: iam occidi. Et tū tū erat sublata Tyrannis: iam tū mihi confectū facinus. Ex eo tēpore liberi omēs: nisi q; reliquus adhuc erat: senex solus: inermis: nudatus: custodiis: iāq; amisso magno illo suo satellite: desertus. Neq; deinde dignus forti dextera: ibi nimirū mecum ipse iudices: hæc animo reputabā. Cuncta mihi pulchre habēt: cuncta confecta sunt: cuncta eo quo destinārā perducta. At eum qui reliquus est quo tandē modo poenas dare cōuenit? Me quidē meaq; dextera nequaq; est dignus: præsertim si post splendidū facinus: iuuenile atq; magnificū interimatur: priorē illam cædē dedecoratur. Carnifex aliquis quærendus ē illo dignus: verū post calamitatē: ne vel hanc ipsam lucrifaciat: videat: discrucietur: appositū habeat ensē: huic reliqua mando: hæc vbi mecum statuissem: ipse quidē illinc discedo. At ille peregit id qd̄ ego prædiuinauerā: Tyrannū occidit: summāq; meæ imposuit fabulæ. Adsum igit popularē administrationē vobis adportans: cunctisq; bono iam vt animo sint edicens: ac libertatē annūcians. Jam meis frui minī factis. Vacua sicut videtis: sceleratis hominibus arx. Imperat nemo: quin & magistratus creare liberū est & causas agere: & ex legibus contradicere. Atq; hæc omnia vobis mea contigerunt opera: meaq; fortitudine: videlicet ex vna illa cæde: post quā pater iam viuere non quibat. Aequū itaq; censeo: vt his pro meritis debitum mihi a vobis præmiū donetur: non q; lucri auidus: aut sordidus quispiam sim nec is qui mercedis gratia de patria benemereri statuerim: verū q; præmio cupiam officia mea cōprobari: neq; repudiari: aut inglorios fieri conatus meos: si velut irriti præmioq; indigni iudicent. At hic cōtradicit: negatq; aequū facere me qui decorari munere: præmiūq; ferre cupiam. Neq; cū Tyrannicidā esse me: neq; quicq; a me: pro legis sententiā confectum esse: verū facinorū meo deesse quiddā: ad hoc vt præmiū postulē. Percontor igitur illū quid præterea regis a me? Nōne libertatē peperit? Nūq; ipat? Nūq; iuber? Nūq; ministrat domus? Num quis nocentū manus effugit meas? haud quāq; dixeris. Sed omnia plena pacis: omēs restitutæ leges: libertas manifesta: democratia stabilis: inuolata connubia: pueri tuti virgines absq; periculo: publicamq; felicitatē solemnibus festis celebrat ciuitas. Quis igit horū omnīū author? Quis est qui illa sustulit: hæc peperit? Etenim si quisq; præ me dignus

honore sit: cedam præmii defistam a petendo munere. Quid si solus omnia peregi audens periclitans: ascendens: interimens: excrucians: alterum virtus in altero: quid mea calūniaris officia? Quur facis ut populus parum erga me grauis existat? At enim non occidisti Tyrannum. Porro lex Tyrannicidæ præmium decernit: verum dic mihi: nunquid interest: vtrum ipsum interimas: an mortis causam ministres? Mea profecto sententia nihil. Verum hoc solum spectauit legis conditor: libertatem democratiæ: sceleratorum sublationem: huic honorē decreuit. Hoc præmio digni iudicauit: quod quidem inficiari non potes: quin mea contigerit opera. Etenim si occidit eum: quo occiso ille non poterat viuere: nimirum ipse eadem peregi. Ego occidi: sed illius manu. Itaque ne discepta de cædis modo: neque illud expende quæ admodum interierit: verum an iam perierit: et an quod perierit: id illi a me sit profectum. Quandoquidē & illud excussurus mihi videris: atque his aduersus bene de reip. meritis calūniis vsurus. Si quis non gladio verum lapide: lignove: aut alio quouis pacto peremerit. Quid porro si fame Tyrannum obsedissem: ad mortis necessitatem compellēs: num ibi quoque requisiturus eras a me eadem mea ipsius manu peracta: aut desyderari adhuc quiddam diceres. ad id ut legi factum a me satis videatur: atque id quod scelestum: acerbius etiam atque atrociori mortis genere trucidassem? Vnum hoc duntaxat spectat: hoc requirit: hoc excute: Quis nocentium reliquus: aut quæ me tus expectatio: aut quid calamitatum vestigium? Quid si purgata omnia: si pacata: Profecto Syco phanticum est: modum rei gestæ calūniantem præmio frustrari velle: quod iis quæ virtute cōfecta sunt debeatur. Equidē et illud meminisse dissertum in legibus: nisi forte propter diuinam seruitutem oblitus sum eorum quæ ab illis dicuntur. Causam mortis esse duplicem: puta: si quis ipse occidat: aut si non ipse quidē occidit: neque manu facinus peregit: verum compulit. præbuitque mortis occasionem. Ex æquo et hunc quoque lex censet supplicio affici oportere: idque iure optimo. Neque enim statuit minus valere oportere audaciam quam facinus: Ac postea superuacaneum est cædis rationem viamque spectare: deinde hunc qui sic occiderit: tanquam homicidam poenas oportere dare censebis: ac nequaquam absoluendum esse: At me qui per omnia cōsimili modo Rempublicam: non censes ea capere oportere quæ iis debentur qui beneficio iuuerunt. Neque enim illud dicere possis me quidem imprudentem fecisse: sed extrinsecus quendam commodum: fortuito fuisse consequutum præter animi iniuriam. Nam quid præterea iam formidassem: eo qui validior erat interempto? Quur autem gladium in vulnere reliquissim: nisi plane quod erat euenturum id ipsum prediuiuassem? Nisi forsitan illud dices: hunc qui extinctus est Tyrannum non esse: neque hanc appellationem in illum competere: neque vos multum præmii hoc nomine: si ille fuisset occisus decretuos fuisse. Atqui istud dicere non queas. An Tyranno interempto: ei qui cædis causam ministrauit: præmii negabis? O curiositate: de illo laboras: quo pacto interierit: quum interim libertate fruaris: aut ab eo qui Democratiā restituit: nescio quid superuacaneum præterea requiris? Atqui lex (vbi fateris) caput rei gestæ spectat. Quæ vero ad id cōducunt: ea omnia missa facit: neque iam ultra curiosius excutit. Quid enim: an si Tyrannum exegerit quisquam: non is iam Tyrannicidæ præmii cepisset: cepisset opinor: idque iure optimo. Siquidem et hic pro seruitute libertatem peperisset. At id quod a me patratum est: non exilium habet: non imperium instaurandæ Tyrannidis metum: verum absolutam sublationem totiusque generis interminationem: omneque malum radicitus excisum: Et mihi per deos: iam ab initio ad finem usque (si videretur) rem totam perpendite. nam quid eorum quæ ad leges pertinet sit prætermissum: et numquid in me desyderet ex his quæ Tyrannicidæ oportebat adesse? Principio mentem prius oportet suppetere sortem et amantem reip. quæque pro cōibus cōmodis periculum adire non recuset: quæque priuato suo interitu multitudinis incolumitatem ausit redimere. Num hac parte quicquam mihi defuit? Num frangebatur animo? Num quum præscire per quæ pericula mihi perimpedum esset per ignauiam refugi: profecto non potes dicere. In hac interim parte tam cōmo-

rare: atq; aestima: an non vel voluisse tantū ista: ac statuisse: præclarū facinus fururū fuisse videatur. Ac purato me solius animi voluntatisq; argumēto præmiū postulare tanq̃ qui beneficio iuuerit. Tum si voluntati meæ facultas defuisset: verū alius post me Tyrannum occidisset: dic mihi: num absurdum aut ingratū fuerat dare præmiū? Maxime: si dicerem ciues volui statui aggressus sum voluntatis experimentū dedi: solus dignus sum qui præmiū ferā. Quid tū responsurus fueras? Nunc porro non hoc dico: sed insuper ascendi: periclitatus sum atq; innumerabilia priusq̃ iuuenē occiderem patraui. Neq; em̃ vsq; adeo facilē: factūq; procliuē esse rem existimetis: custodias perumpere: satellites opprimere: vnūq; hominem tam multos amoliri. Quum isthuc poene maximū est omniū quæ sunt in Tyrannicidio: totiusq; negocii caput. Nam ipse iam Tyrannus non magna res est: neq; expugnatus: neq; confectus difficilis: verum ea quæ tuentur cōtinentq; Tyrannidem: quæ quidē si quis superarit is nimirū cuncta quæ destinauit peregerit: & perpussillū est id qd̃ superest. Sed ad Tyrannos puenire nunq̃ mihi cōtigisset: nī prius qui illum cingūt custodes oppressissem: omnesq; satellites ante debellassem. Nihil adhuc addo: verum in his rursus immoror. Cū stodiam oppressi: satellites superauit: Tyrannū incustoditū: inermem: nudū: reddidi. Vtrū his rebus cōfectis nō tibi videor honore dignus: an adhuc cādē ipam a me requires? Quin etiam si cādem quæris: ne ea quidem desyderabitur. Non sum incruentus: verū cādē peregi: magnam ac strēnuam: nempe iuuenis ætate ac viribus florentis: atq; omnibus formidādi: per quē ille ab infidiis erat tutus: cui vni fidebat: qui cōpluriū satellitum instar erat. An non igit̃ quæso te præmio dignus iubeat: sed tantis rebus gestis honore fraudabor? Quid em̃ si satellitē vnū: atq; adeo quid si Tyranni ministrum quēpiā interimissem? Quid si seruū aliquem charum: an non hoc quoq; magnū visum fuisset: cōscendisse mediāq; in arce: mediis in armis: aliquē e Tyranni familiaris iugulare? Nunc & hunc ipsum qui occisus est cuiusmodi sit consydera. Filius erat Tyranni: vel Tyrannus poti⁹: crudelior: dominus intolerabilior: ad supplicia dirior: ad contumelias violentior: qd̃q; est maximū: hæres ac successor omniū quiq; in longum nostras calamitates posset prorogare: vñ hoc solum mihi confectū esse. Ipsum vero Tyrannum viuere adhuc: fuga creptū: iam horū nomine præmiū postulo! Quid dicitis? Nō dabitis? An non & illum verebamini? An nō dominus: an non grauis: an non intolerandus erat. Porro nunc negocii caput: deniq; ipsum perpēdite. Etenim qd̃ hic a me requirit hoc q̃ fieri potuit pulcherrime confeci. Tyrannumq; aliena cāde occidi: non simpliciter: nec vulnere vno: id qd̃ fuerat optatissimū illi: videlicet tantorū facinorum sibi conscio: sed posteaq̃ illum prius multo dolore excarnificassem tum quo nihil habebat charius miserabiliter prostratum coram oculis ostendens puta filium in ipso æui flore: tametsi scelestum quidē illum: attamen & ætate vigētem: & patri similem: sanguine taboq; oppletum: hæc nimirum sunt parentum vulnera: hi gladii: verorum Tyrannicidarū: hæc mors digna crudelibus Tyrannis: hæc vltio tantis sceleribus congruit. Cæterum protinus interire: protinus excidere sibi: neq; huiusmodi vllum spectare spectaculum: profecto nihil habet Tyrannico supplicio dignum. Neq; em̃ ignorabā vir egregie: non ignorabā inquā: neq; quēq; alium latuit: quāta ille charitate filium sit prosequutus: adeo vt illo extincto ne paululum quidem temporis sibi in vita morandū esse fuerit ducturus. Atqui haud scio: an oēs patres: hūc ad modū affecti sint erga liberos: verū hic etiam vltra reliquos habebat quiddā idq; merito: quippe qui conspiceret: illū vniciū esse qui curaret: seruaretq; Tyrannidē: quiq; solus pro patre pericula susciperet: & tutamen imperio adderet. Itaq; si non ob charitatem certe ob rerum desperationem sciebam illum protinus exiturum e vita: perpensurū enim: iam nihil esse quur vellet viuere: adēpto tutamine qd̃ illi filius ministrauerat. Nimirū effect vt hæc oīa illū agminatim circūfisterēt: forma: dolor: desperatio: formido: quiq; imposterū

Luciani.

Imminebāt merus. his aduersus illū auxiliis sum vsus: atq; ad extremū illud cōsiliū adegit! Interiit itaq; vobis orbus: excruciatu: plorans: lachrymans. Lūxit luctum: nō illū quidem diuturnū: verum qui satis magnus esset patri. Postremo qđ est omnīū acerbissimū: ipse sibi necem cōsciuit: quod quidē mortis genus: prae ceteris miserrimū: multoq; atrocius q̄ si per alium inferatur: vbi mihi gladius! Num quis alius eum agnoscit! Num cuius alterius hoc gestamen erat! Quis eum in arcem induxit! Ante Tyrannum quis eo est vsus! Quis eum ad illum misit! O ensis particeps: successorq; meorum egregie factorum: post tāta pericula post tātas cædes: cōtemnimur: & indigni præmio iudicamur. Nam si hulus tantū nomine præmium a vobis postularem: si sic dicerem iudices Tyranno quī mori vellet quī id temporis inermem se deprehendisset meus hic illi gladius inseruuit: & ad consequendā libertatē auxilio fuit vniuersis. hunc quoq; laude præmioq; dignum iudicassetis. Porro dominū tam popularis rei non gratiā retulissetis! Nonne inter eos qui de Rep. benemeriti sunt scripsissetis! Nonne gladiū inter sacra monumenta consecrassetis! Non illum secundum deos veneraremini! Nunc mihi considerate quæ verisimile est fecisse Tyrannū: quæ dixisse: priusq; sibi mortem conscisceret. Quum iuuenis a me trucidaretur ac multis etiā vulneribus cōfoderetur: idq; in his corporis partibus quæ conspicuæ magis magisq; sint oculis obuiæ: videlicet vt q̄maxime discrucietur eum qui genuerat: quoq; primo statim conspectu perturbaret: miserabiliter inclamabat: parentem implorans non adiutorem: nec opitulatorem: quippe qui senex iam esset atq; inualidus: verū domesticarū cladium spectatorem. Nā ego interim discesserā: author qui fuerā toti⁹ tragoediæ: relinquēs actori cadaver: scenā: gladiū: reliqua q̄ ad actū fabulæ pertinebāt. At ille astās vbi filiū cōspexit quē habebat vnicū semiuiuū: sanguinolentū: cæde cōpersum tū vulnera ppetua: plurima ac letalia: hūc ad modū exclamauit. O nate extincti sumus: interēpti sumus: tanq̄ Tyranni iugulati sumus: vbi mactator! Cui me seruat! Cui me relinquit! qui quidē iā dudū ppter occisum te fili sum extinctus: nisi forte me tanq̄ senem contemnit. Ac lento supplicio me conficit: producitq; mihi mortem: redditq; mihi cædem longiorem. Atq; hæc loquutus ensē quærebat. Nā ipse inermis erat: propterea q; per omnia filio fideret: verū ne is quidē deerat vt qui iam dudū fuerit a me paratus atq; ad facinus futurū relictus. Euulso igitur e cæde gladio: atq; e vulnere exempto ait. dudū me occidisti. Nūc finem malis impone gladio. Ades patri lugētī solamē senilemq; manum & infelicem adiuua: iugula: Tyrannū occide: luctu libera: vtinam prior in te incidissem: vtinam in cæde priorē occupassem locū. Occidissem quidē sed tanq̄ Tyrannus duntaxat: Sed qui crederē mihi supereffe vltorem: nunc autē tanq̄ orbus occūbor: nūc tanq̄ cui desit mactator. Atq; hæc vbi diceret: gladiū adegit: tremens neq; sat potens. Cupiebat quidē verū non suppetebant vires: ad facinus exigendū. Quot hic supplicia! Quot vulnera! Quot mortes! Quot Tyrannicidia! Quot pramia! Postremo spectastis oēs iuuenem dudum prostratum: nec exigui profecto: neq; mediocrium virtutum opus: ac senē huic circumfusum: atq; amborum sanguinem cōmixtum: libertatis illam & victoriālē victimā: melq; gladii facinora. At gladius ipse in medio amborum: declarans q̄ non indignū se dño præstitit testansq; q; mihi fidam nauasset operam. Id si a me ipso fuisset patratum: minus fuisset futurum. Nunc autē illustrius est ipsa nouitate. Atq; ego quidem sum is qui Tyrannū sustuli. Ceterum actio in multos est distributa: quēadmodū in fabulis fieri consuevit. Ac primas quidem partes egi ipse. Secundas autem filius. Porro tertias Tyrannus ipse. Nam gladius omnibus inseruuit.

Luciani Tyrannicidæ Finis. Erasmo Interprete.

Erasmi Roterodami in declamationem suam epistola,

Erasmus Roterodamus Ricardo vvitfordo Britanno
docto lucundoq; amico S.P.D.

Q Vum annis iam aliquot totus Græcanicis in litteris fuerim Ricarde charissimè
nuper quo cum litteris latinis redire in gratiam: latine declamare coepi: idq; ima-
pulsore Toma moro: cuius (vti scis) tãta est faciendia vt nihil nõ possit persuadere
vel hosti: tanta aut hominem charitate cõplector: vt etiam si saltare me restimq; ductare iu-
beat: sim non grauatim obtemperaturus. Tractat ille idem argumētū: & ita tractat: vt nul-
lus sit omnino locus: quẽ non excutiat: eruatq;. Neq; enim arbitror (nisi me vehemēs in il-
lum fallit amor) vnq̃ naturam finxisse ingenium hoc vno præsenti⁹: prompti⁹: oculati⁹
arguti⁹: breuiterq; dotibus omnigenis absolutius. Accedat lingua ingenio par: tum mo-
rum mira festiuitas: salis plurimū sed candidi duntaxat: vt nihil in eo desyderes qd ad abso-
lutum pertineat patronū. Quare non hoc animo laborem hunc suscepi: vt tantum artificē
vel æquarem vel vincerem: sed vti cum amico omniū dulcissimo: qui cum libenter soleo se-
ria ludicraq; miscere: in hac ingeniortū palestra quasi colluctarer: idq; feci eo libētius q̃ ma-
gnopere cupiam hoc exercitiū genus: quo nullū aliud æque frugiferum: in ludis nostris alia
quando instaurari. Neq; enim aliud esse in cā puto: q̃ hac nostra tempestate quū tam multi
sint qui scriptores eloquētissimos euoluant: tam pauci tamen existant: qui non infantissimi
videantur: si quando res oratorem poposcerit. Qd si tum Ciceronis Fabliq; autoritatem:
tum veterū exemplum sequuti: in huiusmodi μελεταῖσ̃ diligenter a pueris exerceremur:
non esset opinor tanta dicendi inopia: tam miserranda infantia: tam pudēda balbuties: etiā
in his qui litteras oratorias publice profitentur. Nostram declamationē ita leges: vt eā me
pauculis diebus luisse cogites non scripsisse. Hortor aut vt & Moricam cõferas: itaq; iudi-
ces nūquid in stilo sit discriminis inter hos: quos tu ingenio: morib⁹: affectibus: studiis vsq;
adeo similes esse dicere solebas: vt negares vltos gemellos magis iter se similes reperiri pos-
se. Vtrūq; certe ex æquo amas. Vtrūq; vicissim ex æquo charus. Vale meū deliciū Ricar-
de festiuissime. Ruri. Ad calendas Maias. MDVI.

Declamatio desyderii Erasmi: non illa quidem versa: sed quæ superiori decla-
mationi e Luciano versæ Respondeat.

I mihi causa hæc iudices: apud concionem popularem: quæ studiis potius
q̃ exacto rerum iudicio: duci consuevit esset agenda: ac non magis apud iu-
dices ex honestissimis ordinibus delectos: nimirum grauissimos sapientissi-
mosq;. non nihil pfecto vereretur: ne omniū animis noua hac & insperata læti-
tia gestientibus atq; (vt ita dixerim) exultantibus: nec satis attētos nec do-
ciles essem auditores habiturus. Porro fauentes beneuolosq;: multo minus: quippe qui frō-
tem modo: quasiq; personā hui⁹ negotii intuētibus: nõ faciē ipsam: propius contēplantib⁹
videri fortasse possim: in cōi totius ciuitatis gaudiortū aut in cā rā populari: velut importu-
nius obstrepere atq; obturbare. Enimvero quum oīs affectus iutilis ē ad recte iudicandū: rā
ingens intēperans atq; exundās letitia: nõ solū iudiciū omne fundit⁹ tollere solet: verūetiā

Erasmi Roterodami.

nostri sensum non raro nobis eripere: praesertim (si quem admodum haec nostra) post graues diuturnasq; calamitates: ac veluti tempestatē saulissimam: repente praeterq; spem (quasi portus quidam) fuerit obiecta. Quid autē tā acerbum liberæ multitudini: q̄ seruitus? Quid tam dulce: quid tam exoptatū q̄ libertas? Itaq; non rebus modo ipsis: sed vel inanibus harū rerum vocabulis: plebis animā queant ad quidlibet impelli: maxime primis his aliquot diebus dum gaudiorum adhuc velut æstus quidā impotēs: omnia sursum ac deorsum miscet: dum lætitiæ temulentia: dum gratulandi dulcis quædam ebrietas pectus occupās: animū ad cogitandū instituere nō finit. Verum vestra iudices singularis sapiētia perspicacitasq; non hoc tantum scrupulo me leuat: verum et hanc mihi fiducia suppeditat: vti sperem futurum: vt hoc contradicendi munus: qd̄ equidē nec inuidencia: nec fauore in Tyrannidem (sicut iste calumniabatur) sed solita mea et (vt opinor) nota reip. charitate suscepi: vobis non modo non inuidiosum: sed fauorabile plausibileq; videatur. Etenim postq̄ viderē manifesta quadam deorum beneuolentia: post diuturnā ac miserrimā illam seruirtutē: toties reip. votis expetitā libertatē: aliquando contigisse: nihil prius curandū nobis esse iudicaui q̄ vt gratos nos exhiberemus in eos: a quibus nobis tā egregia foelicitas esset profecta: quo videlicet munus suum huic vrbi propriū perpetuūq; facere vellent: et cōstabilire: tueriq;: qd̄ largiri non essent grauati. Meminissēmq; iisdē in manu esse vt eriperent ingratiss: qd̄ optantibus dedissent. Sunt autem: vel primæ gratitudinis partes: intelligere videlicet: cui beneficium acceptum ferre debeas. Et hac vna ratiōe mortales diuinæ beneficentiæ gratiā re ferre possumus: si beneficiū acceptum agnoscamus: si celebremus: si ad illos authores referamus. Neq; mihi cōmittendum putauī: vt dum nimium candidi in ciuem esse volum⁹: in deos ingrati impiiq; reperiamur. Neq; enim isthoc nomine nūc perinde laboratur. ne hoc pramii pereat arario: et huius lucris accrescat (q̄q̄ id quoq; longa iam Tyrannide exhaustius est: q̄ vt inde temere dari pramia cōueniat immerentibus) Illud agitur: ne diū immortales qui huius male consulta: nobis verterunt bene: hoc tantum munus a nobis tanq̄ ingratiss reposcant. Si qd̄ ipsis solis debetur honoris: laudis: gratiæ: id illis fraudatis: in hominem contulerimus. At quem hominem obsecro? Nempe. qui quum priuatus contra leges iuuenē occiderit: atq; hac temeritate sua restitutæ libertatis periculofam occasionem modo præbuerit: idq; adeo imprudens (vti mox docebimus) non veretur pulcherrimū Tyrannicidæ titulū: diis eripere: sibi arrogare: reip. diem dicere: ac leges ipsas in ius vocare: ciuitatem ingratitudinis ream agere: nisi sibi totā hāc felicitatē ferat acceptam. Nullum quidē iudices: facinus speciosius Tyrannicidio: nullū diis dignius: verum hoc impudentior: qui sibi laudē tam eximiā vsurpat immeritus. Nullum pramii honestius illustriusq;: q̄ qd̄ Tyrannicidæ debetur: Sed hoc impensius accuratiusq; spectandū: ne temere decernatur indigno. Per multa siquidem: per multa ad id requiruntur: vt hoc tam egregio titulo: vt hoc tam diuino pramio: dignus quis esse videatur: quorum nihil in hunc competere: paulopost euincemus. Proinde quum non tolerandæ improbitatis mihi videatur: qui legibus: tum homicidii: tum temeritatis poenas debeat: eum a legibus pramium omnium maximum petere: petere dixi: imo flagitare: et ita flagitare: vt etiam si vnū: ex huius arbitrio dependerint: tñ multa insuper isti creditori sunt debitura: quæ cōcta quū postulare iure potuisset: maluit tñ homo verecūdus: vnico p̄soluto reliqua sibi deberi: vt haberet nimirū qd̄ obnoxia reip. quoties libido sit: possit impropere. Tum illud vtrū risu potius: an odio dignū existimēs q̄ in tribunalib⁹: q̄ apud ornatissimū seuerissimorū iudiciū Confessū. Thrasonē quēdā nobis e comoedia retulit? Sēstis iudices vt e corona plariq; risū tenere nequierit: dū p̄sonatus iste hercules tragœdiā illam suā nobis recitabat: de sese terq; quaterq; Tyrannicida: de sapiente illo gladio cōmilitone suo: qui per se prudēs senē interemit: digno: videlicet: qui inter

sydera collocetur: domino in deorum numerum relato. Dii boni quibus phaleris: quibus fucis: quibus ampullis facinus illud nobis suum ornauit: lactauit: exaggerauit: quibus militari lactantia: quibus Stenorea voces: quibus fastuoso vultu: quibus arrogatibus superciliis: quibus stupidis oculis: suum ipse vobis encomium detonabat: Quæso iudices ut etiam nunc hominis vultum diligenter attendatis: nonne vobis minitari videtur: nonne dicere: ni mihi præmiū decreueritis: haud feretis impune: in columi diuino illo meo ac fortissimo gladio: qui vel sine me meas vices ubi lubebit acturus est: Quis tandem istam ferat lactantiam: vel in eo qui vere Tyrannum occidisset: Hæc quoque me causa iudices (neque enim inficiandum est) commouit: ut huius obfisterem petitioni: vel magis ut immoderatam arrogantiam: ut odiosam huius imputationem retunderem. videbam iam inde ab initio: quum certatim vniuersa ciuitas diis libertatis authoribus grataretur: ut hic sese ira tumens in medium ingesserit: quibus indigne tulerit victimas diis seruatoribus immolatas: Sibi hunc honorem eripi: sese vnicum esse restitutæ libertatis autorem proclamabat: leges. aras. focos. omnia publica priuataque: suæ dextræ suo magnifico gladio deberi. Agite quid futurum denique iudices auguramini: si ad huius intolerabilem lactantiam: vestra authoritas: vestra comprobatio: si præmiū quasi pignus accesserit: Quid: nisi ut Tyranno submoto: alter quidam huic ciuitati paretur: qui ventosæ linguæ gloriæque quasi Tyrannidem quandam exerceat: Qui quotidie nobis odiosam istam suam Tragoediā ingerat: quotidie dextram istam herculanam: et gladium prodigiosum minitetur: Vtrum est hoc iudices Tyrannide liberari: an mutare Tyrannum? Videris ipsi quibus mihi nati fronte me iam obtueatur. Quid mihi succses? Quid minitaris oculis? Quid terres supercilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo scilicet munere) uti: quum tu sic aburare: qui liberum tibi putaris (id quod etiam in proscenio leges fieri vetat) crimen tam atrox: tam capitale in ciuem impingere: tantum quia lubuit: idque apud iudices iuratos: in tam frequenti ciuium corona: quod nequeas vel leuissimo confirmare argumento: siquidem quibus reliqua gloriose: tam illud impudenter dicebas: mihi nullam fuisse causam: quare tibi contradicendi partes susceperem: nisi quo Tyranni necem quæ me discruciaret scilicet: videretur. Quo quidem tuo exemplo si vicissim in te liberet uti: mox intelligeres quibus atrocitas: quanto probabilius in te possint retorqueri. Nam tuum istud: tam inuidiosum (quemadmodum tu quidem existimabas) conuictum: me longe minus etiam territabat quibus (quod vulgo dicitur) expelui redditum fulgur. Etenim præter quibus quibus neque affinitas: neque cognatio: neque necessitudo: neque emolumentum: neque prorsus alia res vlla mihi cum Tyranno intercessit: quum mea referret illum viuere: sine quibus rebus nullam in quibus criminis hæere suspicionem: tu quoque scires: nisi nunquam tribuna lia vidisses: ac nisi hodie deum te lucelli spes fecisset iureconsultum: equidem arbitror. meam fidem: integritatem: pietatem: totamque meam vitam sic huic reip. spectatam esse: ut isto crimine tibi potius improbitaris odium: quibus mihi suspensionem vllam conciliaris. Vides quibus multis adductus sum causis ut tibi obfisterem. Denique (si scire vis) bona ciuium pars id a me enixissime flagitauit: ut sui patrociniū aduersum te capefferem. Negantes sibi videri Tyrannide liberos sese: nisi te a Tyrannicidæ præmio delicerem. Non quibus pudeat homini debere hanc felicitatem: tamen id quoque durum: ei debere qui sic imputet. Sed debere arrogantis: sane quibus molestum est. at debere: cui non debeas: isthuc verum: non grauissimum modo: verum etiam stultissimum. Equidem ne lenoni quidem: vel verbo refrager: si modo is promereatur: sed obnoxium esse tam importuno imputatori: tum qui nihil inuenerit: id vero bis miserum est: bis stultum est. Nullus enim insolentius exprobrat beneficium: quibus qui quod non dedit: id vult dedisse videri. Sed sige mihi nullam esse causam quum tibi me opponerem: nisi quia sic animo lubitum sit meo: profecto nihil habes quod mihi iure succenseas. Etenim quum apud iudices tam sanctos agatur. Si vere præmiū meruisti: non tibi honorem

Erasmi Roterodami.

eripior verum etiam vehementer illustro: quando non paulo magnificentius est Tyrannici
 dae praemii eulcisse: quod tulisse. Sin minus: aequus veniam dabis: si boni ciuis fungor officio:
 si nullo modo emolumento remp. debiti praemii ream defendo: si stultitiae crimen: si impru-
 dentiae infamia ciuitate depello: Si non finor: ut nostro omnium periculo haec vrbs in de-
 os existat ingrata. Postremo si deorum immortalium causam agos: quibus honorem debitum
 tu conaris interuerrere: vel hinc sat liqueat: quanta religione reliquam causam egeris: qui
 statim ingrediens tam impudenter sis calumniatus. Contradicit igitur contra remp. fauet
 Tyrannum. Quanquam ego illud quoque liberae ciuitatis esse iudico: hoc loco vel Tyrannorum cau-
 sas citra fraudem agere licere. Neque tamen a vobis postulo iudices: ut vel mihi proficit in cau-
 sa hoc meum erga remp. studium: vel huic obstit tam insolens arrogantia: imo non depre-
 cor inuidentiae suspicionem: non refugio: vel atrocissimam illam: quam iste mihi conabatur
 impingere: inuidiam: ut Tyranno fauisse videar: nisi certioribus: quam ut a quoque refelli possint:
 argumentis euinco: nisi demum et aduersario persuadeo: modo ne tergiferentur: ut quod ma-
 xime ciuilliter quis agat: nullum ei deberi praemium. Sin exactius: seueriusque: poenam etiam
 ab ipso deberi. Quae quidem dum quod potest breuissime facio: quaeso iudices ut me attentis ani-
 mis atque auribus audiat. Meministis iudices: ut iste inter dicendum subinde nobis conat⁹
 sit ob oculos ponere: id vnum spectare iusserit: quantis malis sublata Tyrannide sumus
 leuati. Hoc passim inculcabat: hacre bonam orationis partem occupabat: nihil nos aliud per-
 pendere voluit: nisi quod grauem seruitutem tolerassemus: nunc optata libertate frueremur.
 Nimirum id tantum vos spectare voluit: quod ad hoc iudicium nihil attinebat. Neque enim hoc
 in quaestionem venit: quod misera sit Tyrannis: quod optanda libertas: Sed de illo cognoscitis iudi-
 ces: quum libertas huic vrbi sit restituta: quanta hinc laudis portio huius virtuti debeat
 et an id quod euentu cum huius facto coniunctum est: idem cum eius merito coniunctum vie-
 deri oporteat. Relegam autem eadem vestigia quibus ipse in causam ingressus est: quod equi-
 dem refellendi genus simplicissimum esse puto: sequarque partes illas quibus iste rem secu-
 tit: id nimirum agens: ut quemadmodum ingeniosi conuiuatores iisdem carnibus alio atque
 alio modo coquendis condiendisque efficiunt: ut multa obsoniorum genera videantur: ite-
 dem iste nobis ex vnico homicidio multa facit Tyrannicidia. Repetam igitur ordine gra-
 dus illos quibus iste facinus suum sibi visus est mirifice attollere. et in quibus identidem re-
 stitabat: quod si me deturbante: vel in vno quolibet consistere poterit: tum ipse sese victorem p-
 nunciar licebit. Quot Tyrannicidia (inquit) quot praemia! Primum quod voluit: deinde quod co-
 natus sum. Tum autem quod filium occidi plusquam Tyrannum: Postremo quod pater ob mortem
 huius sibi necem consciuit. Principio quod voluit iudices: quis non leuius esse videat: quam ut sit
 refellendum: nisi quod iste tanta voce intonabat: toties inculcabat: quod Tyrannum voluisset oc-
 dere: atque id (ut nihil iam accederet) tamen praemio dignum asseuerabat. Quid autem tam
 ridiculum: quam nudae voluntatis praemium a lege flagitare: quae adeo nihil ad se pertinere pu-
 tat: quid velint: aut in animo statuunt homines: ut neque poenam irrogent: si quid velis mo-
 do perperam: neque praemium ostendant: si quid officiose velis: verum ad vnumquemque volu-
 isse interpretatur: quod nulla vi coactus effecerit. Ergo ne (inquies) non magna facti pars
 est voluisse: quod quidem arduis in rebus vel solum sufficere solet? Recte sane. Sed apud deos
 modo: quippe quibus solis perspicuum est: quid nolis aut velis. ab his praemium expectan-
 dum: si quid praeclearum animo conceperis. Lex hominum vices agit: et quid in obscuris illis sinu-
 o cordis specub⁹ mortales agitur: adeo sua referre nihil putat: ut (non dicam abdita aut suspi-
 ciosa) sed ne ea quidem admittat quae populari sunt opinione famaque lactata. Postremo ut non nisi
 coperta recipiat: non audiat nisi quae sunt certissimis argumentis deprehensa: probata: euicta. Ce-
 do quod est facinus tam nefarium: cuius simplex voluntas in crimine vnquam est vocata: ista iudicia.

Aeac Rhadamantiq; tribunalibus seruatur. Hic mihi non quid volueris: sed quid feceris: adfero. Qd si nulla lex vlli flagitio suppliciu minatur: qd in animo statueris tantu: quae ta- dem est impudentia: pro merito qd prestare volueris duntaxat: perinde quasi praestiteris a lege praemium postulare! Quaequidē quum ad id vnum sit comparata: vt maleficia vel de- terreat: vel coerceat: multoq; magis ad eius partes pertineat: nocētib; erogare poenam: q̄ benemerentibus largiri praemia (id qd mox copiosius demonstrabimus) posteaq̄ in crimina- nibus non accipit infimulationē meræ voluntatis: quāso te in petendis praemiis ostenta- tionem voluntatis admittet! Quis autē est ciuium vel quantilibet ignauus: qui non ve- lit Tyrannum occidere: si tuto liceat! Quis non vel leno: saltē emolumentī causa velit! de- niq; quis non facile simulare possit voluisse se: videlicet quo praemiu gratis auferat! vis ita- q; dicam: quantum hoc totum habear momenti: voluisse occidere. Nempe perinde est: qua- si te somnariis occidisse. Par pari pensari conuenit. Qui praestitit beneficiu: ei lex beneficii rependit: at qui bene voluit tantu: ei quid debetur: nisi vt vicissim bene velit resp! I nunc et hoc in gradu nos iube consistere. Rem tam eximia (inquis) animo versasti: statui: decre- ui: an praemium negabis! Non fraudaberis praemio: si ist hoc nosc postules: verum illud in- terim praemii feres: velut homo nimiu perfrictae frontis: irrisus: explosus: exhibilatus discea- des: quem non puduerit id a lege postulare: qd ne leno quidē ausit a quoq̄ petere: vt rē pro voluntate auferat: nemo tam vecors: qui concedat: vt voluntatē nescio quam: hoc est min⁹ q̄ verba: precio redimat. At non volui tantu (inquis) verum & periclitatus sum: ascēdit submoui satellites. Primum isthuc tu quidem cōsulte facis: q; de gradu illo defilisti: in quo nimis profecto incōmode stabas. q̄q̄ ne in hoc quidem multo cōmodius cōstitēris. Nam etl am si paulo minus absurdū videatur: haud ita multo minus impudens tamē est: quum lex palam praemium decernat ei qui factum praestiterit: te q; conatus modo sis: praemium pos- cere. Ergo ne hoc quidem iuris erit apud te legibus: qd per illas est cui priuato cum ciue priuato! Age quid si quis ciuium tecum iniūset cōtractum: ita vt ille pecuniam stipulat⁹: tu conditionem pactus esses: mirum ni suovterq; periculo: atq; is nondum praestita cōditio- ne: nummos his verbis abste petat: Cedo mercedem: conatus sum: tentauī: adnissus sum: an non protinus impudenti homini respondebis: cedo conditioneq; Nam de tuo conatu: quid mea refert! quandoquidē effectum abste pactus sum: non conatum. Pura totidem ver- bis tibi nunc respondere legem. Agnosco contractum: non muto pacta: debeo praemium: sed si tu conditionem praestitisti: si Tyrannum occidisti: verbis aut obligatur aut absolu- tur homines: Si conato pollicita sum praemium: non grauabor dare: sin ei qui facinus pere- gisset: qd tandem ius est te ferre qd es stipulatus: me non ferre qd sum pacta. In priuatis ac minutis contractibus: nemo am improbus inuenitur: vt lucrum conditione promissum postulet: non praestita conditione: nemo tam stultus: vt det: si quis postulet: et tu a rep. ma- ximum omnium praemium postulas: q; conatus modo sis! Nihil mihi nisi nugas adfers. donec illud vnum audiam: qd te prestare oportebat: volui inquis: ascendi: perrupi custodi- as: submoui satellites: quantulum iam est illud qd superest! Quid adhuc desyderas! Nem- pe nihil in te desydere: praeter illud cui soli debebatur praemium. An nondum intellexisti: in istiusmodi contractibus: duplex esse periculum: quorum alterum ad hunc tantum: al- terum ad illum proprie pertineat: videlicet persoluendae mercedis: et praestandae condi- tionis. Ego meo periculo praemii dependendi onus recipio: neq; tua referre puras: neq; re- fert q̄ angusta mihi res: vnde corradendum: quod debeam premium. Tu itidem conditio- nem tuo suscipis periculo: neq; mea quicq̄ interest: quo sudore: quo periculo: sit ea tibi pra- standa: Totam istam curam: totum hoc negotium tibi relinquo: Quod si egociam praesti- ta abste conditione: cōmemorē tibi: in agris meis male puenisse segetes: merces naufragio

perisse: nihil auelli a malis debitoribus: non sine graui dispendio conflare posse pecuniam: quam tibi debeat. dic obsecro: nōne nugas agere me dices: negans horum quicq̃ ad te pertinere! Hoc vno modo posse satisfieri tibi: si pecunia numeretur. Neq̃ quisq̃ est iudex tam iniuus: quin te tuo vti iure fateatur. Et mihi pulchre satisfactū existimas: si tu mihi tragœdiā adferas: q̃tum adieris periculi: quantū sudorum: quantum vigiliarum exhauseris: dum studes præstare conditionē! Res est (mihi crede) calumniosior scrupulosiorq̃ q̃ vt legibus tam occupatis conueniat: alienā expendere voluntatē: alienos penficulari conatus: quorū suos quisq̃ nimio solet aestimare: non suos difficile est adamussim perpendere. At facti! facillis est aestimatio. Proinde ea in legis cognitionē cadit: hūc reliqua illa cōsuevit metiri. Tam etsi non piget interdum æqui boniq̃ rationē habere. Verum in his litibus: quæ de vetere illa formula pendent: inter bonos bene agier oportet: at in contractibus: quæ neq̃ vi neq̃ do lo coierunt: quid est quod a præscripto recreatur: nisi quis velit omnino a pactis discedere! Quid vis! Circūspice et si potes vsq̃ inuenire exemplū: non nego præmium. Sæpenumero in pugilū olympicis: sæpe in certamine spectator (opinor) sedisti. Cedo: nunquādo vidisti quenq̃ tā impudentē: qui palmā sibi hoc noīe vēdicaret: q̃ strēnue certasset! Nō arbitror: atq̃ id in re poēne ludicra: certe ad voluptatē cōparata. Et tu in tam serio omniūq̃ splendēdissimo negotio: id tibi postulas: quod in scænicis illis pudeat vel impudentis sinum tentare! Age quoties et illud vidisti euenire: vt qui sese fortissime doctissimeq̃ gessisset in cursu: is a præmio longissime abesset: & ignauissimo faueret euētus: habeat ille sane: qđ causetur excidisse habenas: consternatū equum: fractam rotā: iactet se vel arte vel viribus tāto præcellentiorē: quanto Thersite præstitit Achilles: nisi metā prior attigerit: profecto postulandi præmiū ius nullum habebit: fortunam suam inculcare licebit. Caterum Agonothetæ non indignabitur: propterea q̃ hoc animo in certamen descenderit: vt eius vteretur conditione. id est ita demū præmiū ferret: si virtuti fortuna fauente: vicisset. alioqui si conatui non tantū effectui præmium deberetur: tot palmis esset opus: quot in olympicū certamen venissent. Quanq̃ in huiusmodi ludis qui solennitatis voluptatisq̃ gratia proponūtur: fit interdum: vt victis quoq̃ præmia statuātur: non honoris sed solarii gratia: verum seriis in rebus atq̃ adeo periculosis: quænam obsecro lex vnq̃ mercedē statuit: nisi si quis facinus pegerisset: & ita peregisset: vt omnis numeros impleat! A quo tu quantū absis: mox audies: nā nunc de conatu tantū agimus. Lex igitur ciuicā promittit coronā: ei qui ciuem in bello seruauit. Quis vnq̃ ad hunc honorem vel aspirauit: q̃ se telis obiecerit: q̃ non sine multis vuneribus discesserit! Profecto nisi ciue seruato: nemo ciuicā petit. Quis vnq̃ his verbis muralem petit! Acrīter contendī ludices vt moenia superarem: Omnia feci: sed depulsus sum. Quātumlibet enīsus sit: nisi cōscenso muro: nemo tam inuerecundus: vt muralem coronā sibi deberi dicat. Obsidionalē nemo flagitat nisi depulsa obsidione. Postremo nullus honos petitur: nisi ab eo qui id effecerit: ad qđ honor inuitat. Qui nauim in tempestate desertam ad littus perduxerit: huic ex lege vendicatio est earū rerum: quæ naui vehebantur. Quorsum attinet hic tuam iactare peritiam: sudores: pericula: conatus! Nihil nō feceris: quo nauem in tutum reduceres: sed victus tempestate deseruisti. Audebis quicq̃ ex his quæ sunt in naui tibi vendicare! Aut si ausis. futurum speras: vt quisq̃ te vel pilū sinat attingere! Nō opinor: Si quis: vnq̃ ouationē supplicationem: triumphū obtinuit: q̃ ad victoriā omnib⁹ neruis esset enīsus: q̃ gnauiter se gesserit in bello: nisi superior discesserit: nisi præscriptū a lege numerum hostium fuderit: aude et tu tibi præmium promittere: q̃ Tyrannicidium sis aggressus. Quod si nemini hominū memoria contigit: desine tibi noua spe blandiri: desine inaudito exemplo postulare: qđ sperare sit improbiſsimū: dare postulanti stultissimum. Noli nobis cōmemorare: quanto capitis periculo murum arcis cōscenderis: qua virtute sa

rellitium Tyrānicum perruperis: alios depuleris: alios occideris: quorum maximā partem tibi liberum est fingere: ad obtinendū Tyrannicidę pręmiū: duobus duntaxat verbis est opus: Tyrānum occidi: Quantumvis conatum exaggeres: alleues: attollas: non nisi Tyrānicidę debetur pręmiū. Alioquī: quid dices: si eodem illo die quo tu arcem conscendisti: permulti pariter aggressi: sua quisq; virtute freti: quorum nemo tamē Tyrannum interemisset! Vtrū omnes Tyrānicidę pręmio potentur ex æquo: nempe quia conati! Age quid si multis strenue rem aggressi: vni cuiuspiam: qui sit omnium ignauissimus (vt nō semper virtuti respondet fortuna) cum contingat interficere: an non pręteritis reliquis hic vnus honorem auferet! Quamobrem tandē! Nō quia plus adierit periculi: sed quoniā id cōfecit: cui lex honorē decreuit! Hic tu fortasse rursus incipies deplorare frustra sumptam operam negabis æquū esse virtutis egregios conatus merito fraudari pręmio: nisi fortunę suffragio adiuuentur. Sed quę tandem potest esse iniqua conditio: quā nemo compellitur accipere: nisi cui cordi sit! Quantūlibet iniqua conditio proponitur: eam nimirū facit æquissimam: quisquis suapte sponte recipit. In aleę ludo (si fas est hoc exemplū conferre) quid iniquius: q̄ vel summum artificem ab imperitissimo superari: si modo lactus cōmode cadat. Atq; id adeo nemo tanq̄ iniquum causatur: propterea q̄ cui lusus huius lex non probatur: ei liberum erat nō suscipere. Itaq; lex quid pręstari velit: id palā atq; in medio pponit. Quid absq; pręstari possit id tibi relinquit expendēdum. Illa nihil mauult: q̄ vt res q̄ optime cadat: q̄ si postea q̄ nihil iam intentatū reliqueris: quominus effeceris: per fortunam steteris: intelligis opinor nihil habere te: qd̄ legi succenseas. Fortunam (si ita lubet) in ius voca: Cum lege nihil tibi rei. Quę vt nihil promittit: ita nihil debet: nisi pręstanti. Neq; vero existimemus iudices: istud a maioribus qui hanc legē tulerunt: sine summa ratione fuisse factum: vt conato pręmiū non esse statuendū putarint. Videlicet illud cauerūt: non tantum ne accipites istas et inexplicabiles huiusmodi de conatu lites inuitarent: verum etiam q̄ intelligerent Tyrannicidii conatum non posse nisi summo ciuitatis periculo suscipi. vnde futurū prospiciebant: vt si conatui pręmiū statuissent: temeritate conantiū resp. subuerteretur potius q̄ restitueretur. Etenim Tyrannis quid aliud est: q̄ graue capitaleq; ciuitatis huius Huic si quis medeatur ei merces digna proposita est: quā ita demū ferat: si remediū pręsentaneum attulerit. Verum huic malo neminē oportet admoliri manum: nisi certum artificem: qui sua diligentia. peritiāq; fretus: nō sinat hoc licere fortunę: vt dum ipse salutē dare conatur: illa vitam penitus eripiat. Quid: vtrum tu igitur in eiusmodi discrimine: conatum pręmio iudicas inuitandū esse: an potius poena deterrendū: nisi qd̄ conatus est quispiam: idem pręstiterit. Nec illud te subleuat: qd̄ mihi videbare: ratiocinando colligere. Quis lex in maleficiis poenā irroget simplici sceleris molitioni: par esse: vt multo magis in beneficiis conatus habeat rationē. Nam oportere legem multo propensiolem videri: ad compensandam virtutem: q̄ ad retaliandā culpam. Atq; vide q̄ hic tota erras via. Principio nō anī madueris hoc Tyrannicidii facinus toto genere a reliquis discedere: propterea q̄ aliorum molitio cum priuato molientis periculo modo coniuncta est: huius cum Publico reip. discrimine copulata: vt temere moliri Tyrannicidii: nil aliud sit: q̄ temeritate priuata: rem omnium prodere. Deinde lex nec in quouis crimine: nec qualemcūq; conatū in quęstionē venire sinit: verum in paucis duntaxat: quę vel propter insignē atrocitatē hoc odii merentur: vel eiusmodi sunt: vt prius exitium adferant: q̄ conatus dent significationē. Quod genus parricidii: veneficium: proditio. Postremo non vides nihil esse simile totaq; natura rationeq; discrepare: poenę legitimā irrogationem: et. honoris largitionē. Nam alterum quidem proprie legum munus: alterū: quasi quędam de iure concessio: legisq; candor (vt ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere: sic demum intelliges: si repures: q̄ multa sint quę legē

lubeat addita poena ni pareas. q̄ multa item vetet: nisi obtemperaris: supplicium minitās. Contra: vix vnum atq; alterum esse ad quā prēmio sollicitet: Quaedā enim eiufmodi sūt: vt durum ac seruale videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt: vxorē ducere: ope ram dare liberis: hic lex nimirū vrbanius ac verecundius tecū agit: patris non magistratus sumit habitum. precio ad id iuitat: quod alioqui gratuito te praeſtare decebat. Rurſus alia tametſi id genus sunt: vt a quouis nō improbo ciue praeſtari velle oporteat: tamen et fortiora videntur q̄ vt a multis praeſtari queant: et periculofiora q̄ vt multi velint ſuſcipere. Nā inhumanum videtur cuiq̄ vitæ ſuæ contemptū imperare. Ad hæc igitur prēmio animat: quaſiq; calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiā lōgius trahere: q̄ ad q̄ ſemet ipſa aſtringit. Nec mirādū eſt: ſi attentior: ſi vigilatior: ſi exactior eſt in proprio naturaliq; munere ſuo: q̄ in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes deſcēdit: Huic aſtipulatur illud: q̄ nouis etiā criminibus exemplum aut nouum noua lege ſolet inſtitui: aut a ſimili lege mutuo ſumi. Neq; tamen idē fieri conſueuit: ſi quis quid noui facinoris cū laude patrauit: vt prēmii a cōſimili cōſtitutiōe decernatur: niſi lex extet: quæ nominatim honorem ſtatuat eius facti: qd̄ roget vix habebit: qd̄ poſtulet haud quaq̄. Quur em̄ legi neceſſe ſit paſſim ciuium ſuorum officiū mercede redimere: quandoquidē ne ſit impunita im probitas: id publicitus omniū refert: at probus eſſe nemo gratis poteſt. Quid autem eſt: qd̄ non vel gratus patriæ debeat ciuis: cui ſi vel animā impenderis: quid mirandum: ſi qd̄ acceperas id reſtituis. Vt ſupplicio dignus ſis: niſi parēti pietatis officium perſoluas: nō prēmium ilico tibi debeat: ſi perſoluas: iridem. Si quid in leges cōmittas non potes effugere ſupplicium: at nō ſtatim illæ tibi prēmii debituræ ſint: ſi quid cum officio feceris. Nam ſi ciues omnes ſeſe in officio cōtinerent: ne opus quidem eſſet vllis legibus: quippe: quæ nō ad bonos mores cōparatæ: ſed malis e moribus natæ ſunt: id qd̄ vere vulgo dictitāt: ac phar maci vice fungantur. Finge itaq; nullas eſſe leges: quēadmodum de aureo Saturni ſæculo fabulant Poetæ: ſuo quēq; ſponte fungi officio: an tu hic clamabis perire benefacta: q̄ nulla lex prēmium decernat. Vti lex nō minatur niſi improbis: ita nō polliceſ optimis ciuibus Quorſum enim opus promiſſo: quum virtus absoluta: abunde ſeiſa contēta ſit! Proinde petere qd̄ illa nō ſit pollicita: profecto pluſq̄ impudētiffimū eſt: improbe ſagitare: qd̄ ea cā dide ciuiliterg; promiſerit: ciuis eſt probitatis non ſatis ſpectatæ. Tu quid metueris: paulo poſt excutietur: interim finge ſane: præcipuam quandam vtilitatē attuliſſe: cui tamē ex lege prēmium nō debeat. Vtrum protinus clamitabis inſrugiferū fuiſſe officium: ciuitatem in ius vocabis: plebē ingratham vociferabere: minitabere iudicibus niſi tibi mercedem ex animi tui ſententia decernant! An potius ipſā virtutē abunde magnū ſui prēmii iudicabis: oblectabis te conſcientia recti: hunc eſſe maximū fructum officiū duces: q̄ de aliis citra tuum emolumentū benemerendo: ad decorum benignitatem videaris accedere! Nimirum hæc tibi futura ſunt ſatis: Si modo ciuis ſis optimus: Qd̄ ſi nō contentus iſtis: aliud adhuc neſcio qd̄ prēmii deſyderes: certe maximo proximū eſt gloria. Hoc tu iam prope modum tulifti: quāto metiris precio: volitare per ora mortalium: celebrari: laudari: digitis notari mille: oculos omniū in te coniectos circumferre: Iſta (inquā) vel maxima prēmii pars. nam pecunia ſane q̄ exiguum momentū adfert: Tu conatus duntaxat es. permagna portio: vel caput potius ipſum: tuo deſt facinori. At quum interim his rebus fruieris: dū nō occiſo Tyranno: tamen velut Tyrānicida celebraris: quæſo te quātula pars abeſt a tuo prēmio: qd̄ la turus eras: etiā ſi Tyrannū occidiſſes. Poſtremo iſthuc ipſum prēmium poene dixerim inuidendum mihi videtur: q̄ iam tibi licuit toties reip. Tyrānicidiū imputare: q̄ in celebri ludicio tibi contigit honeſtiſſimū prēmii ſagitare: et in tam frequēti theatro ſpectante rep. magnificam iſtā tuam tragœdiā peragere. Mihi videtur iudices beneficiū tuliffe gratiam:

quisquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunæ: tu deorū muntus imputas ciuitatē: et sunt fortassis qui tibi libertatē acceptam ferant. An hæc tanta præmia contemnis: quæ vel vero Tyrannicidæ sufficere debuerant: nisi lex maluisset præmio conatū ab effectu distingere. Quamq̃ nullū me hercle præmiū magis congruit ei qui Tyrannum conatus sit occidere: nec occiderit: q̃ vt illi contingat Tyrannicidæ præmiū sperare: nec ferre tamen. Hic cūne erat ille gradus in quo nos tecū cōmorari iubeas: Quamq̃ hoc noīe tuus conatus min⁹ promeretur præmium: q̃ aliorū proposito fortuna modo defuit tibi voluntas: vt ais. Effecisti qd̃ voluisti. Id qd̃ erat necesse: nec fecisti nec voluisti. Sed iam dudū alium gradum (vt video) circūspectas: in quem te recipias. Nam in hoc q̃ citra omnē præmiū spem cōsistas: intelligis. Age: sequemur te per omnia: et aliunde alio fugitantē persequemur: nec vsq̃ fine mus consistere. Atqui nō tantū aggressus sum inquis: verū etiam occidi: nempe filium: atq̃ id facinus in duo secas Tyrannicidia. et q̃ filium sustuleris plusq̃ Tyrannū: tum Tyrannidis successorē: et q̃ parenti: necato filio: mortis causam ministraris. De illo mox. nūc hoc cuiusmodi sit inspiciamus. Parentem ais abste: iugulato filio: eadem occisum opera. Negas enim referre: qua via peremeris: modo sustuleris. Imo splendidius isthuc videri vis: q̃ tuo quidē ense: verū ipsius dextera sit interemptus. Hæc tam honesta iudices oratio possit parum attentū fallere: præsertim hoc rē fucis illis suis & phaleris veditate: dum nobis ob oculos ponit: validum illum florentēq̃ iuuenem: sic patri adamatū crebris vulneribus confossum: parentem senem miserū: illi circumfusus: eodem exanimatū ense: sanguinem vtriusq̃ interea se confusū. Ista quidem dictū splendida: sed quid ad tuam causam attinent? Nemo tam cæcus: qui nō videat: nemo tam effrons qui neget: spectaculū illud multo omnīū iucundissimū extitisse ciuitati: quum senem Tyrannū iuuenem videret incumbētem: exanimem exanimi: et in altero gauderet sese leuatū malis præteritis: in altero futurorū metu. Hæc quum per se maxima: quum reip. sint gratissima: quid attinet verbis exaggerare: illud vnum in hoc iudicio vertitur: vtrum tibi acceptū ferri oporteat: q̃ pater sine controuersia Tyrannus occisus est: an fortunæ superumq̃ dexteritati: Quod enim tuo gladio peremptus est: id vero q̃ est futile nihilq̃. Quid si tuo gladio ab eo qui cū vtendū abste rogasset: Tyrannus esset necatus: num tu protinus Tyrannicidæ præmiū petitem venires? Lex occisori pollicetur honorē: tu eum iugulasti: de quo certe controuersum esse poterat: Tyranni nomine cēsendus esset: necne: eum de quo nihil erat dubitatiois reliquisti. Si prudēs: prudens excidisti a præmio. sin metu: multo minus etiā causæ est postulandi muneris: verum illud tute vehemēter urgebas: vt prudens volensq̃ reliquisse viderere. Sed qd̃ randē erat istud tuum consiliū: quum tibi sic in manu esset non toto metu liberare remp. sed vltio rem tui facinoris & verum certumq̃ Tyrannū relinquere? intelligebas (vt ais) omne negotium confectum: extincto iuene: propterea: q̃ modis oībus futurum præscires: vt senex illico sibi met eodem gladio necē conscisceret. Videte iudices in manifestissimo mendacio quā rima conatur elabi: nisi diuinandi scientiā cōmentus fuisset: non poterat hinc explicare sese. Siquidē hæc vel augur vel haruspex: vel vates diceret: fortasse nonnullos inuenires qui ista prædicanti fidem essent habituri. Nunc quid impudētius quid vanius? quid veri dissimilius q̃ asseuerare: id certum præcisse te: qd̃ tale sit: vt quiuis alius extris potius fuerit expectandus? An coniecturis es assequutus: id euenturū qd̃ euenit? At quid aliud effici cōiecturis poterat: nisi vt vel sperares: vel suspicareris? Porro in re tam ancipiti: quæ dementia erat spem incertam sequi: discrimen certum negligere? Sed audiamus obsecro: certas illas coniecturas: quibus hic noster vates præsensit inopinatum omnibus exitū. Iam ætate sessus erat inquis: iam viribus defectus: nec obtineri tam autumabat posse Tyrannidem: adempto filio. Tum indulgentius amabat: q̃ vt filio vellet esse superstes. Nonne sentis hæc adeo

Erasmi Roterodami.

non esse naturæ rerum consentanea: ut iam omnibus videantur esse confutata: vel prius
refellantur. Vtrum seni mentem ullam fuisse putas: an non putas: Si nō putas: fieri potuit
ut illi tutum videretur: qđ ne utiq̃ erat tutū: atq; ita protinus toto falleris augurio. Sin puq̃
tas sapuisse: quur erat qđ vsq; adeo diffiderat? Quasi vero Tyrannus virib⁹ duntaxat vni⁹
us hominis: ac non multo magis ingenio: versutia: calliditate: largitione: crudelitateg; cō-
tineatur: quæ omnia si magis in senem q̃ in Adolefcētem competunt: quur tu in diuersum
torques augurium? An nō illa ætas vsu rerum callentior est: an nō altius dissimulat: an nō
cauet diligentius: an non prospicit oculatius: irascitur implacabilius: tenactus iniuriæ me-
minit: meliusq; in longinquum consulit? His solis rebus imperium Tyrannicū administra-
tur. In militiæ duce: quantū est illud momentum: qđ corporis vires adferunt: at in Tyrā-
nide profecto multo minus. Quur magis illum terreret adeptus filius: q̃ extinctus satel-
les quispiam audacior? quum arx superesset: approbe munita: superesset opes: arma: satel-
litum ingens agmen: tot in ciuitate factiosi: potentesc; qui non solum Tyranni partes ad-
iuuabant: verum etiam Tyrannos agebāt. Quos equidē spero nunc nobis non esse metuē-
dos (nolim enim infausta ominari) at ita tamen ne nimis secure negligantur: vsq; adeo ne
senem cruda viriditq; (qđ omnes norunt) senecta callidū: animosum: ambitiosum: non stul-
tum: vna filii mors consternauit: ut rebus desperatis protinus evita sibi migrandū duxerit?
Præsertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorē: sed multo inuidiosiorē:
idq; ob libidinem: atq; ætatis insolētiā temeritatemq;: adeo ut expedierit prope modum
illi ad stabiliendā Tyrannidē filium e medio tolli. Etenim quo propius ad iusti Regni speci-
em accesserit Tyrānis: hoc minus est inuidiæ obnoxia: magisq; tuta. Iuuenis ille solum hoc
augebat: qđ maxime Tyrannos solet euertere. Vera illa Tyrannidis munimenta in callidi
senis pectore erant collocata: sed tenerius adamabat filium: q̃ ut defuncto posset superesse.
De matercula quapiam priuata loqueris: an de viro senē: callido: crudeli: deniq; Tyranno?
Quid ego ludices in eo sermone argumētis coarguendo sumam operam: quem ipsa natura:
quem mos: quem cōmunis omnium sensus repudiat? Quis vnq̃ isthuc audiuit? Tyrannum
vsq; adeo pio in liberos fuisse aīo: ut nō dicā cōmori voluerit: sed conuiuere cōmode quic-
rit? Credite mihi priuatorū isti sunt affectus. Tyrān⁹ neq; quid natura: neq; quid pieras: ne-
q; omnino quid sit officiū nouit: Exiit hec omnia: simul atq; Tyrannū induit. Omnia com-
modis: omnia metu: oīa necessitate metitur. Solos hos amat (si quos tamē ille amat) qui vel
deos ipsos odit: quos aut metuit: et tollere nondū expedit: aut quorum opera ministerioq;
ad fulciendum imperium indiget. Quod si villos ille posset amare: similes certe sui dilige-
ret: impios: violentos: rapaces: scelestos: quando nihil ad conciliandā charitatem efficacius
morum similitudine. Atqui ne improbi quidē illi chari sunt: nisi quaten⁹ adiuuant. Adeo
ut præposterum vel peruersum potius quendam stoicum Tyrannus exprimat. Neq; enim
quisq; tam Stoicus fuit: ut æque vacaret omnibus affectibus: atq; Tyrānus. hoc modo illos
discernit: qđ Philosophus honesto metitur sua consilia: hic cōmodo. An ille vllum pietatis
igniculum in quenq̃ mortaliū sentire potuit: qui in patriam: vitæ parentem altricemq;: qui
in cælites omnium bonorum auctores: tam sit impius: ut illā crudelissīma opprimat serui-
tute: horum phana despoliet: iura contemnat. Verum ut largiamur tibi nō nihil sinamusq;
te priuatos affectus in Tyrannicū pectus: hoc est ignem in flumen transferre: an tandem
persuadebis illud: vsq; adeo indulgenter illum adamasse filium: vsq; adeo in eum omnes vi-
tæ suæ spes: voluptates: opesq; semel cōtulisse: ut illo sublato: ne minimā quidem vitæ cau-
sam sibi reliquam esse putaret? Repete: non dicā ex hac ciuitate: verum ex vniuerso morta-
lium genere: nō ex hoc sæculo sed ab orbe cōdito: et ab ipso (si vis) Promethei simulachro.
Quotus quisq; fuit pater: quota quæq; matercula: quæ ob liberorū necem sibi fatū accersi

uerit! Naturalis hic dolor: & quem nemo fere non modeste ferat: priuatis parentibus vel indulgentissimis: muliercularū intemperatissimis affectibus mediocris luctus sufficit: Tyranni in filium charitati nō nisi solā mortē satisfactoriā esse tu lynceū prauidebas! Age hoc quoq; tibi donamus: vicerit homo Tyrannus priuatorum in liberos pietatē: vicerit indulgentia materculas omnis, qui tibi compertū esse potuit: vtro se dolor paternus inclinaret! In rabiem: an in desperationem! Quo diligebat impotentius: hoc erat probabilius vt senex natura ferus: ciuibz infensus: vel maxime vellet esse superstes: vel ob id deniq; quo veterem illam iram: nūc filii nece acerrime exasperatā irritatamq; reip. suppliciis saturaret Qd si alias vitæ pertesum fuisset: hæc nimirum vna causa poterat illum in vita retinere: Quid autem senili animo vindictæ cupidius! An nescis: q̄ impotētes ætas illa concipiat impetus: quo rapiatur æstu: quo flagrare soleat incendio: si quando atroci insigniq; contumelia la cessatur! Quæ vero potuit esse atrocior q̄ filii cædes: sic amari: vt tu quidē ais! Hæc nimirū quicquid in illo fuerit vnq̄ crudelitatis: quicquid sæuitiæ: quicquid immanitatis: si qua sanguinis sitis: si qua suppliciorū: fames: deniq; si quid Tyrānicū: id omne semel de integro poterat excitare quasiq; renouare. Mitiora etiam animalia datæ orbitatis iniuria in rabiem solet agere: & tu Tyranno (quo nullū animal immitius) nihil tale metuendū esse certiss. m̄. augur existimasti: qd in Tigribz videmus euenire! Qd si tibi vni compertū erat Tyranno sic in deliciis esse filium: quid igitur aliud tua fēbat opera: nisi vt sæuissīma illa Tygris: pro catulo: in rabiem versa: in miseram hanc ciuitatē: dilaniandā: discerpendamq; infileret! Id si non euenit: magna diis gratia: tibi magnū debetur malū: qui q̄tum ad te pertinet: rādiram beluam in nostra capita fortunāsq; immiseris: Elige nūc vtrū malis an verum fateri: nihil fuisse Tyranno cum nostris affectibus cōmunē: an confingere: sic adamasse: vt matercularum quoq; vicerit deliciās. Certe neutro modo tua constabit diuinatio. Quæ nisi constiterit: non est: qd ad eius rei laudē aspīres: quæ fortunæ cōmoditate te imprudēte euenērit. Postremo donemus & hoc tibi: vt præsciueris: & certū præsciueris: deo videlicet quopiam te certiorē faciente: nam alioqui fieri nequaquā potuit: perinde est ac si nō præscieris: quū præscientiæ tuæ fidem legi facere nō possis. Profer quibus prædixeris: id euenturū qd euenit: doce quis deorū: quando isthuc tibi prænunciarit. Nihil habes qd dicas. Verū postea q̄ rem feliciter euenisse videres: tum demum post factū vates esse cœpisti: quemadmodū vulgo tum fieri tum dici consuevit: post euentum stultos etiam sapere: et quo fortunæ beneficium verbis in te transmoueres: tragœdiā istam nobis cōminisci cœpisti: causas repperisti: quibus præscisse videre. Sed dii boni: q̄ non bonū poetam te præstitisti: qui tam inconsistētia: tam cum natura pugnantia finxeris: sæuissimum Tyrannū ob pietatem erga filium vltro vitam fugisse: ob vnius capitis necem: turū sibi non putasse in vita cōmorari: quū omnia supereffent: quibus Tyrannis et paratur et obtinetur. Sublaro eos: in quo omne Tyrannidis præsidium collocarat: repente rebus suis diffisum: ad inferos abiisse. Age mitto nunc argumenta: hæc omnia vera non ficta credemus esse: tamen si ne fucū quidem vllum habēt veri! Si mihi ex omni hominū memoria: vel vnum Tyrannū potēs nominare: qui liberos suos sic adamarit: vt nō spadones ac pellacas lōge prætulerit: qui sic illis indulserit: vt nō suspectos haberet obseruaretq;. Qui sic illis sit filius: vt non in barbaris quibusdam latronibus ac seruis stigmaticis plusq̄ in illis fiducia posuerit. Ego tibi permultos referre possim qui filios sic oderint: vt viuos esse pati nō possent: adeo metuerent: vt ne cibum quidē vna capere vellent: adeo diffiderent: vt tum demum se rutos esse putarent: si quis illos e medio submouisset. Nullus inutilior Tyranni satelles: q̄ filius. Ex extrema barbarie conductitios inuult ille: sicarios: fugitiuos: homicidas: sacrilegos. His vitā suā mauult cōmittere: qui suā patria frui non possint: & alienā euertere gaudeant: quī barbaricis fetinisq; vitibus antecē

lant: & gigantes illos impios referant: qui propter animi cupiditatē: nō difficile ad quiduis: periculi suscipiendum perducuntur: & propter ingentē feritatē a nullo facinore abhorrent. Hi sunt idonei Tyrannorū ministri: hi fiducia munimentum: praefidiq; Tyrannidis multo tutissimū. Hos si quid ademerit: cām videat dedisse: quur reb⁹ Tyrānus diffidat. Nā fili⁹ qua tandē ratione dominatū sustinebat: aetate! at vt ilior aetas grādiōr. Robore! vnus erat. Prudētia! magis sapit senecta. Custodiis quas obtinebat! at si aduersum patrem obtinebat: mors illius senē etiā optāda. Si patris noīe: quid nisi vnus satelles adēptus erat! Nam custo dia quo deficerent: nisi ad eū cui alebant! Tutor igitur erat futurus Tyrannus amoto filio Res enim Tyranno suspecta filius violētus & insolens: propterea q; reliqui illi barbari solo lucro contenti sunt. Filius illud prēmū spectat: Tyrannidis successionē. Nec vllus pietati locus: vbi mentem possidet dira regnādi libido. Ibi contēptis naturae legibus: & filium horret pater: et patris interitū optat filius. Sed dicturis iam dudū nescio quid mane: praesens: nihil inexpugnatū omittā: vrges. Nisi pter modū adamauit filium: nisi diffusus ē: quur sibi mortem consciuit! Ist huc vero merito demirandū: quippe qd prater omnīū: ac tuam etiam spem euenit. Verum ego nihil ad me pertinere puto: vt tibi rationē reddam: quid illi diū in mentē immiserint: vt sibi vim adferret: hoc tū euincere sat est te nullis coniecturis hūc exitū certo praescire potuisse: quārumlibet amarit filiū. Tamen cā nō admodū obscura. Iam deorum si qui fuerūt huic insensī reip. iras diuturna nostra calamitas satiauerat. Iā ppitios nostra vota: nra sacra cōmouerant: aderat illud fatale tps: quū impius ille senex diis atq; hoībus dignas admissorū poenas daturus erat. Iā aderant vltices Erinnes: aderāt Furiae: facib⁹ & hydris oībus armatae: hae illi mentē ademerūt: hae vanā formidinē incusserunt: hae attonitum ad spontaneā suī cādem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur: q̄ fugisse: qui filium peremerat: q̄ vna cāde contentum fore: qua quidē vna in re iure potes gloriari: q; Tyrannum vehementer fefelleris: virū esse putabat qui hoc facinus peregisset. Credebat esse talem quales audierat esse solere Tyrannos qui magno suae vitae contēptu Tyranni caput impeterent: qui nō adorirentur facinus nisi ratione probe perspecta: qua possent perficere. Hanc suspicionē Pan ille: aut si quis alius est deus nouis terriculis exagitabat. Arbitrabat instare sibi carnificē: sensit adesse necessitatē illam fatalem: quam nemini nocentiū vitare licuit. Itaq; qd huius vrbis pietati: qd deorū bonitati debetur: quur tu id phaleratis dictis in te transferre conaris: vbi discrimen erat subeundū: ibi fugitabas. Nūc vbi res prater spē pulchre cecidit: tutūq; putas: fortunae laudē in te deriuas. Sed finge diuersum exitum fuisse consequutum. Pone Tyrannū ira percitum: passim ciues ad exquisita supplicia rapere: p scribere: iugulare: in exilium agere: possessionibus exuere: Quid hic dices! Nō fines opinor eorum malorum causam: in te tanq̄ in authorem referri: & fortunae argumēto culpam dep caberis. Negabis tibi impurandū esse. si quid fortuito prater propositum euenerit. At nūc nōne iniuriū est: vt qd boni: fortunae cōmoditate prater spem euenit: id totū in te velut authorem velle traducere! Etenim te nihil expectasse minus: q̄ id qd euenit: vel ipsa res clamat. Si hoc animo conscendisses arcem: vt filiū non patrem occidisses. Credi poterat te talem quandam spem animo concepisse: nunc casu: nescio: an metu potius in iuuenem incidisti: & tum deniq; diuina ista mens & futurorum praefaga: sed quae non nisi post euentū sua prodat oracula: te corripuit: quum esset fugiendū. Ibi demū iudices in re tam tumultuosae: secum velut ociosus consultare coepit: vtrum senem sua dextra dignū existimaret. Ibi demum prauidere coepit fore: vt pater ipse sibi manus adferret. Et quo cōmentum tam impudens iudices efficiat paulo probabilius: quae nec vidit: nec videre potuit: ea perinde descripsit nimirum (vt ipse laetat) Poeta: quasi spectator astiterit: quid in mentē venerit Tyranno: quid dixerit: quid fecerit: quomodo ferrum strinxerit. Eiusdem profecto impudētiā

fingerē præscisse se qđ esset euentu consequuturum: et qđ non videris: id ita narrare: quasi videris. Quanto melius tuo cōmēto id est fabulæ sua fides cōstitisset si ita finxisses: te quū perempto iunene: stricto gladio ad senē ire destinasses: repente a tergo adfuisse Palladē illā homericā: & iam euntē capillis reuocasse te: vetuisse: ne tam luculētū facinus senili cæde obscurares: sese citra tuā operam: curaturā: vt ille suapte manu: sed tuo gladio peremptus gloriæ tuæ nihil tenebrarū offenderet: sed multū etiā adderet lucis. dehinc abditū te per rimam cōtemplatū: vel (qđ est te dignius) repente deā sepsisse te nebula: vt Tyrānicæ necis tutus & ociosus spectator assisteres: nec prius illinc discessisses: q̃ negociū omne confectū videresses. Hæc si cōfinxisses: paulomin⁹ malū poetā te præstitisses. Sed ocū opinor nō suppetebat ad omnes fabulæ parteis cōmode tractādas. Videlicet lucri cupiditate: te protinus ad præmiū postulandū rapiente. Nunc vel ipsa te prodir inconstantia: figmenti q̃ coarguit. In arcem ascendisti: quo Tyrannū occideres: neq̃ tum præuidebas qđ sole ipso clarius videri vis. In medio negotio subito nescio: quis de⁹ oculos tibi restituit: vt videres futurū id qđ accidit. Porro si veris fidē facere voluisses: narrare debueras: quemadmodū nocturnus explorator: furtim arcem cōscenderis: in ædes clanculū irrepsis: forte fortuna obuius neminem: nō dicā vt tolleres aliquid: sed vt experireris: si qđ tuto facinus posses designare. Hæc molietī cōmodum fauisse fortunā. Itaq̃ quum adolescētem solum atq̃ incustoditum offendisses: (vt est ea nimirum ætas securior: periculi q̃ minus cogitans: præterea diuturna Tyrannis iam magnam metus partē exuerat) tum haud scio (vt mores illius erant) multo vino sepultū: atq̃ imodica libidine defessum: fortiter iugulasse scilicet: & somnum illi cum morte: id est germanum (vt ait Homerus) cū germano cōiunxisse: deinde vbi iam cardines procul stridere cœpissent: exaudito videlicet morietis gemitu: ibi te metu examinatum ita fugisse: vt non vacarit gladium e vulnere tollere: quē nec parricidæ: nec ficiarii solēt relinquere ne deprehendātur. Interea domi latitasse te: iam dudū de fuga cogitantē: et longinquas aliquas semotasq̃ mundi latebras animo circumspectantē: in quibus abditus posses irritati patris scuitiam fallere. Iamq̃ te ad spontaneū exilium accincto: repente in vulgus exisse famam: liberam esse ciuitatem. Tyrannum vnacum filio iugulatum. reliquos metu fugisse: auctorem ignorari facinoris. Ibi repente: ad nouam tuæ fabulæ catastrophē. immutasse te animum: & qui prius de salute fueras sollicitus: protin⁹ ad præmiū spem arrectum fuisse: lucrisq̃ auditate: priusq̃ tibi satis esset excogitata ratio: qua totam huius inopinati euentus latitudinem in te traduceres: profluisse in medium: id qđ vidimus: clamitasse tuū illum esse ensē: tuum facinus: non vnum præmiū tuæ virtuti fore satis. Hæc nemo non credidisset: sunt enim rerum naturæ consentanea: vsu comprobata: omnium opinione recepta. At tu dum sedulo quidem: sed tamen parum ex arte: tuam nobis præsentia niteris persuadere: q̃ multa cōminisceris: non dicam tota facie a vero distantia: verum etiam cum sensu cōmuni: cū more: cum natura penitus pugnantia. Primū Tyrannū tam matris filium adamasse: vt sine eo viuere noluerit. sic ob vnus mortem: metu fuisse consternatum: vt in vita manere non sit ausus: sic illi toto pectore fisum: vt ipse nullas circum se custodias haberet: adeo fracti animi fuisse: vt tam chari pignoris truculēta cæde non potuerit ad vltionē inflammari: tam inualidum: vt tua dextra fuerit indignus. tam inermē: vt nī tu illi gladium reliquisses tuum: defuturum fuisse: quo se iugularet. Non vides q̃ non competat: tam insignis in Tyrannum pietas: tam securo in eam ætatē fiducia: tantus metus: in hoīem: excepto filio: reliquis oībus præfidiis munitū: tāta consternatio: in hoīem tot periculis exercitatissimū: tāta imbecillitas in iratū! Quid igit erat: quur tu senē illū tātopere contēpseris! Vt indignū habueris: qui tua ista magnifica dextera iuglaretur! Tu ne indignū iudicabas: quē occideres quum cum resp. non putarit indignū: quē formidaret: quē maximo suo cum dolore fer

ret: Non talem illum iudices non talem sensimus: ut cuiq̃ contemnendus videri debuerit. Neq̃ tu eum vnq̃ contempnisti: nisi forte contemnere est: misere formidare. Sciebas arcem armis refertam: sciebas superesse satellites: quorum vel vnus (si senī vires decrant) sufficiebat iugulando tibi. Non ignorabas (Id qđ nemo nostrū nescit) q̃tum virtutum illi partim exercitatio, partim ingenii feritas: etiam in illa senecta reliquerat. Tum non te fugebat: frigidum illud senitū sic interdū acri dolore inflāmari: ut iuuenibus etiā validissimis: saepenumero fuerit intolerandū: si quādo solitū illud robur: qđ ætatis gelu velut obtorpuerat: magno aliquo animi motu recāduir. Quis autē tam inuālidus est ut nō illi pudor: ira: dolor ingēs vires suppediret. Hoc erat videlicet: quur tu filiū q̃ patrē malueris occidere: q̃ illū inopinantē: inermem. dormientē fortuna obiecit. Cū hoc pugnādū erat armato: vallato: irato deniq̃. Hoc erat quur gladiū relinqueres: ratus ne tantisper quidē morari tutū dum recipe resimeret videlicet ne tātillū sarcinæ te redderet in fuga tardiorē. Reliquisti inuitus quo Tyrāno prodi posses: sed prodi maluisti: q̃ deprāhēdi. Neq̃ ego nūc formidinē tuā accusor: Imo miror magis: q̃ pedibus consistere: q̃ fugere potueris: quū audires moueri Tyrannicā familiā: stridere arma intelligeres tibi nō cū puero: sed cū vigilātibz: viris: accinctis: armatis: sobriis: irritatis: deniq̃ cū rabioso patre dimicandū esse: nō q̃ illū vsq̃ adeo filiū mors cōmoueret: sed q̃ arbitraretur: & haud scio an vere se petitū fuisse: dexteram tuā errasse tantum in filio. I nūc & spera: nō dicam hos iudices: viros omnīū perspicierissimos: sed vel e media plebe quenq̃ esse tam mucosis naribus: cui nō suboleat: imo qui nō plane odoretur: persentiatq̃: totam hanc fabulā abste confictā. Et qđ poetæ solent: quū hærent in explicando Tragediæ argumentis: hanc veluti deam diuinationē arte quadā induxisti: quo præsentio nem tuam iudicibus probares. Sine qua videbas præmiū obtineri non posse. Sed occasione (inquit) ministrāui paternæ mortis q̃ gladiū quo se feriret reliquerim. Atq̃ id solū non modo satis esse putat ad petēdū p̃miū: verū etiā meritū esse: ut ipse ensis inter arma deorum cōsecretur: dominus pro deo præsentī colatur. O hominē suauem si has spes vere cōcepit: im pudenter: si quū non speret: postulat. Itane Tyranno gladius erat defuturus nisi tuum illum reliquisses. Tu in arcem arma: hoc est in syluā ligna portanda putasti. Nisi forte tuū illud ferrū magicis p̃caminibus erat imbutū: ut vltro ad mortis adegerit necessitatē. An vero nihil referre putas: quā p̃beas occasione: quō: quo animo. Primū gladiū reliquisti quo nihil minus deest Tyranno: nūq̃ ferrū abest: nō in cubili: nō in triclinio: nō in sacris. Reliquisti metu trepidus: tua quidē in re illud interim demiror. qua frōre cū gladiū tuū ausis appellare: quē habueris pro derelicto. Metu inquā exanimatus reliquisti: quē postea receptū optabas: reliquisti rē ancipitē. Quid si Tyrannus illū eundē ensē in ciuiū iugulos destrinxisset: qđ si eodē lectos aliquot ex hui⁹ vrbis iuētute adolefcētes: filio suo iherias mactasset. Si Tyrannū occidisti: quia tuo occisus ē gladio: & horū oīm indigna cædes ad te pertinebit: quippe culus ense peracta est. Id si nō euenit: nihil ad te p̃tinet: nā anceps occasio quā in partē cadat: id diis in manu est: si bene verterit: nihil gratiæ debet ei qui dedit imprudēs. Sin male: temeritas imputat. Neq̃ em̃ culpa vacat: q̃ periculosa ministrat occasione: q̃ si feliciter: merent oēs: sin infelicer merito accidisse dicāt. At q̃to pbabilius erat futurū: ut Tyrān⁹ tuo ense alios in vsus abuteretur. Scio me iudices hæc plurib⁹ refellere verbis: q̃ necesse videat: quippe tā frivola: verū id mihi p̃positū ē: nullū illi⁹ argumētū: nō excusū: nō exagitatū nō reuictū p̃termittere. Quare q̃lo: ne pigeat ita ut aī hac fecistis patiēter atq̃ attēte cognoscere: dū hūc ab gradu firmissimo delicio. Hic sibi vehemēter fidebat: hūc acriter urgebat locū. Negabat vitari posse: quin p̃miū deberet: q̃ p̃fī necis cām mīstrasset: si nō relictogladio (nā hoc op̃inor argumētū tā habet p̃ derelicto) certe necato filio. Nā ita ī legib⁹ disertū aiebat nihil intereē: vtrū manu sua quis occidat: an mortis cām p̃beat. Addebat æquū esse: ut

cum in maleficiis causam datam imputarent leges ad supplicium: multo magis idem obferuarent in benefactis ad præmium. Hæc aiebat meminisse sese in legibus esse disputatam illud addens Thrafonticum: nisi sibi diuturna seruitus: legum memoriâ obliterasset. Non tu legum oblitus propter diutinam consuetudinem: sed nunquid quid sibi velint leges inquisisse videris. Bis enim hic erras qui neque causæ datæ rationem: neque dantis animum discernas: id quod legibus traditum est: nec animaduertis: longe diuersam esse rationem: malefici & beneficii imputandi. Quid ais noue iuris interpretis: ita ne satis esse iudicas: vel ad poenâ vel ad præmium: qualicūque quomodocūque causam dedisse? Nihil igitur refert: hæc an aiacem occiderit manu: an gladium illud dederit quo se postea confodit? Atqui hanc laudem nunquid ille sibi vindicasset: tamen si probabile videri poterat: in eum usum hosti ab hoste datum fuisse ferrum. Quin ergo fabros ætarios: omnes: vel ad poenam vocamus: vel ad præmium: quoties armis in eorum officina perfectis: aut iugulantur ciues: aut seruantur? Postremo quid hoc quod tu petis præmium: non ens istius tui opifex petit potius? Tyrannus gladium erat habiturus: te non porrigente: tu porrigere non poteras: nisi huius industria tibi ministrasset? Age si telo inter venandum temere misso: forte Tyrannum vicinum interfecisses: clamares tibi Tyrannicidæ deberi præmium? An potius nihil tibi deberetur laudis: quod imprudens & inscius iaculum torfisses? Immo in tus potius vocandus esses: qui missi teli temeritate ciuem (quod in te fuit) occideris: nam quod in Tyrannum incidit: id nihil ad te. Quid si caupo vinum lene ac suaue quale Polyphemo dedit Ulysses: Tyranno vendidisses: atque ille eius dulcedine captus auidius sese ingurgitasset: eaque re concepta febre decessisset: auderes ne Caupo: vini titulo Tyrannicidæ præmium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione: ut temulentum: vino quod madidum exploderet? Caterum quanto frigidior titulo nunc idem postulas? Vt cuique coniecturis præcipi poterat: ut ætas vinosa tam illicibili vino auidius intemperantiusque frueretur: crapulam consequeretur morbus: præsertim in sene: morbum mors. Vulgo hæc eueniunt. Tu eam Tyranno mortis causam dedisti: cuius nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filii necem sibi manus intulit? Accedam propius. Finge te Tyranni coquum esse: probe callere palatum domini. Medicos interdicere cibum: quo tamen ille oppido quam lubens vescatur: interminari morbum capitalem: nisi temperet. Id te non fugeret cum cibum tu arte tua: cupediisque & condimentis magis ac magis illecebrosum reddis. Consequitur edentem morbus: quem prædixerant medici: emoritur Tyrannus: liberatur ciuitas. Hic cine coquus e culina in forum profiliens: & adhuc iure madens: fuligine niger: Tyrannicidæ præmiū postulabis? Mortarium: tunfillum & ollas ostentabis: arma scilicet quibus Tyrannidem expugnaris? (Non eris opinor tam impudens in ea causa qua tamen ista tua multo est absurdior. Nam illi voluntas occidendi non defuit: probabilem præbuit causam. Tu nec in hoc iugulasti filium quo pater ultro vitam relinqueret: & causam dedisti: ad quiduis potius quam ad istud idoneam. Accipe exemplum tuo similis: quod ouum sit ouo (quod aiunt) simile. Quid si Tyranni amicam: quam ille misere ac perditè deperisset occidisses: eaque cognita re Tyrannus sibi vitam abruperet: auderes ad præmiū aspirare: auderes dicere: te certum præcisse: fore: ut Tyrannus sponte fugeret e vita? Certe quanto plures amicas extinctas sequuti sunt quam filios. Nemo tamen tibi crederet: nemo tibi præmiū decerneret: tuum factum periculosum & anceps diceret omnes fortunæ gratias haberent: cuius commoditate res ea feliciter cessisset. Tibi abunde magni præmiū existimarent: si commissi venia donatus discederes. Primum igitur diuersam imputandi maleficii: & ascribendi beneficii rationem conueniet distinguere: deinde causæ qualitatē: postremo animum. atque ita demum liquebit: quid tibi lex debeat. Nam quod aiebas legem pluxiore esse oportere ad reddendum præmiū: quam ad infligendam poenam: id in priuilegiis: quæ in exemplum non vocant fortasse locum habet. In iure communi longe secus est. Siquidem (vti superius demonstrauimus)

Erasmi Roterodami.

nulli nocenti lex non minatur poenam: paucis benefactis præmium ostendit. Tum in maleficiis etiam conatum simpliciter supplicio prosequitur: in benefactis semper exitum requirit. Nec mirum: nec iniquum: si lex est diligentior: in eo negotio ad quod unum est nata: atque instituta: quod in eo in quo temporis ratione rationem alienas sibi sumit partes. Ergo in utroque communiter spectat: ut causa sit idonea: deinde ut animus adsit non tantum casus. Hoc rursum interest: quod in benefactis nec causa idonea: nec animus idoneus satisfacit legi: nisi his accesserit euentus ite idoneus. In malefactis: si quid nocendi animo tentes: non expenditur: nec euentus: nec causa: sed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim iudicat: tibi nihil ad scelus defuisse: praeter fortunam: qua te subleuari: quod tandem ius sit! In euentu: simul et causam datam et animum expendit. Si animum viciosum comperit: nihil moratur causam: quod sit idonea: putat animum & euentum ad poenam commendam sufficere. Sin animo simplici data est causa mali idonea: & non consequitur euentus: lex quasi conuenit ad id: & non putat ad suam cognitionem magno pere pertinere. Sin euentus est consequutus: etiam si de animi vicio doceri non potest: tamen te meritis & negligentiae nomine poenam irrogat: partim propter suspectam dantis voluntatem: partim ut haec latebra: peccantibus eripatur: imprudens fecit: discantque homines vel suo periculo cauere: quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & sciens certam atque euidentem noxae causam dederit: cum perinde lex censet quasi facinus manu peregerit: veluti si quis hostem opibus copiosis luuerit: perinde est: ac si ipse arma contra ferat. Siquidem id suppeditauit: sine quo bellum geri non poterat. Aut si quis inimicum suum per dolum nauigio soluti imponendum curet ut naufragio intereat: aut in oclaue pensili testudine iuducat: ut ruina opprimatur. Aut iuxta lectulum aegroti: loco pharmaci: venenum ponat: futurum sperans ut eo hausto pereat. Tamen si non bibit aegrotus: tamen veneficii postulari potest qui posuit propter viciosa animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id euenturum: quod ille moliebatur. Huic si detrahas nocendi voluntatem: nihil illi cum lege rei futurum est. Si detrahta nocendi voluntate: adponas euentum: non effugiet temeritatis crimen: nisi illum inculpatam ignorantia absoluerit. Porro si in loco non ad id destinato: puta in via publica aut in fundo alieno: arcu temet exerceas: Lex tecum non agit: nisi si quem occideris aut vulneraris: aut si cui damnum dederis. Ceterum quod facis: tuo facis periculo. Quod si quid horum consequutum est: cum lege tibi res est. Neque tibi tua patrociniabitur imprudentia: quippe quae culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat praecauere quod probabiliter poterat praetimeri. Vides quanto discrimine disita sint: inter quae tu nihil interesse dicebas. Primum non statum imputat ad praemium. quod ad poenam. Idque non a malignitate legum latoris: sed partim ex ipsa rei natura proficitur: partim a legum officio. Deinde discernitur animus: causa data diiudicatur. Spectatur euentus. Age nunc si libet tuam causam. qua tuum facinus aestimari vis: expendamus. Finge te certam: ineuitabilem mortis causam Tyranno dedisse. Sed imprudentem nulla tibi sit praemii petitio. Quis enim insciens benemereri dicitur! Fortibus viris praemia dantur: non fortunatis tantum. Nam euicimus iam dudum opinor: ne posthac affirmes te in hoc iugulasse filium: ut pater sibi necem conscisceret: quod euenturum ne vates quidem quisque praescire poterat: tu nec suspicari. Immo postea quod rem plenam discriminis fortunae arbitrio commisisti quia bene successit: hoc nomine. lex te non postulat: at idem si male euenisset temeritatis poenas eras debiturus. Neque enim tibi succurreret inculpatam ignorantia. Quid enim aequae formidandum erat: quod ne Tyrannus: simul atque occiso filio se peri infidlis persensisset: omnia Tyrannidis mala in nos conduplicaret! Iam ut de animo res tibi constet: causam dedisti non solum non idoneam: verum etiam periculiosissimam reip. Vnde hoc tibi argumento euidentissimo demonstrari! Finge te quempiam e ciuibus vicio occidisse: tum extincti patrem: id facere quod modo fecit Tyrannus! Vtrum tu duplici caedis crimine teneberis. an simplici! Simpliciter

opinor: At vxor & mariti mortē imputabit: qui necato filio: seni causā mortis dederis: atq; his ferme tuis argumentis vteretur. Indulgentissime filiū adamabat: in illum omnē familiæ curam reclinauerat: illo se oblectabat: atq; hæc & priuato sene cū fide diceret: quæ tu de Tyranno minus dure (ne dicā ridicule) dicebas. Adlet ea te scisse: præuidisse futurum: vt ille vitam fugeret orbatu filio: in quo vno omnia vitæ oblectamēta collocarat. Non tibi defuisse iugulandi senis voluntatē: sed hoc cātū egisse: vt miserabilius sua dextra perimeretur: vt odiū tuum plenius miseri patris malis exaturars. Ideo iuuenē necasse: in hūc vsum gladium in vulnere reliquisse. Vides quanto sunt hæc probabiliora in hoc q̃ in tuo negotio: et tamen negabis paternā necē ad te pertinere. atq; animi suspensionē. causæ qualitate purgabis. Negabis causam idoneā fuisse: quur ille sibimet man⁹ adferret. Te nec præscire: nec timere potuisse: id qđ sit cūsequutū. Qđ rarū extet exemplū patris ob filiū necem sponte fugientis e vita. Alioqui futurū fuisse: vt et mater sibi faxum accerferet: quippe quam impotentius amare sit consentaneum: ac minus aduersum solorem animi viribus valere. Hæc nō dubitares tibi profutura: ad alterum crimen depellendum: & prodesse: dubio procul. Atqui quod in maleficiis valet: ne quid imputetur: id multo magis in hac causa valet: ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret a voluntatis suspitione: q; causas parum idoneas dederis: hic ex causis multo minus idoneis propter personam Tyranni: videri vis non modo quod euenit: fuisse suspicatus: verum etiam certum præscire. Ibi temeritatis postulari nō poteras: propterea: q; tamen si vicio abste data ē causa: tñ idonea nō sit ad id qđ euenit. Imo ipsi tota res imputabit: & legibus poenas dabit: sepultura phbitus: q; ciuitati citra causā idoneā ciuem vnū ademerit. Tibi nō nisi vnus filii mors imputabitur: etiā si mater quoq; et filia: & sorores: et tota tribus huius necem fuerit imitata. Hic poterat nisi feliciter euenisset: quippe vbi summum reip. periculum & verteretur: & p̃tineri probabiliter posset. Venio nunc ad quartum illud præsidium ludices: qđ iste tutissimū: ac poene inexpugnabile iudicabat: vnde ego illū ita deturbabo: vt nō solū sit nō habiturus: quo Tyrānicidii & huius laudis arcem obtineat: verū vix etiam latebram inuēturus: vbi temeritatis ac maleficiū poenam effugiat: quo nimirū intelligat q̃ non inimice: non curiose (vt agebat) secū agamus: vt quum possim in crimen ac poenam vocare: sat habeam ab honore nō p̃merito secludere. Aut sibi deberi præmisi: vel hoc vno nomine q; iuuenē occiderit: iam plusq; Tyrannū: tum Tyrānidis paratū hæredem: etiā si hunc euentū dii nō dedissent: vt senex ipse vitā abrumperet. O deploratam impudentiā. Tu tibi præmium peteres: si Tyrannū suæ furia nō esset vltæ: dii quiduis potius dederint: q̃ isthuc qđ tu fingis! Sed tamen fingamus interim oratione: quandoquidem id tuto licet: tamen si ad solā mētionē inhorrescit animus. Tu re inquā occiso filio: relicto sene viuo: Tyrānicidæ præmium peteres! An potius nec ipse superesset: qui possis petere: nec esset resp. quæ dare posset! Nam tu aut exquisitus supplicis exanimaretis: aut in extremis archadis exul delitesceres: nos pro Tyranno tam immanissimū carnificem pateremur: & tuum caput vbicunq; terrarum latitares: diis imprecationibus deuoueremus: qui nos tua incogitantia vel præcipiti magis lucri cupiditate in tantā malorum tēpestatē cōiecisses. Sed re filius erat Tyrān⁹ (inquis) patri p̃ter inane nomē nihil erat reliquū. Quid ego audio! duos: igit hęc ciuitas Tyrannos alebat! Nā de patre nemo vnq; dubitauit: quin Tyrāni vocabulū mereretur. Quando aut ante hac vnq; fando iuditiū est: duos vna in ciuitate sedisse Tyrannos! id qđ magis etiā natura repudiat: q̃ eodē in corpore gemina capita! In istdē alucaribus duo se reges pariter nō ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In istdē lustris nō conuenit duobus inter se leonibus: & Tyrānus (quo nulum animal efferacius) parē in eadē vrbe patī! Nō vides necessario fieri: vt e duobus aut alter alterum oppugnet: aut alter alteri cedat! Vtrum tu fuisse maioris la patre: & in filio?

Si iuuenis aduersus senem obtinebat Tyrannidem: quid a rep. præmium postulas? Tyrāni partes adiuuisti nō reip. Sin patri cessit: quid tandē illum vocare potes: nisi Tyrāni vel præfectum aut satellitem? Quando quidem tñiori: Tyrannicā appellationē ne tu quidem audes detrahere: Verū: vt quoquo modo Trānidem omnem in adolescentē oratione deriuas: q̄ multa tu quidē non ex re: sed pro culæ tuæ cōmoditate cōminiscebarris? Cæterum q̄ in his confingendis decori: qd̄ in personā situm est: nullā habuisti rationē: Sic enim (vt meminī) inducebas in fabulam senē iam ætate mitem: & qui omnē Tyrannidis acerbitem ob senectam exuisset: nō secus atq; mal: quæ natura acerba: tēpore mitescunt: & in alium abeunt succum: Porro iuuenem ferocē illo incolumi gerentem Tyrannidē: iamq; patri viuo succedentē. Priuatus paterfamilia non fert filiū: se viuo: successorē: & tu vis isthuc credi in Tyranno: Ille nō finit vllum e libris rem domesticā ex animi sui libidine moderari: & Tyrannus sese veluti abdicans impetio: negociū omne in adolescentē reiecerat! Non dubito: quin & ipse videris: q̄ dura sint ista & q̄ a cōmuni sensu abhorrentia. Verū quid faceres? nisi tales personas induxisses: exiti inuenire Tragedia tua non poterat. Quaslo te: en vnq̄ auditum est. Tyrannū ætate mitescere! Quando tu defines ea quæ sunt priuatorū: quæ bonorum principū Tyrannis tribuere? Vt eodē igni cæra mollescit: limus durest: ita ætate pleriq; reddunt mitiores ac rēuerantiores: Tyrannus magis ac magis exasperatur. Vt tēpus nonnullis pomis amaritudinē admittit: at vinis nonnullis acorem cōciliat: itidē Tyrānis non admittit sœuiciā ætas: sed exaggerat. Vis ipsissimā Tyrānici ingenii tibi demonstrē imaginem? Spīnam cogita: quæ iuo magis senescit: eo pungit acrius. Echinos cogita: qui quo plus habet ætatis: hoc testa sūt asperiore. Vulgaribus ingeniis fortasse nonnulla vicia senecta vel detrahit vel certe miigat: etiā si plura irritat: nonnulla parit. At Tyrannorū mentibus ad scelus: ad crudelitātē: scelerē & immanitatem imbutis atq; educatis: præter viciorum omniū incrementum adferre senectū quid potest? Nisi forte libidinē admittit? Quāq̄ ista Tyrannidis quantula tandē est portio? Sed esto fuerit sane: propter ætatē ad voluptates segnior: verum erat fastidiosior: vnde fit: vt imbecillior sit ad coitum: ad raptum auidior. Fortasse pauciores huic exebantur ephebi: sed insigniores. Pauciores producebantur virgines: sed exquisitiores. Quur non autem et plures: videlicet quo senile fastidiū optioē: et varietate vinceret? Hoc ita esse: quot ego tibi testes citare possem? qui quo nobiliores sūt quo fortuna præstantiores habēt liberos: hoc magis eis: a flagitiosissimi senis cupiditate metuebāt. An tu putas vna cum viribus senescere libidinē? Multo secus habet. Imo q̄tū ætas improborū hominū facilius detrahāt. At. nō adiciat cupiditati. Quāq̄ Tyrannicū animū his in rebus non tam voluatis vsus ē. p̄c̄: q̄ nostra delectat cōtumelia. Vt frigeat in senē Tyrannovenus: certe feriet vigēs: q̄ malicia: sœuicia: necēdi libido. Postremo totū illud viciorum agmen quæ propria Tyrannorū sunt: cupiditas: rapacitas: improbitas: impudētia: impietas: iracundia: violentia: impotentia: suspicio: fraus: perfidia: crudelitas: implacabilitas: immaritas: periurium (Quid aut oportet omnia cōmemorare nobis omnibus heu nimium nota) horum in: nullū non ætate fit acerbius: propterea q̄ luuenta nonnūq; naturæ bonitate vincitur: præterea quædā mala nōdū didicit: at senectū: si quid pudoris: si quid humanitatis: si quid melioris ingenii a natura insitum est: id omne multo ac diuturno flagitiorum vsu penitus exuit & prorsum in immanissimā quandā feram abiit. Id ita euenisse iudices in execratissimo illo senē: quid ego coner argumentis docere: quū sua cuiq; memoria abūde satis exemplū suppeditet: Qd̄ si iuuenis sese gerebat insolentius: videlicet patris abutens imperio: num tu hunc cōtinuo Tyrannū noīe donabis? Ergo ex eadem Tyrānide sexcentos Tyrannos facile reddideris. Nam quis est omnino in Tyranni familia: vel extremum mancipiū: qui nō ipse poene Tyrāno sit ferocior: violentior: sceleratior: filius (inquit)

emolumentis imperii potiebatur: patri præter nomen nihil cessit. Quasi vero nõ sit isthuc omni Tyrannidæ cõmune. Longe minima fructuũ pars: qui solẽt ex Tyrannide capi: ad ipsum redeunt Tyrannũ. Quemadmodũ in latrocinio fieri cõsuevit: prædæ cõiter in omnes distribuuntur. Vel in eos potius quorum opera capiunt. Alioquin nõ cohærebit cohors illa scelerata: nisi dux ille: quisquis fuerit: plus etiã permittat suis: q̃ sibi ipsi. Solum nomen sibi proprie vendicat. Et in nullos est Tyrãnus indulgẽtiõ: q̃ in scelerũ ministros: quippe quorum opera sentiat suũ imperium contineri. Proinde sui vnus vmbra: satellites omnis: omnis minister familiaris: leno Tyrãnidẽ quandã in ciues ærcet. Ridicule fecero: si hoc quoq̃ coner argumentatione probare iudices: vidimus: senimus: experti sumus: nisi forte tã diutina calamitatis memoriã tam pauculi dies oblitterauerũt. Neq̃ em̃ esset res vsq̃ adeo misera Tyrannis: si vnus modo foret toleranda violẽtia. Quot ferendi latrones: quot sacrilegi: quot ex extrema barbarie aduenæ: feris q̃ hoĩbus finiliores! Neq̃ defũt qui se simulent apud Tyrannũ sceleribus suis gratiã promeritos esse: quo nimirũ hoc nomine metuãtur a ciuibus. Horum igitur vnum quẽlibet Tyrannũ appelabis: & pro quolibet occiso Tyrãnicidæ præmiũ petes! Nõ in rãtũ omnem exues pudorem opinor. Sed pater ætate fessus omnem dominatũ in filiũ transtulerat: quicquid Tyrannicũ in vrbe gerebatur: Id iuuenis violentia cõmittebatur. Sed isthuc quantũ absit ab imagine vri: quis tam cæcus vt nõ videat. Quis tam obliuiosus vt nõ possit experimento refellere. Ego tibi cõplures nominare satellites possum filio insolentiores. Ad hæc veri simillimũ est nullius insolentiã minus ap probasse senem q̃ filiũ: vel q̃ odit omnem Tyrannidis affectatorem omnis Tyrannus: vbi q̃ intelligit ex illius facinoribus longe plus inuidiæ oditq̃ sibi consari (Callidissimi aut Tyrãni est: catenus legitimũ imitari regnũ: quatenus obtineri Tyrannis possit) vel q̃ pater etiam pessimus: tamen liberorũ nõ nihil offenditur viciis: & ad crudelitatis ministeria: alienis q̃ suis vri mauult. Qd si clam patre rapinas: raptus: atq̃ id genus facinora designabat filiũ profecto non Tyrannũ agebat: sed insolentem satellitem. Sin approbante patre: quisq̃ per illum exercente Tyrannidem: vri tandem par erat imputari cõmissa: huic per quem gerebantur: an ei cuius autoritate arbitrioq̃ fiebant! Nõ arbitror obscurũ: quin huicui in manu erat: nutu ne fierent: vetare. Quid aut non agunt per alios Tyranni! Nam psi quidẽ neq̃ pueros emasculant: neq̃ virgines abripiunt: neq̃ proscribunt: neq̃ bona diripiũt: neq̃ phana dispoliant: neq̃ hæreditatibus manum iniiciũt: neq̃ cõplant ærarium: neq̃ tormentis excruciant: neq̃ quẽq̃ iugulant: neq̃ armis vicos expugnant: neq̃ incendunt villas. Totum hunc Tyrannicum ludũ per ministros exercent. In vnum tamẽ Tyrannici iominis inuidia competit: in vnum occidendũ lex præmiũ instituit: in vnum stringend ferri ius facit: illos suæ cognitioni reseruat. Quorum vt quisq̃ sua opera Tyrãno profuit: ita aliud atq̃ aliud vocabulum imponi potest: certe Tyrãni vocabulũ nemini cõgruit: nisi vni illi: sub cuius veluti Clypeo: tota illa perniciosissimorũ hoĩm colluies latirat. Arbitr vobis iudices sæpenumero auditũ esse: id qd eleganter a doctissimis viris est scriptũ: Tyrannis nõ longas modo: verum etiã plurimas esse manus: plurimos oculos: eosq̃ acerrimos plurimas aures easq̃ longissimas. Omnino prodigiosum quoddã est animal Tyrannus: multoq̃ Titanibus illis Briareo & Enchelado portentosius: centenis capitibus: centenis linguis: centenis manibus pedibusq̃. Quot enim habet scelerũ ministros totidem habere membra videtur. Atq̃ vt ex mẽbris corpus: ita Tyrannis ex huiusmodi constat ministris. Veum vt illud qd corpus appellatur: nihil est aliud q̃ quiddã omnibus ex membris aggregatũ: ita in Tyrãnide: vnum quippiam est qd neq̃ pes sit neq̃ manus: nec vllũ aliud membrum: contineat: autem vniuersa: ita cõtineat: vt ab iis possit separari: idq̃ Tyrannus vocatur. Proinde ex aggregata quantũlibet iuuenis insolentiam: violentiamq̃: præfectũ arcis votes licebit: oculum

Erasmi Roterodami.

nomines licebit: aut si maui dextram: aut si ne id quidē satis: præcipuū Tyranni caput dic-
cas licebit: Tyrannū certe vocare nequaquā potes. Vnum enim illud portentum Tyranni no-
mine lex censet: cuius autoritate tituloq; cuncta hæc membra velut animant. Idq; vnū
forti ciui permittit occidere: non vult te in oculū aliqū inuolare: non finit vt caput aliqd
amputes: ne tale quiddā eueniat: qd de lernæa hydra fabulant poetæ: vt pro vno capite re-
secto: duo pestilentiora subnascantur: pro vno excusso oculo: plures acriores succedāt: pro
vna rescisa dextera: multæ robustiores subpullulēt: vnus vitæ te dominū arbitrumq; con-
stituit: qui sibi sit ausus Tyranni vndicare nomē: quo sublato futurum sit vt membra reli-
qua: quasi destituta spū emoriantur aut certe sanentur. At quid ego tecum tam accuratis ar-
gumentationibus ago? Possum iico tuis te verbis reuincere: ac veluti tuo te laqueo cape-
re. Iuuenem paulo ante magnū patris satellitem nominabas. Non inficiabere. Rursū alio
loco dicebas omnē Tyranniden occupasse filiū: solius appellationis honorem cepisse. Qui
conuenit eundē & satellitē & Tyrannū appellari? Tum si cessit: non igitur vsurpauit Tyrā-
ni nomen. Contractus autē verbis aut rati sunt: aut rescinduntur. Lex hac tecum formula cō-
traxit si quis Tyrannū occiderit: præmiū ferat. Quid tu mihi iuuenis flagitia cōmemoras?
Id te lex voluit occidere. quodcūq; illud esset animal: qd Tyrannus diceretur Magnum (vt
ipse fateris) satellitem occidisti: nō Tyrannū: quid tibi cū lege rei est? At rem inquis legis se-
quutus sum: non syllabas: cum interfeci: qui caput erat Tyrannidis: paratus hæres pater-
ni dominatus: libertatē peperit: seruitutē sustuli: hoc lex sensit: huius rei auctori præmium
præstituit. Satellitem inquā occidisti: nihil moror: q̄tū: q̄ grauē: q̄ ferocem: q̄ scelestū: satel-
litem tamē occidisti Tyrannidis: nō caput: aut si caput: vnū e plurib⁹. Sed hæc omnia tibi
ex animi sententia largiamur: fuerit sane res tota Tyrannidis filius: pater nihil nisi vocabu-
lum quoddā inane Tyranni: quemadmodū in fabulis habetur: Echo nympham: nil aliud q̄
meram quandā fuisse vocem sine corpore. Qui tibi licuit in re tanta. a verbis legis discede-
re: præsertim ita dilucidis: vt perspicuū magis nihil esse possit: & cōmentitiā in interpreta-
tionem domi tuæ natā in iudiciū adferre? Ego iudices nullū in remp: exemplum pernicio-
sius induci posse iudico: q̄ si cōsueſcāt homines calūniosi a præscripto legum recedere: & in-
terpretanēto: qd ad prætexendū facinus quisq; suū maxime idoneū cōminisci queat: id iu-
dicibus obicere. Quis autē vnq̄ meminit de legis sententia quæri solere: nisi quū in scripto
quiddam apparet ambigue obscure ve dictū: aut quum ex verbis & euetu absurditas quæ
plam extitit: eaq; manifesta. In priore nō cuiusuis cōmentum: sed iuris prudētiū responsa:
sed iudicis sententia recipi solet. In hoc posteriore: necessitas ipsa compellit aliquantisper a
legis vocibus deflectere: & æquitatē iuris potius q̄ verba spectare. Duplex itaq; periculum
videtis iudices: alterū ne superstitiosa cauillatione litterarū legis ab eo qd lex spectauit ab-
ducamur: alterū ne passim a præscripto discedēdo leges omnis et iudiciorū religionem sub-
uertamus. Quorum illud quidē multo leuius est: propterea q̄ vix vnq̄ accadat: vt legisla-
tor: obscure quid voluerit explicuerit: aut absurdum quiddā exoriat: hoc multo pericu-
losissimū: perniciosissimūq;. Etenim quæ tādē lex futura est quā versutus calūniator: quo
pœnam effugiat nō facile possit: aliquo cōmēto subuerrere! Neq; quisq̄ elabatur e iudicio
vestro nocēs: nisi qui sit vsq; adeo nullius ingenii: vt ne friuolā quidem aliquā cōmentatiū
culam queat huenire. Atq; vt cuiq; cōmodum erit: aut animi libido feret: ita pro sene iuue-
nem: pro Tyranno satellitē: pro homicidio Tyranniciidiū. & passim aliud pro alio interpre-
tabitur. Vestra interim iudices Religio: vestrum iusiurandū: qua tandē ratione seruabitur
quibus nihil futurū est certi: qd in cognoscēdo sequamini: verum ambiguas diuersasq; lit-
gatorum coniecturas spectare necessū erit: Ergo quum in omni causa maximo pe cauendū
est: ne sine grauissima ratione a legis præscripto discedatur: tum in hac non periculosum

modo: verum etiam absurdissimum: quum legis verbis nihil possit esse dilucidius: sententia nihil æquius: interpretamento quod præter legis mentem inducitur nihil pestilētius. An credimus legis huius authorē vīq̄ adeo infantem: & verborum inopem fuisse: vt dicere nō potuerit: qui quouis modo Tyrannidē sustulerit: huic præmiū esto: si modo isthuc sensisset! Neq̄ vero fugit illum totā Tyrannidē per satellites & præfectos exerceri solere: per multosq̄ in his esse vel Tyrannis ipsis sceleratiorē: atq̄ vt ita dixerim Tyrannicos magis: et omnino supplicio digniores: nisi & omnīū omnia ministrorum scelera Tyranno imputarentur. In vnum tamen illū qui hoc nomine censetur: tibi ferro grassandi facultas data est! In reliquos nō tibi permittitur idem. non q̄ illos vīta dignos iudicet lex: sed q̄ vnus cæde totam Tyrannidē tolli velit. non multorum cæde reddi duriorē Tuū erat legi simplicit̄ parere: neq̄ eius verba quasi plumbeā quandā regulā ad tuum facinus accommodare: verum ad illius præscriptū factorū tuorum rationē instituere. Præsertim in hoc exemplo: quo non aliud potest admitti pestilentius: vt ex legis arbitraria interpretatione: quem velis interficendi tibi pro tua libidine licentiā sumas! Nō illud hoc spectandū loco iudices q̄ inuius resp. sit qui occisus est: q̄ maiore etiā supplicio dignus: verū id etiā atq̄ etiā perpēdere oportet: exemplū præter leges iugulādi hoīes: semel in ciuitatē receptū: semel vestris sententiis approbatū: deniq̄ præmio cōpensatū. quo tandem licētiā sit processurum. Qd̄ iste sibi in Tyrāni filiū licere voluit: hoc alius sibi volet in ditissimū quemq̄ ciuitū licere. Quisquis pauper a locuplete cōtumelia afficietur: protinus Tyrānū eum appellabit: & veneno aut ferro adorietur. Postremo si cui magistratus nō placebit: Si cui iudex erit inuius: non dubitabit e medio tollere. Porro ad facinoris defensionē: sophistā quēpiam aut Sycophantā consulēt (Si ipse ingenio stupidiorē fuerit) & nouā legis interpretationē vobis adducet: dicet nil aliud sensisse legislatorē: q̄ vt huiusmodi ciuitū genus nō noīe: sed re Tyrannidē agētium ferro: igni veneno tollatur e medio. Atq̄ ita breui futurū est: vt qd̄ in vno factū semel: et probauimus & gauisi sum⁹: id in multis sapius & doleam⁹ & improbem⁹. Credite mihi nō mediocriter discrimen: neq̄ cōnuēter accipiendū: vt titulo reperto: priuatus hoīem indēnotatum interficiat. Id ita esse facile liquebit. Si quidem animaduertimus: nihil omnīū esse: qd̄ lex parcius circūspectiusq̄ permiserit: Etenim (si meminī) tribus dūtaxat tēporibus lex indulgit: vt quis citra iudiciū hominē occidat: primū adulterū: sed in vxore deprehensum: id qd̄ intemperanti & insuperabili mariti dolori donatū est. At ita si corpus vtrūq̄ pariter interimat. Si argumētis idoneis deprehensum fuisse doceat: deinde in vi depellēda. At ita si demōstres: te mortem effugere nequissimē: nisi mortē intulisses id lex ita interpretat: quasi sese tueri potuis sit isthuc: q̄ aliū occidere. Vterq̄ tamen facti sui rationē reddere compellit statim sese prodere: nec expectare donec in ius trahatur atq̄ (vt ita dicam) vltro semet reū facere cogitur. Qd̄ si omnia cōstabunt argumenta: ita demū a lege dimittitur: vt venia nō laude dignus esse videatur. Postremo in Tyrannicidīo: vbi propter periculi suscepti magnitudinē lex præmiū quoq̄ proponit: at ita si eum quē tibi lex isto velut insigni Tyrannici nominis denotauit: fortiter occideris: non si scelestū alio scelere sustuleris: neq̄ parietur te ius occidendi permissum: latius q̄ ad vnicū Tyrannī caput trahere: nisi si quis obfistat: vt per illius necem tibi necesse sit ad illū penetrare. Jamq̄ hoc factum tuū secunda illa ratione defēditur. Huic tertio generi fortasse proxima videatur: hostē in bello ferendi facultas: quam tuā tamē libidini lex non: nisi permisit. Nisi palam hostis sit declaratus in imperatoris verbis iuraris: nisi ille in aciem eduxerit: nisi signa canere iusserit: tibi fraudi futurū est: hostem interfecisse. Tu dicturus es. Hostē occidisti: nam plusq̄ hostilia faciebat nomen hostis tantum aberat: re hostē agebat. Lex respondebit: suarum partiū fuisse: hostem declarare. ac tuo fortasse scelere fructur: verum ne serpat exemplum: poenas de te sumet. Quid aut aliud abste

Erasmi Roterodami.

factum est! Vnum tibi lex nominatim designauerat: tu illius vocabulum tuapte auctoritate in aliū transfers: quod nisi in vnum non potest competere: neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit: ne tibi fas sit aliquando quē voles magistratū: quem voles iudicē: quē voles ciuem Tyrannū appellare. Neque vero sine grauissimis causis lex tot vinculis astrinxit: hanc in vitam alterius licentiā. Perperdit nihil maius eripi cuique posse: quā vitā: vidit in extinctū facile varias causas confingi etiā impune posse: quandoquidē ille non sit refutaturus: qui iacet. Vidit quā multis titulis suum quisque dolorē posset prætexere: si post occisum hominē vlla causa recipiatur: præter eas quæ legibus sint expressæ. Quid quod grauatim sibi quoque lex permisisse videtur: ut homini vitā eripiat: quā comperta: quā multa requirit argumēta: quā multa concedit reo: quā maligne agit cum actore: quē non nisi suo periculo vult accusare: quātum spacii largitur: ei qui defertur: quā liberam iudicum reiectionē. Quantū igitur a mente legis abesse putas: ut cuilibet permittat vel pro suo priuato dolore: vel domestica iuris interpretatione: hoc est subuersione in cuiusque vitam grassari! Neque ad rem pertinet quātum criminū accitū exaggeres: quātū uis etiam verorū: addo notorum: dicas parricidā: sacrilegū: incestum: proditorem: peculatorē: veneficum: interfeci. Tyrannū lex iubet occidi: at hic vnus multis Tyrānis erat sceleratior pestilentiorque ciuitati. Ad ista tam multa crimina lex tibi verbo respondit. Nihil moror quā fuerit scelerosus: qui perit. in vnum Tyrannū tibi ius feceram occidēdi. In reliquos in ius trahēdi. Si derulisses: auditus reuictus damnatus a me palam poenas dedisset: omniisque reip. salubri exemplo fuisses. Nūc tu priuata libidine interficiens: pro saluberrimo exemplo: perniciosissimū in ciuitatē induxisti & legum instaurationē: a legis violatōe auspicaris: hoc ē malis malo mederi studes. An me clā esse putas: quā multi sint in hac turba vita indigni: morte dignissimi! At eos meæ cognitioni non tuis manibus seruo: sunt fora: sūt tribunalia: sūt iudices: sūt carceres: secures: carnifices. Quur tu mihi præire conaris! quur nullo mandāte magistratū occupas! & dum Tyrannicida videri vis: Tyrannū imitaris! Nā quo alio nomine tantopere mihi est inuisus ille: nisi quod mihi parere recusat! & præire conatur. Ei demū ferrum tractare licebit: cuius manibus ego permisero. Si iuuenem occidisses: quod non alia patuisset ad Tyrannū via: darem veniā necessitati: nunc occidisti: non obfistentē: non auxilium ferentē patri: sed patris opē implorantē. Huius vnus cæde contentus discessisti Tyrannū nec impetisti: in quē vnum tibi ius fecerā. Meum erat expēdere utrū ex vso reip. fuerit an iuuenis occideretur: maluerā illum exquisitoribus excruciatū suppliciiis exemplū omnibus edere. Neque hæc dico iudices. quasi partū gaudeā pariter cum patre sublatū filiū: utinam eadē opera simul oēs sint oppressi: quibuscūque Tyrānus placet. Sed quis prohibet simul & gaudere: quod deorum bonitas nobis hanc rem bene verterit: & tamē non cōmittere ut huius temeritas si iudicio cōprobetur: in legē atque in exemplū trahatur! Nec de iuuenis iniuriā vindicanda nunc agitur: sed de legis violatæ maiestate. Non enim par est: ut cuique personæ præter ius extincti odium in scelere suffragetur. Neque tam spectandū in quē commissum sit facinus: quā quo exēplo commissum. Alioqui quur non eadē opera: fas sit in Tyrāni nepotes: pellacas: pucros: vxores: libertos: lenones grassari! Bonā Tyrānidis partem vxor sapenūmero suggerit. Ad summā immanitatē: nonnunquam libertus aliquis: aut vernula instigat: quur non & hos iugulas! Si tibi ius est æstimationē priuata meritorum ciuem iugulare! Quid quod est aliquid Tyranno nocētius: in quo tamen haud quāquam tibi ius sit occidēdi! Finge esse qui totam hanc urbē: templa: domos: curiā conatus sit incendere: imo qui iam compluribus locis ignem subiecerit: sed incēdiū subito exorto hymbri restinctū: auctorem non obsecrurum: verū abditū latitare. Eum forte fortuna repertū manu tua trucidas. Num lex tuum factū approbabit! Non opinor. Atqui Tyranno ille quāto erat nocētior! Tanto nimirum quāto est atrocior ciuitatem: semel funditus euertere: quā expilare: ciues vniuersos vno iore

finire q̄ in pauca quædā sentire capita. Et tamē in vnum Tyrānum stringendū ferri potestas priuatim permittitur. Illū deferendi modo ius habes! Hic in re tam aperta legis mētem calumniari: & nouo interpretamento tui facinus palliare: quid tandē aliud est q̄ legū auctoritatem euertere: atq; id per cuniculos quosdā agere: qd Tyrannus palā ac vi facere cōsueuit! In recipiēda lege fas est populo causam æquitateq; legis excutere: Caterū receptæ: lōgo iam vſu cōprobatæ simpliciter oportet obtemperare. Neq; enim existimandū est maiores illos nostros viros sine cōtrouersia sapiētissimos ita sine grauissimis rationib⁹ instituisse vt priuatim interficiendi Tyranni facultas vnico capite finiretur. Primū ad iugulādū licentiam fenestrā aperiendā ciuib⁹ non putauerunt: deinde perspiciebāt Tyrannidem fatale quoddā esse reip. malū: qd minore noxa toleraretur: q̄ male exagigaretur. Neq; posse semel tolli: nisi Tyranni ipsius cæde. Quo submoto videlicet qui legibus imperabat nō parebat: tam nihil opus esse priuata audacia: nimirū illis in reip. administrationē vindicatis. Quod si Tyrannus in ius vocari potuisset: ne hunc quidē tuæ dextræ arbitrio permisissent. Videbant & illud. Tyrannidē nonnullā habere monarchiæ legitimæ speciem: hoc tm̄ interesset q̄ in monarchia: populus regi paret: Rex legibus. in Tyrānide omnia vnus libidini subiecta sunt. Rex publicā spectat vtilitatem: Tyrannus priuatim suam: vnde publicitus expedit: vt Tyranno veluti principi legitimo ciuitas pareat. donec idoneus aliquis vindex extiterit: qui legum auctoritatē in pristinū statū restituat: atq; id vnus (si fieri potest) capitis iactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis pestibus: quæ totū reip. quasi corpus corripunt: legū prudentia cōsueuit vti: vt exemplo magis: q̄ admissi talione: morbo medeatur: ne dum ciuitatē sanare studet: magnam ciuitatis partē interimat. Hinc est q̄ in seditionibus publicis: non nisi in ipsos authores cōsueuit animaduerti: reliquis quos tempestas illa cōmouerat: dari venia: aut vix etiā dari venia: qui in publico reip. tumultu quietē egissent. Quæ potest autē pestis esse fatallior: q̄ Tyrannis! Quæ sese latus in ciuitatis membra diffundit! Quota quæq; vrbis pars ab hoc vicio sincera potest esse! Omitto iam quicquid est ambitioforum: ære alieno obstrictorum scelere contaminatorum: barbarorum (nam hæc tota sentina hominum Tyrannide gaudet: vt in qua nullis maiora q̄ sceleratis sint præmia) bonos etiam ciues hoc malum inuoluit: dum vel timēt fortunæ suæ: vel rectū iudicāt seruire temporī. In hoc itaq; rerū statu leges non extinctæ sed oppressæ modo: cautim & circūspiciēter agūt: intelligunt hoc vlcus citra summā ciuitatis perniciē exasperari nō posse: vnus capitis dispendio cōmode sanari posse. Quare docto culpā medico præmiū ostendunt: digito demonstrant qd membrū secari velint: quibus abstineri. Caput iudicātū illæ: tu de xtram secuisti. Illæ Tyrannū: tu Tyrāni satellitem occidisti. Quo præmio dignus! Nempe eo quo qui morbo inscite exagitato: totum hoīem in extremū vitæ discrimen adducat: quo qui hominē legibus veratib⁹ occidat. Neq; ego nūc te cædis reum ago: ager alius fortassis: cuiusq; lubitū erit: verū illud modo consiliū fuit: ostendere tibi q̄ insignitæ sit impudētia: in ea causa: tam eximiā tibi vindicare laudē: tam egrægia poscere præmia: in qua nequeas obtinere: si modo rectū exactius ac seuerius agat: vt graueis poenas effugas. I nunc & curiosum me voca: qui tam cādide tāq; ciuilliter tecū agam: vt quum te possim in graue discriminē vocare: sat habeā legis & reip. causam defendere. ne circūuenta præmium dare cogatur ei qui nihil boni sit promeritus. Id qd nō iudicibus modo (quibus isthuc iam dudū liquere putō) verum tibi etiam ipsi cupio persuadere. & facturum me cōfido: si modo tātis per animū possis attēdere. Vinigitur: vt quēadmodū tu faciebas: itidē & nos summatim totam causam ob oculos reuocemus: dispiciamusq; q̄ multa tuo in facto desiderēt ad id: vt legi satisfeceris: & q̄rum tu sis hallucinatus: quum multa diceres etiam superesse. Tria quædam requirit lex: & ita requirit vt si qdlibet horum desit: aut poenam te: aut certe nihil gratiæ

Erasmi Roterodami.

debere se credat. Quorsu ego non vnum aliquod: sed vniquodq; deesse docebo. Quod si facio: vtrū aequo animo cedes præmio: an impudētē petere persistes? Ergo rem accipe. Nisi tria hæc tibi constiterint: nō est qd Tyrānicidæ præmiū petas. Animus: via: & effectus. Animus duo quædā complectitur: vel quid speraris: vel quid proposueris. Nam si Tyrannum per impudentiam occidisses: si præter propositū: nō magis profecto: præmiū tibi debeat: q̄ si quis Tyrāno amicissimus idē fecisset. nam idem potuit accidere. Tu porro qd propositū in arcem attuleris: ipse videris: ita demū legi persuasum erit: te voluisse occidere Tyrannū: si occideris. Non occidisti: atq; id etiā quum tibi in manu fuerit (vt ais) si libuisset interficere. Lex negat sua referre: vtrū Tyranniciū propositū in arcem non attuleris: an allatum repente mutaris. Iam quid speraris excutiamus. Quāq̄ isthuc leges nō ita valde curiose perscrutantur: sed tamē in tam absoluto facinore partes omnis constare oportet. Quid enim si Tyrannū interfecisses quo Tyrannidē ipse occupares: vtrum præmiū sperares? an supplicium metueres? Quid si quo priuatū animi tui dolorē vlcisceris: Tyrannū occidisses: atq; id esset palam? Num præmiū auderes poscere? Quid: si Latrones Tyrannū forte fortuna obuium obtrūcassent: num ad hunc honorē aspirarent? Quid si quis Tyranno priuatim insensu: magna te pecunia conduxisset: quo ei Tyranno venenū dares dedissesq;: nū quæso Tyranniciæ præmiū postulares? Ego hic tecum nō ago coniecturis: nihil dico in vitā tuam: q̄ quidē obscurior est: q̄ vt tu alioqui rā gloriosus quicq; de ea ausus fueris dicere: illud vnum affirmare nō dubitē: qui Tyrannū quū tuto licuerit nō occidit: plane noluit occidere. Qui eum occiderit: cuius mors extremū exitium reip. videretur allatura: potius q̄ vllā cōmoditatem: is aut priuatim dolorē vlcisci voluit: nō libertatem publicā vendicare: aut emolumentum suū sequutus est reip. periculo: non suo periculo reip. studuit prodesse. Postremo. nō potest nisi gloriæ teiunio adductus videri: qui tam insolenter se iactat. Nō pōt nō videri lucrum sequutus: qui tam improbe p̄m̄ium flagitat. An nō vides igitur q̄topere hac parte a tota legis mēte dissentias: quem illa tuæ vitæ periculo: sua causa voluit occidere: cum tu non solum volens præteristi: verū etiā periculose in remp. irritasti: quem sua causa noluit occidi: cum tu maximo nostro periculo tui cōpēdii: aut animi fortasse gratia iugulasti. sed finge te animū Tyranniciæ dignū ad facinus attulisse: lucri perinde vt vitæ contēpto rem: magni tamen refert: qua ratione Tyrannidē tollere aggrediaris. Iam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior quæ tamē nemo aliis tibi cōcessurus est. te in filio iugulasse patrem: in nō Tyrāno Tyrannū. Largior isthuc delium aliquē tibi prædixisse: vt certū præscire potueris: qd ipse etiā vix diuinare delius potuerit. Licuisse tibi patrē occidere: si libuisset: verum hoc poenæ genus tibi magis placuisse. Sustuleris sane Tyrannidē: idq; noua: quadā et inusitata ratione. Vides q̄ multa tibi dono. Tamē obsistam tibi nec finā ferre præmii: propterea q̄ ea via sustuleris: quæ legi nō probatur: quæ non expediat moribus ciuitatis: quæ nō sit forti viro digna. Age quid si Tyranni filiū infantem in cunis iugulasses: & rurū adfuisse delius ille: per quē certū præscire posses fore: vt necato puero: Pater sibi mortē accerferet: atq; id euenisset. Vtrum te tanq̄ Tyranniciā suspiceret resp: an potius tanq̄ immanem & ferum hoīem execraretur: qui in eā sæuieris ætatem: cui etiam ab hoste armato parcitur: quæ leonibus etiā miseranda videatur? Quid ergo? Vtē tuo maleficio resp. Ceterum exēplum haud quāq̄ probabit. Quid si Tyrāni vxorem: quā ille misere deamaret: per vim constuprasses: atq; ille eius impatiens cōtumeliæ fugerit e vita. Vtrum Tyranniciū laudem flagitabis: an raptus & adulteriū supplicii potius formidabis? Res obscura non est. Conferam tuo facto propiora. Quid si Tyranni medicus quū esses: veneno ægrotātī dato: illum sustulisses: Vtrū vt veneficum oderit te resp. an vt virum fortē admirabit? Tyrannum sublatum gaudebit: facti rationē modūq; detestabitur. Quid si quum te Tyrannus familia

ritur vteretur: tu in conuulſio: prætextu neceſſitudinis venenū porrigeres. deniq; ſi per magicas imagines ac maleficas quaſdā deuotiones Tyranno vitam ademiffes: vtrū a lege præmiū an poenā expectares? Atqui Tyrannidē vtcunq; ſuſtulifti. Euentu gaudet lex. Verū exemplū tam pñcioſū in remp. nō recipit: vt cōſueſcant ciues ſcelus vlcīſci ſcelere: patrē in filio iugulare. vides quātū momēti ſit in modo viaq; vt factū tuū approbet? Qd lex permittit vt fiat: non ſtatim permittit: vt id via qualibet efficias. Adulterū ferro occidere licet: veneno aut incantamētis nō licet. Quir ira? Quia peſtilēs exēplū oīno tractare venena. Nec id vlla cauſa q̄tūis honeſta: finit in ciuitatē irreperere. Quid qd ne hoſtē quidē veneno: aut malis artib⁹ interficere fas eſt? Nā nuſq nō improbat maleficia lex: & veneno ticta tela etiā in bellis interdīcta ſunt Qd ſi modus facti ſperatur in hiſ: in quibus nullū petitur præmiū: quāto magis id fiet: in hiſ in quibus ſūmū petitur? Lex triumphū ſtatuit: ei qui certū hoſtiū numerū fuderit: Fuderit aliquis nō acie: ſed aquis & pabulo veneno tinctis: Vtrū ciues hūc aquis oculis ſpectare poterunt triūphantē: an potius ſicuti veneficiū oderint: auerſa bñtur execrabuntur? Quid qd priuatis etiā in rebus via moduſq; perpēdit: quo magis idē oportebit: tum in publico: tū in ſplēdidiffimo facinore: vt a quo cōueniat omnem ſcleris ſuſpicionem abeſſe? Age illud tecū reputa: ſi medico mercedē pactuſeſſes: quo te morbo leuaret: at q̄ ille nō pharmacis ſed maleficiis & incantamētis morbuū exemiſſet: vtrū præmiū dabiſ: an magis hoīem in ius trahes iniuriæ malis artib⁹ data reum ages? Clamabit ille morbo te leuauit: qua via quid iſt huc tua refert? Hoc tm ſpectabas: vt morbo liber eſſes: ei rei merces ē promiſſa. Ingratū te vocabit: qui niſi ſua opera ne eſſes quidem: qui præmiū negare poſſes. Tu protinus reſpondebis: opinor medico te præmiū eſſe pollicitū non mago: neq; deberi quicq; niſi rem malam ei: qui beneficium male dederit. Quāq; ne dediſſe quidem videtur: qui malum malo tollit. Id enim mutare eſt in cōmodum: nō amouere. Dices enim animo notum: dum corpori ſubuenitur. Atq; iſtam litē vinces: etiā in iquo iudice. Atqui eadem: aut melior etiā & vincibilior eſt tecum cauſa legiſ: q̄ quæ tibi futura fuerat cum medico. Nam ibi de priuata mercedula diſceptaretur: hic de publico honore. Ibi falſus eſt vnus: hic legi fraus fracta: per quā cautū oportuit ne quiſq; ciuium circumueniatur. Ibi ſal⁹ data: certa quidem & efficaci: ſed ſuſpecta & improbata via: hic nefario ſcelere (quir enim nō ſic appellatur homicidium qd in ciuem contra legem admiſſum ſit) nō libertas reſtituta: ſed in extremum diſcrimen adducta reſp. Quandoquidē tuum factum perinde habet: ac ſi medicus quiſpiam ad curam mercede cōductus: venenum pro remedio miniſtret: qd tamē ægro tanti (ita vt non raro conſueuit accidere) per occaſionem morbum adimat. Qui reualuit ſuis fatiſ acceptū feret q̄ viuat: tibi mortem tamenſi vitarit tamen imputabit Neq; ſua re ferre putabit: vtrū imperitia: an perperam ac ſtudioſe pro pharmaco venenum porrexeris propterea q̄ tui fuerat officiū: aut non ſuſcipere negotium: aut fidem ſimul & artem & induſtriā ac diligētiā: & quicqd a probato artifice ſolet requiri: ad curam adferre. Sed age finimus adhuc poſſidere te: qd dudū ſumus largiti: vt plane iſta via Tyrannū occideris: ciuitra vllū reip. diſcrimen. Lex non approbabit facinus tuum: niſi non tantū a crimine verum etiā ab omī criminis ſpecte procul abſuerit: ne videlicet ea quæ in hoc potiſſimū adhibita eſt in ciuitatē: vt maleficiū omne ſecludat: incolumitatem ſuā quā cōueniebat: aut deo cui plam: aut certe diis ſimillimo homini acceptā referri: ſclerū debere dicatur. Non approbabit inq; niſi Tyrannū ipm quē noiatiſ indicauit ipſa: quāq; pmittit via ſuſtuleris: ne p primā iſtā periculōſū exēplū in rēp. irrepat. Poſtremo niſi ferro: nō clanculariis ac maleficiis artib⁹ niſi virtute: niſi manu: niſi vitæ tuæ manifeſto cōtēptu Tyrannū trucidaris Neq; em huc tm ſpectat lex: vt Tyrannus in præſens ſubmoueat: verū illud multo magis reſpicit: vt oēs mortales intelligant: in ea ciuitate viros eſſe fortes qui nō vereantur vitæ ſuæ diſpēdio: patriæ

Erasmi Rotterdami.

omnibus consulere: ac præclari exemplo facinoris, omnes etiam in posterum ab affectatione Tyrannidis deterreantur: quum videant in ea ciuitate nullum esse Tyrannis satis tutum præsidium quadoquidē illud nemo scit: qui vitæ suæ sit cōtempтор: eum esse alienæ vitæ dominum. Nam quod omnino satellitium: quæ excubiae: qui parietes: quæ aræ: quæ arma aduersus huiusmodi animū: Tyranni caput defendant: qui patriæ libertatem suauitā bene credat emi! Postremo autē: vt maxime tibi cōstet animus: vt constet via: id quod est totius negotii caput non effecisti: Tantū enim abes: vt Tyrannū occideris: vt quātum in te fuit: Tyrannidē maiore in modū auxeris: interfecto Tyrāni filio. Quid autē refert: malicia an stultitia remp. in discrimē adduxeris: Nam illo quod vulgo dicunt nihil verius. Intēpestiuam beneuolentiā nihil a simulatōe differre Tantū abest: vt occideris Tyrannū: vt ne suspicari quidē potueris: id euentū: vt ipse semet occideret. Sed iuuenē occidisti: patre insolentiorē: quid tum postea! si patri & huius scelera lex imputat! Magnū proinde Tyranni satellitē: nō Tyrannum occidisti. Sed paratū Tyrannidis heredē occidisti: in Tyrannidē succedit: qui prior: qui potior est in occupando. Verū esto sane: certum heredē sustuleris: igitur qui Tyrannus erat futurus interemisti! At qui quod futurū est: id nondū est. Porro lex eū qui iam Tyrannus sit tolli iubet: nō quē aliquando futurū diuines. An qui statuā ex pacto debeat: & rudē truncū præstitit: fidē persoluisse videatur! Non arbitrator. Vbi nūc igitur sunt illa tam multa: quæ tibi ad præmiū postulandū supererant! Vides quē vnū quidem omnium tibi cōstet: quorum nihil oportebat deesse. Volui inquis: id demum voluisse te lex credit: quod effeceris. Postea e re nata: propositum est cōmutatū. Hoc igitur pmiū tibi debetur: quod ei qui in Olympiis medio cursu relicta meta: ad carceres reflectit habēas. At periclitat⁹ es. Proinde id laudis auferes: quod is qui sudauit in Olympiis nec vicit. Sed occidisti deniq: verū eum quem neq: lex pmittebat arbitrio tuo: neq: ex vſu publico fuerat: occidi. At bene vertit ciuitati quod fecisti: numini igitur gratia debetur: tali qualē pallidē atticis fuisse ferunt de qua prouerbiū extat quod Archenſiū male consulta: in bonū exitū vertere cōsueuit. Nō tu leges seruasti: sed sustulisti. nō libertatē restituiſti: sed numen aliqd huic vrbi propiciū: quod euentū tuæ temeritati debitū: sua cōmoditate a nobis auertit. quod tuam stultitiā nobis vertit in occasionē restituendæ libertatis. Non ego ingrātū erga te populū cōstituo: imo tu populū ingrātum: in deos reddere laboras: quē quū semel in periculū vocaris: ne pro simplici Tyrānide duplicatam pateretur: nūc rursus in discrimē trahere conaris: ne ab iratis superis in pristina seruitutem: aut grauius aliqd infortunū retrudat. Quid tu te fucis & phaleratis dictis: in alienum meritū insinuas! Quid tibi in eo negotio laudē vniuersam vēdicas: ex quo ptenpōnā temeritatis nihil ad te redire merito possit! Si reip. si iudicib⁹: probare potes animū tuū Tyrannicidā dignū: qui nullū periculū vitæ reip. causa recularit. Si facinus nō scelere: nō pernicioso exemplo: sed legitima via peregiſti: si fortuna tuis egregiis conatibus bene expetitum dedit euentū. aude Tyrannicidā te vocare: aude pulcherrimū ac penē diuinū munus a rep. poscere: aude nobis seruatas leges: restitutā ciuitatē: aude tēpla: aras: focos: fortunas oīs: rutos pueros: inuiolatas virgines: impolluta matrimonia: deniq: hoc ipsum quod hic lege et apud iudices agimus exprobrare: aude mihi minari: quod obſtit erim: aude ciuitatē ingrati tudinis insimulare: nisi laudē pmeritā persoluerit: aude iudices vel iniquos vel corruptos clamarare: nisi suis sententiis pmiū tibi decreuerint. Cōtra si suspectū quod volueris: si periculo sum: si cōtra leges: si cū scelere cōiunctū: quod feceris: sit pudor ac define tandē improbe pmiū flagitare quod nulla rōne pmerueris: pōnā si sapias icipe depcari. Ist huc fortassis ab ægrotate iudiciū: a ciuitate deorū munere læta quæ ipetrare. Neq: em̄ putes: vnū me: te a pmiō deterre re. Imaginare ist hac in causa: pariter & leges & rēp. & deos tibi aduersari. Pura leges his rectum verbis agere. Si nos vere restitutas videri vis: sine nostram authoritatem primū in hac

tua causa valere. Longe plus laudis ex hoc iudicio referes: si nobis cesseris: si parueris: si tua cupiditate nostro submiseris arbitrio: si primum exemplum in te ciuibus edideris: reuixisse nos. Si monstraris ciuitati iam non ex sceleratorum libidine: sed ex nostro præscripto cuique viuendum esse. Atque altera ex parte remp. hac recti oratione vti puta. Si ciuem bonum mihi præstare studes: noli hanc stultitiæ notam mihi inurere: vt in posterum re cognita dicar ebrietate quadam gaudiorum ei præmiū decreuisse: cui poena magis deberet: noli mihi deos: quos vix denique tam diutinis votis: tot facris: tot precibus: tot meis malis placui: commouere: propter illos reddidi: denuo per ingratitude iratos atque infensos reddere. Sine vt mihi per te liceat: saltem illorum beneficio frui. Quid si te neque leges: neque resp. commouet: certe deorum orationem vereri debes: quos ita recti agere putato. Quid tute in nostræ laudis possessionem ingeris? Quid honori nostro inuides? Quur non finis nos in hac ciuitate perpetuo benignos esse? Quur tu ipse tam ingratus existis? Ciuitas hæc semel mihi restitutam libertatem debet: tu bis debes. commoditati nostræ: & quod remp. seruauimus: cuius tu pars es: & quod commoditate nostra: tuam periculosam stultitiā vel scelus potius: in maximam felicitatem verterimus. Etenim nisi nos dextris propiciis adfuissimus: quid aliud tu quam perieras: & per te resp? Quod si plane contendis: vt præmiū aliquod feras: abunde magnū præmiū a nobis persolutum est: quod per nos res a te male instituta bene verterit. A legibus merito maior: relata gratia: si nostræ prosperitatis respectu: temeritatis simul & sceleris veniam condonarint. A ciuitate satis amplā laudem feres: si capiat: vt in restitutæ libertatis historia tuū quoque nomen admisceat. Hac laudis parte contentus desine nobis debitum velle præripere: ciuitati munus nostrum eripere: legibus auctoritatem adimere. Sed finem facio nimirum extillata iam aqua. Quid superest nunc vestræ presunt iudices statuere: Vtrum secundum leges: secundum deos: secundum remp. sententiā dicere: an secundum hunc gloriosum ostentatorem pronunciare velitis. Vtrum hanc urbis felicitatem: huius temeritatis: huius sceleris acceptam ferre malitis: sæpius exprobranda: & breuifortassis a superis iratis (id quod abominor) auferendam: an in deos quibus sine controuersia tota debetur referre: eorundem pietate: seruandam: agendam: beneque fortunandam. Vtrum magis ex usu sit: vt primo hoc iudicio: statum leges circumuentæ dicantur: an vt appareat: legum restitutarum seueritatem: & iudicum sapientiam aduersus vnius iniquam postulationem valuisse.

Finis declamationis Erasimicæ.

Erasmus Roterodamus M. Iohanni Paludano Rhetori Louanensium. S.P.D.

UT intelligas humanissime Paludane Erasmi illum tuum tametsi per omnes terras mariaque volitantem: tamen tui memoriā perpetuo secum circumferre: mitto quasi Symboli vice Luciani dialogum cui Titulus. *Ἐπεὶ Τὸν ἀπὸ τοῦ Ὀντοῦ Τὸν* Quem in Italiam profecturus. in ipso poene procinctu latinum feci. In eo non sine voluptate tamquam in speculo videbis: aulicæ vitæ incommoda: quæ tu mihi sæpenumero commemorare solebas: nimirum expertus: et veluti naufragio eiectus ac vix isti liberæ litterariæque vitæ redditus. Idque feci eo studiosius: vt meo exemplo te prouocarem: vt iam diu Græcicis in litteris versatus incipias & ipse aliquando audere aliquid. Quur enim non dicam audere? Quum nullum sit mea sententia facinus audacius: quam si coneris ex bene Græcis bene Latina facere. Vale: meque tui amantissimum mutuum Ama.

Hh II.

Erasmi Roterodami Interpretatio e Luciano.

Luciani libell⁹ de iis q mercede cōducti in diuitū familiis viuūt: Erasmo iñterpr̃e.

Equid tibi primū. amice: aut quid postremum (quemadmodum vulgo di
ci consuevit) recenseam: ex his quæ tum facere tum pati cogitur: qui mer
cedis gratia sese in alienas domos conuictūq tradit alienum: quicq in locu
pletum istorū amicitia accensetur: si modo estasmodi illorū scrūtutem: cō
uenit amicitia appellare. Nō enī multa atq adeo pluraq omnia quæ
illis ibi soleant accidere: non q ipse ea experimēto cognorim (neq enī mihi vnq expertūdi
incidit necessitas: ac ne quādo incidat diū prohibeant) sed q complures: qui in hoc vitæ ge
nus inciderant: apud me soliti sint cōmemorare: partim qui in ipfis etiā dum malis cōstitu
ti: quæ & quāta ferrent deplorabāt: partim qui tanq e carcere quodā profugit: nō absq vo
luptate recordabantur cōmemorabantq ea quæ fuerāt perpeffi. Imo iuuabat reuocare ob
oculos: quas erūnas effugissent. Atq hi quidē idigniores mihi visi sunt: quibus fides habe
retur: vt q eius sacri ritus (vt ita dixerim) omnis: omniaq myſteria pdidiſſent. Hos igitur
haud quāq indiligēter nec oſcitanter audire soleo: veluti naufragiū quoddā: ac præter spē
oblectam salutem enarrantes. Cuiusmodi sunt isti qui in templis deraſo capite: in frequen
ti mortalium coetu: immanes vndas: procellas: sublatos in celum fluctus: iactus: malos fra
ctos: gubernacula reuulſa narrāt. In primis aut geminos Caſtorē & pollucē apparētes (Nā
hi peculiariter ad hāc tragediā ptinent) aut aliū deū quēpiā repēte (quēadmodū in fabu
lis fieri cōſuevit) exortū: ſūmīſq antēnis cōſidētem: aut iuxta clauī adſiſtentē: qui nauim
inualidā ad littus aliqd direxerit: in qd illiſa ipa qdē ſcīm ac cōmode diſſolueret: illi vreo tu
to in ſolū deſcēderint: idq ope fauoreq diuino. Atq isti igitur: p multa id genus ad pſentē
cōmoditatē: exaggerantes cōmemorant: quo videlicet a pluribus ſtipē accipiant: ſi nō cala
mitoſi modo: verū etiam diis chari eſſe videātur. Porro ſi dum eas quas in rectis tulerūt tē
peſtates referret: atq imanes illas vndas: quin etiā decumanos fluctus: & quēadmodū pri
mum a littore ſoluerint mari trāquillo: qtrūq moleſtiarū ppetua nauigatiōe ſint ppeffi: dū
ſiſtēdū naſcant: dū ſalo pfundunt. Deniq quēadmodū infelici nauigio in cauē quāpiā
ſub vndis latentē aut in ſcopulū aliqūē pruptū: & aſperū illiſo fractoq miſeri aggre enata
runt: nudi: cunctarūq rerū inopes. Hāc vnq quū referret: mihi quidē viſi ſunt: p multa: præ
pudore ſubticere. volētesq ac ſciētes obliuiſci. At ego etiā illa: pterea aut & alia nō nulla ex
illorū narrationib⁹ cōiectās dephendi: quicqd erūnarū cū eiufmōi cōuictibus cōſtitutum eſt.
Quæ qdē oīa haud grauabor: optime Timocles: tibi pōſere. Ian pridē enī mihi videor aīad
uertīſſe: te de capeſſenda hac vitæ rōne cogitare. Nā olim quū his de reb⁹ ſermo incidīſſet:
mox ex his q pſites erāt quiſpiā: mercenariū hoc vitæ gen⁹: laudare coepit: fortunatiſſimos
eos affirmās: qb⁹ cōtigīſſet: horū familiaritate q apud Romanos eēnt optiātes: tū cōſulū
adeſſe opiparis: idq imunes: pterea ſplēdidis in ædibus diuerſari: tū peregrinari oīgena cū
cōmoditate voluptateq alba interim in rheda ſi forte libeat reſupinatos. Inſup ob hāc ami
citiā obq cōmoditates qb⁹ afficiūſ: etiā præmiū ferre. Id vero non mediocre vident: iſtis enī
haud dubie citra ſemētē: ac citra culturā: qd aſūt: cūcta puenire. Hæc igit atq id gen⁹ alia
cū audires: aīaduerti: quēadmodū adiea inhiaueris: qq auide ad oſtētatā ſimnētēq eſca os
porrexeris: pinde ne qd mihi certe: in poſterū poſſis iputare: neq expoſtulare qas: qd cū te
cōſpicerem⁹ rīm vna cū eſca deglutiētē hamū: nō corripuerim⁹: neq priuſq in guttē de mer
gere⁹ ſuulſerim⁹: neq pmonuerim⁹ Verū poſtea q ceſſaſſem⁹: donec coſiā adacto atq iſſixo
trahi lā ac vi duci cōſpicerem⁹: tū quū nihil opis afferri poſſit fruſtra adeē nos atq iſſachry
mari. Hæc inq ne qn poſſis dicere: q ſi dicāt: merito pſctō dicāt: neq a nobis reſelli poſſent:
quo min⁹ peccaſſe videremur: vt q pri⁹ iſta nō indicāſſemus: audi nūc ordie oīa. Ac rete q
dē ipm: cuiufmōi ſit qq nullū habeat exitū: nō intus mediis in ſinib⁹ iuolūt⁹ ſed ſoris tuto

atq; per oclum ante contemplator: vinci aeris aculem: reflexa hami aciem: ac tridentis cuspidem: manu tentans malaq; ad mortis experiens. Quasi si vehementer acuta: nisi sic illigata vt effugiendi nulla sit facultas: nisi dira vulnera factura videantur: acriter trahenda: & inexplicabiliter retinentia. nos quidem inter formidolosos. atq; ob id etiam pauperes famelicosq; ascribito: ipse vero sumpta fiducia: venatu istu si videtur: aggreditor. Lari in more totam escam hiatu deglutiens. Atq; in vniversum quidem forsitan tua causa omnis hic sermo dices. Quanq; non solum de vobis philosophis aut his quicunq; vite institutu sibi delegerunt: cui virtutis studio conuinctus: verum etiam de grammaticis rhetoricis musicis: breuiter de omnibus qui in doctrinae professione versari: questusq; facere proposuerunt. Caterum: quum omnia sint inter istos communia: eademq; prorsus accidant omnibus palam est: philosophoru conditione non esse a reliquis eximiam. Imo hoc illis turpius ista contingere quam sint cum aliis communia si illi qui conducunt: non aliis praemiis eos q; reliquos dignos iudicet: nihiloq; magis q; ceteros in honore habeant. Itaq; cum re reperietur id qd hac narratio recensetur: eius culpam potissimum in ipsos conferre par est qui eiusmodi facti sunt. deinde in eos qui talia sustinet. Ego vero culpari non debeo: nisi forte veritas & libertas in commemorando reprehensionem mereat. Ac reliqui quidem hominum vulgus: puta palestricos quospiam: aut adulatorem imperitos: sortidumq; animorac suapte ingenio humiles & abiectos homines ne operae precium quidem fuerit ab eiusmodi conuictu dehortari: quippe nequaquam obtemperaturos: neq; rursum aequi sit illis vicio vertere: q; non relinquant suos conductores: etiam plurimis ab illis contumeliis affecti. Sunt enim ad eam vitae ratione accommodati facti: neq; ea videlicet indigni. praeterea ne habeant quidem aliud quippiam: ad qd sese couertant: & in quo sese exerceant: adeo vt si quis eam vitam illis adimat: ignaui illico: omissiq; inopes: desidiosiq; atq; inutiles reddantur. Quam obrem: nec ipsi rem indignam aliquam patiuntur: nec illi contumeliose facere videant: si (qd aliter) in matellam immixerint. Etenim ad eas ipsas contumelias iam inde initio praeparati: conferunt sese in familiam. Atq; hac sola illis ars suppetit: ferre: & perpeti quicquid acciderit. Caterum eruditum nomine de quibus instituta loquitur: merito indignandum: enitendum: vt qd maxime fieri potest: eos inde reuocatos: in libertate vindicemus. Videor autem recte facturum: si quibus de causis se quidam ad hoc vitae genus conferunt: eas causas excussero: parumq; idoneas: atq; efficares esse demonstrauero. Siquidem eo pacto omnis illis praeripitur excusatio: summusq; ille titulus quo suam spontaneam seruitutem solent obtexere. Iam igitur pleriq; paupertate & rerum necessariorum inopia proponunt: atq; eam umbram satis idoneam existimant: qua suum factum praetexant. q; vitro ad eam vitam accesserint. Ac sibi sufficere credunt (quum aiunt) se quidam ignoscendum facere: qui id qd est in vita molestissimum: nempe paupertatem studeant effugere. Postea in promptu Theognis atq; illud plurimum in ore.

Nam quemcumq; virum paupertas illigat.

Et si quae alia terribilia abiectissimi quicq; poetae de paupertate sunt commenti Equidem si videam ex hominum conuictu paupertatis effugium aliquid vere contingere: non ad modum anxie cum eis de vehementer amplectenda libertate disceptare. At posteaq; eiusmodi quaedam accipitur: culusmodi sunt agrotantis alimentum (quemadmodum egregius ille dixit orator) qui queant effugere: quo minus in hoc ipsum parum recte sibi consuluisse videant: nimirum si illis manente eodem vitae illius argumento. Semper enim manet paupertas: si accipiendi necessitas: nihil qd seponat: nihil superest qd reseruet. Verum quicquid datum fuerit: vt desit: vt vniversum etiam capiat: prorsus omne insumit: ita tamen: vt ne id qd in usus sufficiat. Recte autem futurum fuerat: si nequaquam casus eiusmodi comminisceret: qd paupertatem seruaret aliterq; atq; eatenus duraxat opitulante: verum qd illam tandem aliter tollat. Ac forsitan tibi hoc volebas Theogni cum diceret. etiam in altum mare ac pruptis de scopulis precipitem dari oportere. Qd si quis se pauperem egesset: quum se mercede conductus mereat hoc ipso sese

Erasmi Roterodami Interpretatio e Luciano.

arbitraretur aufugisse paupertatem: non video qui fieri possit: quo minus hic ipse sese fallere videatur. Rursum alii negant sese paupertatem formidaturos: si modo reliquorum hominum in modum possint suo labore suaque industria victum suppeditare. At nunc sibi fractas esse corporis vires: seu seniores seu morbis: neque ad eam vitam mercenariam facilem videlicet atque commodam confugere. Age igitur inspiciamus num vera praedicent: & num ea quae dant: ex facili illis suppetant: neque maiore labore consent: quam vulgo suus victus. Nam id quidem etiam votis expectandum: uti citra laborem: citra sudorem: nullo negotio paratum argentum accipias. Verum quod haec absint a veris: istud profecto ut dignum est: ne dici quidem satis potest: tantum laborum: tantum sudorum in eiusmodi conuictibus exhauriendum: ut ex eo tempore: quum pluribus etiam egeant rebus: tum praecipue bona valitudine: quippe quum quotidie sexcenta non desint negotia: quae corpus conficiant atque extremam usque defectionem delassent. Verum haec suo loco dicemus quum etiam reliquas illorum incommoditates commemorabimus. In praesentia sat erat leuiter ostendere qui se aiunt hac de causa in seruitutem addicere sese: ne istos quidem vero dicere. Super est iam ut eam causam referam. quae quidem ut est verissima: ita ab illis minime profertur. Nempe ipsos voluptatis gratia: & amplis illis spebus incitatos vitro inuadere familias diuitum: auri argentique vim & copiam admiratos: praeterea quod felices sibi videantur: ob consulata: reliquasque eius vitae delicias: sperantes futurum: uti mox: nemine veritate: affatim auro sese pluant. Haec nimirum sunt quae illos adducunt atque ex liberis seruos constituit. Non rerum necessarium usus quem pretebant: sed rerum non necessarium cupiditas: atque ingentium illarum: & ampliarum opum admiratio. Enimuero quemadmodum miseros istos atque infelices amantes: callidi quidam & veteratores amatum receperant: & fastidienter ducunt: lactantque: videlicet: quo iugiter amantes: ambiant ipsos atque inserviunt. Ceterum ex amoris fructu: ne summo quidem osculo impartitur. Intellegunt enim Copia facta dissoluendum amorem. Id igitur ne fiat praecauet: diligenterque sui copiam subtrahunt. Alioquin spe se retinet amantem: metuens: ne desperatio minuat cupiditatis ardorem: amatoremque ab se alienet. Proinde se arridet. pollicenturque se facturi sint: seque gratificaturi: seque magnificis de rebus curae habituri: donec imprudenter ab eo repetere sensuerint atque utriusque iam praeterierit aetas: huic ad amandum: illi ad dandum. Atque ita omnivita: nihil illis pactum est: ultra spem meram. Atqui voluptatis cupiditate nihil non ferre: id quidem forsitan: non usque adeo vicio vertendum: quin magis venia danda: si quis voluptate capiatur: & hac unde quaque consecretur: quo possit ea potiri: quam turpe forsitan ac seruire. si quis. ea gratia semet in ius tradat alienum: propterea quod voluptas quae ex libertate percipitur multo suauior est quam ea quam ille libertatis lactura sectatur. Attamen hoc quoque aliquo pacto ignoscendum illis sit: si modo consequantur. Verum enimvero ob solam voluptatis spe: multas perferre molestias: equidem: & de ridiculum arbitror: & stultum maxime: quum videant labores certos esse: manifestos: & inextinguibiles: porro illud quod speratur: quod quidem nihil aliud tandem est quam voluptas: ne tam longo quidem tempore contigisse. Praeterea autem: nec verisimile videri: ut contingat aliquando: si quis modo rem recta reputet via. At vlyssis focii: dulci quadam gustata loto reliqua negligebant: ac praesenti voluptate deliniri honesta contenebant: ut non prorsus cum ratione pugnant in illis honestatis obliuio: nimirum animo voluptatis illius sensu occupato. Verum si quis famelicus alii cupiam loto sese ingurgitanti: neque quicquam inde impatiens: assistat: idque sola ob spem: quod credat fore: ut & ipsi aliquando degustanda lotum porrigat: assistat inquam ad hunc modum: recti atque honesti oblitus. diu boni quam hoc ridiculum: planeque verberibus quibusdam homericis dignum. Ergo quod istos ad diuitum conuictum adducit: & quibus impulsus sese illis dedit: ad quodcumque lubitum fuerit utendos: haec sunt: aut his ferme simillima. Nisi si quis & illos commemorandos esse iudicet: quos hac una res ad id commouet: quod gloriosum arbitrantur: cum illustribus atque opulentis viris habere consuetudinem. Sunt enim qui hoc quoque praecclarum ac magnificentum supraque

plebem esse existiment. Nam ego quidem: qđ ad me proprie attinet: recularim vel cum per
 sarum rege cōluere duntaxat: conuictorq; videri: si nullus ex eo cōuictu fructus ad me re
 deat. Quā itaq; causa eius vitæ suscipiendæ sic illis habeat: age iam cōsideremus apud nos
 metipsos: primū cuiusmodi sint illis perferenda priusq; admittantur: priusq; obtineant. De
 inde cuiusmodi in ipsa iam vitā constituti patiantur. Postremo si qua deniq; catastrophe: si
 quis fabulæ exitus illis cōtingat. Neq; enim illud dicere possunt: hæc tametsi molesta sint:
 tamē assuesci facile: neq; ad id multo opus esse labore. Sat esse si velis modo: postea reliqua
 omnia factu fore facilia. Imo necesse est vt primū diu sursum ac deorsum cursites: mane ex
 citatus assidue pro foribus obuerferis: vt perdures. quum protruderis: quū excluderis: quū
 improbus interdū: atq; importunus videris ianitori male syristanti: quūq; tibi nomē indi
 tur Cletori Libycō: quūq; nominis tui memoriā mercede redimere cogeris: quum etiam ve
 stitus tibi est apparandus: supra tuæ rei facultatē: pro dignitate eius culus conuictum ama
 bis: deligēdus color: quo ille potissimū gaudeat: vt ne discrepes: neue oculos illius offēdas.
 Postremo vti gnauiter affectere necesse est: vel antecedas poti⁹: a famulis protrusus: ac ve
 luti pompā quandā expleas. At ille interim compluris iam dies ne aspiciat quidē te. Quod si
 quādo res tibi felicissime verterit: si te respexerit: si accersuerit: dixeritq; quicquid illud fue
 rit: qđ illi forte in buccā venerit tum deniq; tum plurim⁹ sudor: tum singultus crebri: tum
 intempestina trepidatio: tum sane eorū qui adsunt: hesitantiam tuā ac perplexitatē riden
 tium. Qua quidē non raro accidit: vt quū oportuerit respondere: quis fuerit rex achiuorū:
 mille naues illis fuisse respondeas. Atq; id si qui sunt modesti pudorē vocant: immodesti ti
 miditatem nomināt: improbi inscitiam. Ita fit: vt tu primā hanc diuitis comitatē: tibi peri
 culosissimā expertus: ita discedas: vt tantā animi tui imbecillitatē ipse condēnes. Porro vbi
 multas iam noctes insomnes duxeris: vbi plurimos dies cruentos egeris: haud quidē Hele
 næ gratia per louem: neq; ob priameia ppgama: verū spe quinq; obolorū. Cōrigerit aut si de⁹
 quispiā tragicus qui tibi sit auxilio: iam illud restat: vt exploreris excutiarisq; num litteras
 noris. Nam tuus cōuictus nō iniucundus est diuiti: probat enim. ac felicem se reddit. At ti
 bi videtur: de vitā ipsa: deq; omni fortuna certamen esse paratum: propterea qđ tibi venit in
 mentem: idq; merito futurū: vt alius nemo sit admissurus: si prius ab hoc reiectus: ac repu
 diatus videre. Interim in varias curas distraharis oportet: partim dum inuides: is qui pa
 riter ex aequo tecum æstimanē. Finge enim & alios esse: qui eiusdē fortunæ tibi sint cōperi
 tores: te vero tibi videri cūcta parū absolute respondisse: metuentem interim simul & spe
 tantem ac misere de illius vultu pendentē: qui si quid parū probet: eorū quæ dixeris: peristi
 Sin arridens auscultat: hilarescis & spe bona fultus cōsistis. Porro consentaneū est: esse non
 paucos: quorū alii tibi aduersentur: maleq; cupiāt: alii tibi sint oppositi vti resellant. Horū
 vnusquisq; clanculū velut ex insidiis in te iaculatur. Iam vero illud considera: quale sit vtrū
 promissa barba: cana coma: examinari: nūquid bonæ rei didicerit: & aliis qđ didicisse vide
 ri: aliis secus. Superior interim vitæ: & oīs cōtracta ætas tua curiosius disquiritur. Quod si
 quis aut ciuis inuidia aut victnus leui quapiā de causa prouocat⁹: te deferat: & adulterū di
 cat: vel puerariū: is protinus: iuxta vet⁹ illud prouerbiū: ex Iouis tabulis testis. Porro si pa
 riter omnes bene de te prædicent: suspecti leues: pactaq; salarii parte ad hoc ipsum redem
 pti videbuntur. Nam admodū omnia tibi cōstent oportet: Nihil prorsus sit: qđ tibi queat
 obfistere. Alioqui nunq; obtinueris. Age sane. Hoc quoq; contigit: ac bona quapiā fortuna
 cuncta tibi feliciter cesserunt. Probauit ipse tuā orationē: non dehortantur amici qui sunt
 præcipui: quibusq; ille huiusmodi in rebus plurimā habet fidem. Ad hæc vult etiam vxor:
 Non refragatur domus præfectus: neq; item dispensator. Nemo tuā insimulauit vitam: de
 extra omnia: & omni ex parte bene promittūt sacra. Vicisti igitur o fortunate: & coronatus

Erasmi Roterodami Interpretatio e Luciano.

es olympia. Qñm babylonem magis cepisti: aut sardorum arcem occupasti. Habebis copias cornu & gallinacei lac emulgebis: par est vt aliquando præmia capias: maxima videlicet: & quæ laboribus rãtis respondeant. ne corona tua frondea dñtaxat sit: simul vt merces haud quaq̃ contēnenda p̃stituat: eaq̃ cōmode ad vsum: citraq̃ negocii persoluat: vtq̃ reliquis item honos tibi præter ministrorū vulgus suppediet. Cæterū a laboribus illis: luto: a cursationibus: a vigiliis: in ociū te recipias: vt id qđ vulgo solēt optare mortales: porrectis pedibus dormias: nihilq̃ iam facias præter ea sola: quorū gratia primū recept⁹ es & in quæ cōductus. Ita em̃ cōsentaneū fuerat Timocles neq̃ ingēs malū erat futurū: si quis subdita ceruice ferat iugū: leue nimirū: & portatu facile: quodq̃ oīm maximū: auro illitū. Atqui longe secus res habet: imo nihil horum reperiet. Siquidē in mediis ipsis id genus conuictibus: sexcentæ res accidunt: viro ingenuo neutiq̃ tolerāda: Quæ quū audieris: ipse tecū ordine reputato. num quisq̃ ea perpeti queat: cui quidē cū eruditōe vel minimū cōmerciū fuerit. Exorādiar aut̃ si videtur a primo cōuiuio. vnde consentaneū est te cōsuetudinē illā cōspicaturū. Primū igitur: adest tibi quispiā: qui te iubeat ad cōuiuium accedere: famulus: nō incomis: qui tibi prius placād⁹ datis in manū: ne videaris inclusiis: vt minimū quinq̃ drachmis. At ille Accizans: seq̃ quū maxime cupiat: cupere dissimulās. Apage inquit. Egone quicq̃ abs te! Addit & illa: absit: dñ prohibeant. Tandē flectitur atq̃ obtemperat: ac discedit: te diducto rictu: subfannās. Tu porro nitida sumpta veste: mundissimeq̃ cultus: lotus accedis: sollicitus interim: ne prior aliis aduenias. Nam id inurbanū: quemadmodū postremū venire: graue: proinde media inter vtrūq̃ obseruata oportunitate ingrederis: teq̃ sane q̃ honorifice excipiūt: Tum arrepta manu te quispiā: lubet accumbere: paulo infra diuitē: inter duos ferme veteres amicos. At tu perinde atq̃ in louis ædes veneris: nihil non admiraris: & ad omnia quæ gerunt̃ suspensus inhias: propterea q̃ noua tibi atq̃ inuisa sint cuncta. Interim familia te spectat: omnesq̃ qui præsentēs sunt: quid agas obseruant. Neq̃ vero ea res curæ nō est ipsi diuiti: quippe qui famulis aliquot p̃monitis negocii dederit: vt oculis obseruēt: quemadmodū te geras in pueros aut in vxorē: nū subinde: ex obliquo respectes. Ac reliqui quidē cōuiuæ: simul atq̃ te vidēt: propter imperitiā ad ea quæ fiunt attoniti: ac stupefacti derident clāculum: cōlectātes te nunq̃ antea apud alium quēpiā coenasse: nouūq̃ tibi esse vt mātile apponatur. Proinde: sicuti verisimile est: præ hæsitantia sudes oportet: ac neq̃ cū sitias: audeas potū poscere: ne vinosus videre: neq̃ variis appositis obsoniis: & in ordinem quendā extructis: scire posses: cui prius aut posterius manū admoueas. Quare ad eum qui proximus accūbit respectes necesse est: atq̃ eundē imitatus: conuulsi rationē & ordinē discas. Alioqui anceps sedes: & varians: animoq̃ penitus perturbato: & ad omnia quæ illic geruntur obstupescens. Atq̃ interim quidē: diuitis admiraris felicitatē propter auri vim: & eboris: tantaq̃ delicias Interim tuā ipse deploras infelicitatē: qui quū nullius sis rei: tamē viuere te credas. Nonnūq̃ & illud in mentē venit: fore: vt admirādā & expetendā quandā viuas vitam: quippe qui sis omnibus deliciis illis fruturus: cunctorūq̃ ex æquo futurus particeps. Arbitraris enim te semp bacchanalia festa celebraturū. Quin & adolescētuli formosi præministrātes: ac silentio arridentes: suauius in posterū hoc vitæ genus pollicentur: vt Homericum illud nunq̃ desinas in ore habere.

Haud vicio verti debet si Troia pubes:

Armatq̃ simul danai: sub marte: laborum

Pondera tanta ferant.

Ob tantam videlicet felicitatem.

Accedunt ad hæc inuitatiunculæ ad bibendum. Ac postulato per q̃ ingenti scypho quispiam: præbabit tibi: præceptorem: aut aliud quiddā deniq̃ te appellās. At tu recepto scypho

quid vicissim oporteat respondere: propter eiusmodi morum imperitiam ignoras. Iamque rusti canus: & ineligiās esse videris. Ceterum ea propinatio multorum veterum amicorum inuidia in te concitauit: e quibus nonnullos iamdudum tuus accubitus vrebat: quod modo quam adueneris: tuis anteponare. qui multorum annorum seruituram exhauserint. Protinus itaque talia quidam de te inter illos dicta feruntur. Illud scilicet malis nostris deerat. ut etiam tuis qui nuper in familiam commigrarunt: post habeamur. Et solis graculis patet verba romana. Et quid habent: quamobrem nobis debeant anteponi? Num mirifica quandam utilitatem adferre videntur: quam verba quaedam misera dicunt? Rursum alius: haec. An non vidisti: quantum biberit: quemadmodum cibos appositos auide corripit deorari? Homo inelegans: ac fame enectus: qui ne per somnum quidem unquam fuerit albo pane saturatus: multo minus: aue numidica: aut phasianorum: quibus nobis vix omnia reliqua secit. Porro tertius: fatui inquit priusquam quicquam abeat dies: videbitis hunc nihilo plus fieri quam nos. Nam nunc quidem non secus atque calcei noui solent: in precio est: & habetur charus. verum ubi crebro iam fuerit calcatus: lutoque deformatus: tum misere sub lectica abicietur siturus: quemadmodum nos: opplerus. Atque inter illos talia permulta de te iactant. Ex quibus aliquot ita tum etiam ad calumniandum insimulandumque te incitantur. Omne igitur illud conuiuium tui plenum: ac plerique de te sermones. Tu vero propter insolentiam atque insuetudinem: plusquam sat est hauris vini tenuis & acris eoque iamdudum aluo tibi cita: discruciaris: verum neque decorum tibi: ante alios & conuiuio discedere: neque rursum manere tutum. At perducta interim in longam potationem dum sermo alius ex alio nascitur. dum spectacula alia post alia perferuntur in conuiuio (Nam vniuersum fortunae suae strepitum tibi cupit ostentare) non mediocriter discruciaris: cui non liceat: neque videri quae geruntur: neque auscultare: si quis voce cythara ve canat: egregie formosus adolescens tulus. At laudas tamen inuitus: ceterum animo illud optas: ut aut terram ortus repes ortus ea omnia discutiatur: aut incendium aliquod renuncietur: quo simul conuiuium tandem aliquando dirimatur. Habes amice primum illud scilicet & suauissimum conuiuium: quod mihi quidem haud quam suauius sit cepis: candidoque sale: libere quum velim ex his & quantum velim edenti. Verum ut ne tibi commemorare: ructus acidus: qui deinde sequitur: ut ne nocturnos vomitus: mane vobis erit de mercede pacto transigendum quantum: & qua anni parte te oporteat accipere. Ergo praesentibus duobus aut tribus amicis: accersito te: & confidere iussu: sic loqui incipit. Facultates nostrae cuiusmodi sint: iam prospicere potuisti: quod nullus in his strepitus aut ostentatio. sed mediocria omnia: ac plebea. Sic autem animus inducas velim: ut existimes omnia nobis fore communia. Nam ridiculum profecto: si quum charissimam possessionum mearum partem puta meam ipsius vitam: aut per iouem: liberorum etiam (si fors illi liberi fuerint erudiendi) tibi credam: non aliarum item rerum te mecum ex aequo dominum ac possessorem existimem. Ceterum quando certi quicquam est praeficiendum age consideremus quid aptum: quidque tuis moribus sit satis. Atque equidem intelligo non mercedis adductum sperare te in nostram venisse familiam: verum aliarum gratia rerum: puta nostrae in te beniuolentiae causa: tum honoris: qui tibi praeter ceteros omnis continget. Attamen praeficiendum est aliquid. Quin ipse magis quam videbitur statuito: habita ratione: vir amicissimae munerum etiam illorum: quae quotannis festis diebus a nobis accepturum videris. Neque tamen vel ista nobis fuerint neglectui futura: etiam si nunc hac pactione non complectamur. Scis autem complures per annum eiusmodi: munerum occasiones incidere. Horum igitur habita ratione: moderatius nimirum praemium nobis praescribas. Praeterea decet etiam vos homines eruditos: pecuniam negligere. Haec ille dicens: totumque te varia spe labefactas: mirum sibi ac tractabile reddidit. Tu porro qui dudum talenta: ac multa numerum milia somniaras: solidos agros: & familias: sentis quidem tacitus apud te hominis sordes ac parcimoniam: nihilominus blandis tibi pollicitatio tamen atque illud communia futura: sunt omnia ratum & verum fore arbitraris: signarus: eiusmodi dicta. Summis & labiis: non imo & corde profecta.

Tandem prae pudore ipse statuendi ius defers: verum ille facturum sese negat. Ceterum ex amicis praesentibus quempiam in eo negotio veluti medium intercedere iubet qui salarii modum pronunciet: eum: qui neque ipsum grauet: ut cui plurimas: tum alias in res: magis his necessarius sumptus sit faciendus: neque rursus ei qui laturus est: sit omnino indignus. Atque is feniculus quispiam: diuitis aequalis: vna cum illo a pueris: adulando educatus. Eho tu inquit: num inficias ire potes: quin vnus sis qui in hac vrbe viuunt omnium fortunatissimus: cui primum contigerit: quod pluribus misere cupientibus: vix a fortuna dari possit: nempe: ut in huius hominis consuetudinem admittaris: ut communes penates habeas: ut in familia: inter romanos primariam recipiaris! Id nimirum tu Crassi talenta: tum Midæ diuitias superat: si modo sapere didicisti. Equidem non paucos noui magni nominis viros: qui cupissent: etiam si quid ultra datum fuisset: gloriae duntaxat causa: cum isto viuere: & familiares apud hunc atque amicum videri. Quapropter haud inuenio: quibus modis tuam praedicem felicitatem: quiquidem ad hanc tam expectandam fortunam: etiam premio addito admitteris! Proinde: mihi satis esse videtur: nisi plane es insolens: si tantum accipias: simulque pronunciet: sane minimum quiddam: praesertim ad spes illas tuas: attamen boni consulas necesse est. Neque enim iam possis effugere: quum intra retia tenearis. Frenum igitur recipis: mussitans: ac dissimulans: ac initio quidem non magno pere illi reluctans: facileque sequeris: ut quod non admodum te torqueat: neque stringat: donec illi tandem paulatim assueueris. Tum vero li qui foris sunt mortales: hoc ipso nomine tuam fortunam admirant: quod te conspiciant intra cancellos versantem: ac nullo prohibente introeuntem: prorsusque praclaris illis opibus deliciisque domesticum quendum ac familiarem esse factum. At ipse nequaquam videre potes: quam obrem illi te felicem existimet: nisi quod gaudes tamen teque ipse fallis: semper futura meliora fore existimas. Ceterum contra atque speraris euenit: & quemadmodum adagio dicitur: iuxta Mandrabuli morem negotium procedit: in singulos (ut ita dixerim) dies: deterius ac retro relabens. Vnde paulatim velut in luce dubia: tum demum dispiciens intelligere incipis: aureas illas spes: nihil aliud fuisse: quam ampullas quasdam inauratas: porro graues: verum: ineuitabiles: perpetuique labores. Sed qui nam isti sunt: forsitan me rogabis. Neque enim video inquires: quid in hac consuetudine sit adeo molestum: neque intelligo ista quae commemoras: grauiora atque intoleranda. Audi igitur vtr egregie: non molestiam modo negotii perpendes: verum sceditatem: humilitatem: prorsusque seruitutem: vel praecipue interrim consideras. Principio memineris ex eo tempore: te iam neque liberum: neque ingenuum posse videri. Noueris enim te hac omni agenus: libertatem: progenitores: ante limen relinquere: quum in hominum seruitutem temetipsum addices in aedes ingrederis. Siquidem libertas tibi comes ire recusarit: ad vitam tam indignam: tam humilem te conferret. Seruus itaque (tamen si nomine ipso grauius offenderis) seruus inquam: velis nolis: futurus es: neque vnus seruus verum complurium: operamque seruilem praestare cogeris: obstipito capite: a diluculo in vespem usque: idque mercede vili atque indigna. Adde: quod ne placebis quidem admodum: neque domino satisfacies neque ab illo magni fies: ut qui non a puero fueris ad seruitutem institutus: sed sero didiceris atque aetate multum aliena coeperis ad id erudiri. Excruciat autem te pristinae libertatis memoria: animo recursans facit quod ut interdum resiliere conere: relucterisque: atque ob id ipsum fit: ut seruitus tibi molestior accedat. Nisi forte illud tibi ad libertatem sufficere putas: quod non fueris pyrrhia aut zopyrione patre progeneris: aut quod non sic: uti bythinicum aliquod mancipium vociferante preconem diuendaris. At qui tum vir egregie. quum instante nouilunio: pyrrhiis & zopyrionibus imixtus: manu itidem: ut alii serui protedis: capisque: quodcumque illud tandem est quod datur: hac videlicet est auctio. Nam praekonie nihil operis erat: homini qui ipse sui fuerit praeco: quique ipse vltro sibi multo tempore dominum ambierit. Age iam o scelestus (quum enim non dicam praesertim in eum qui se philosophum esse dicat) si quis te pyrata inter nauigandum captum: aut si quis praedo in

seruitutem tradidisset: te ipsum deplorares: tanquam indignam fortunam iniuriam patiereris. Aut si quis manu inlecta: te duceret: in seruitutem afferes: leges inclamares: omnia faceres: acerbè serres: & o terra: dii: magno clamore vociferareris. Nunc vero: quum ipse te: ob paucos obolos: id ætatis in qua etiam si seruus natus esses: tamē tempestiuū fuisset iam ad libertatē aspicere: ipso virtutis ac philosophiæ titulo vendideris: nihil illa reueritus: quæ pmulta ab egregio Platone. Crypsippo. Aristotele differunt: quum libertatē laudat: seruitutem damnant. An non te pudet: quum inter homines assentatores: & emptitios: ac scurras versans ex æquo cum illis æstimeris: quum in tanta Romanorum turba: solus peregrino in pallio versaris: quum quæ romanam linguam perperam ac barbare sonas: præterea: quum agitas conuiuias: tumultuosas: magna hominum turba cõferta: quorum plerique collectitii: quidam sunt & improbi. Atque inter hos laudas odiose. bibisque præter modum: deinde mane ad tintinabulum expectatus: discussa ab oculis dulcissima somni parte: vna sursum ac deorsum deambulas: hesternum luto etiamdum tibiis adhærere! Vsq̃ adeo ne te lupini aut holerum agrestium tenuit poenuria! Vsq̃ adeo tibi defuerunt: fontes frigida manantes aqua: ut per desperationem ad ista deuenires! Haud puto. Quin potius palam est: te: non frigida aqua: neque lupini: sed bellariorum: atque obsoniorum: vinique odorati cupiditate captum euenisse. Quæ dum lupi piscis in morem apudius appetis: tuo merito euenit: ut hamus tibi fauces transfixerit. Itaque in oculis sunt huius intemperantiæ gulæq̃ authorameta. Ac perinde atque sinia a trunco reuinctus: reliquis quidē omnibus risui es: at ipse tibi delictis affluere videris: cui cõtigerit: affatim exple ri caricis. Cæterum libertas: ingenuitas: vna cum ipsis gentilibus: ac tribulibus: hæc nimirum euanda cuncta: atque istarum rerum ne memoria quidem vlla: quæ hoc quoque ferendum: si vita ista cum hac turpitudine duntaxat esset cõiuncta: quæ e libero seruū videri facit non labores etiam accederent: cum illa seruorum colluie cõmunes. Sed vide: num quæ tibi imperat: leuiora sint his: quæ Dromoni aut Tybio mandantur. Nam doctrinæ quidē: cuius rei cupiditate simularat te in familiam suam accersisse sese: per quæ exigua illi cura est. Quid enim (ut dici solet) cõmerci a fino cum lyra! An non vides videlicet: quæ misere maceretur imodico desyderio: vel heroicæ sapientiæ: vel demosthenicæ grauitatis ac vehementiæ: vel platonicæ sublimitatis. Quorum me hercle ex animis si quis aurum: argenti: atque harum rerum curas tollat: nihil fuerit reliquum: præter fastum: molliciem: lasciuia: luxum: ferocitatē: impietatem. Atque ad ista nihil profluum opus te. Verum quum tibi barba ingens properdet a mento: quoniamque vultu ipso graue quiddam & venerandum præ te fers: tum quia pallio graecanico decenter amictus es: noruntque iam omnes te gramaticum esse: seu rhetoricum: seu philosophum: pulchrum ille sibi putat: ut & eiusmodi quispiam: antecambulonum suorum pompæ permixtus esse videatur. Futurum enim hac re: ut graecanicarum disciplinarum studiosus: reliquaque omnis doctrinæ neque negligens: neque rudis esse putetur. Vnde fit ut in periculum vir egregie venias: ne non tam ob admirandas illas artes: quin magis ob barbam palliisque conductus esse videare: proinde ut perpetuus apud illum conspicaris oportet: neque absisvni: verum ut diluculo relictis stratis: in famulatio temet exhibeas cõspiciendum: neque locum in acie deferas. Porro ille inlecta nonnunquam tibi manu: quicquid forte in mentem inciderit: de hoc tecum nugatur: obulis ostentans: quæ ne per viam quidem ingrediens: incutius sit litterarum: quin ut illud ipsum etiam ocium: quod inter inambulandum datur: in re quapiam honesta colloquet. At tu miser interim: nunc cursum: nunc gradatim: nunc scansim plerumque: nunc descensim (Nam scis huiusmodi esse verbum) obambulans: tum sudas: tum spiritum anhelus trahis. Deinde illo intus cum amico quopiā: quum libitum fuerit cõfabulante: quum tibi interim locus defuit: ubi vel assidere queas: librum videlicet in manum sumis: quoque fallas tædium: legis. Post ubi ieiunium te sitientemque nox occuparit: incommode lotus: in tempestiue: puta nocte ferme cõcubas: ad coenam accedis. Haud perinde deinceps in precio habitus: neque conspi-

Erasmi Roterodami Interpretatio e Luciano.

cendus his tui adsunt. Venum si quis aduenerit recentior: tu post tergum reliceris. Itaque in
 angulum aliquem abiectissimum retrusus: accumbis: testis dūtaxat ac spectator eorū quæ
 apponuntur: canū ritu ossa circumrodens: si fors ad te perueniat: vñ aridum maluæ folium
 quo reliqua corripuerint: si fastidiatur ab iis qui supra te accumbunt: præ fame libenter ar-
 repturus. Audi iā & aliud cōtumeliæ genus. Quid q̄ ne ouū quidē soli tibi apponit. Neq̄
 enim conuenit: vt tu semper eadem requiras: quæ hospitibus atq̄ ignotis ministrantur: q̄
 quidem hæc tua sit inscitia atq̄ inurbanitas. Neq̄ auis eiusmodi tibi apponitur: qualis aliis
 Verum diuiti illi: pinguis & succulenta: tibi pullus dimidiatus: aut palumbus aliquis ari-
 dus atq̄ insipidus: non auis videlicet: sed manifesta contumelia ludibriūq̄. Neq̄ vero raro
 fit: vt si quando desit alibi: minister repēte te inspectante: submouens ea quæ tibi erant ap-
 posita: aliis apponit: illud tibi ad aurem immurmurans: tu profecto noster es. Qd si quando
 interim dissecetur: vel porca foeta: vel ceruus: aut structorē tibi modis omnibus propiciū
 habeas oportet: aut certe promethci partem feres: nempe ossa adipe circumtecta. Nam q̄
 ei qui supra te accumbit: parina finitur aditare: quo ad satiatus repudiet: te cōtra tam cele-
 riter prætercurrat: quis tandem isthuc ferat: qui modo sit ingenuus: cuiq̄ tantū insit bilis
 quantum vel ceruis adest? Atq̄ illud equidē nōdum dixi: q̄ reliquis suauissimū: ac vetus-
 tissimum vinū bibentibus: tu solus malum quoddā et pingue bibis: proinde illud semper
 curas: vt auro argento ve bibas: ne colore prodente: palam fiat: re vsq̄ adeo contēptū negle-
 ctumq̄ esse conuiuā. Quāq̄ bene tecū ageretur: si vel illud ipsum ad sarietate vsq̄ bibere li-
 ceret. At nunc vbi crebrius poposceris: minister audisse dissimulat. Adde iā multas interim
 et alias esse res quæ te discrucient: imo nihil esse ferme: qd non sit acerbum maxime quum
 tibi cinedus aliquis antefert: quin plaris te fit is: qui saltandi docet artem: qui iocos iónicos
 contexit: Alexandrinus quispiā homunculus. Nam qui tibi speres: tu vt in accubitu æque
 ris iis qui voluptates & amatoria subministrant: qui litterulas in pectore gestant: proinde
 in obscuro quopiam cōuiui latibulo tectus: præq̄ pudore abstrusus: suspiras: vti conlectan-
 dum est. teq̄ ipsum deploras: ac fortunā incusas tuam: quæ tibi ne paucillulum quidem le-
 poris ac venustatis asperferit. Ac prorsus ita videris affectus vt optes poeta fieri: vt amato-
 rias conscribas cantiones: aut si id non cōtingit: vel eam assequi facultatē: vt possis ab aliis
 conditas digne canere. Vides em̄ qbus in reb⁹ fitū est: vt quis efferat: plurimiq̄ fiat. Quin
 et illud ferre q̄as: vt magi quoq̄ aut arioli psonā (si necesse sit) induas: ex horū gñe: q̄ āplas
 hæreditates: qui imperia: qui cumulas opes pollicentur. Qñq̄dem hos quoq̄ vides non
 mediocriter a diuitibus amari: plurimiq̄ fieri. Ea q̄ vel vnūq̄libet horū fieri percipias: vti
 ne prorsus ridiculus: atq̄ inutilis appareas. Atqui ne ad ista quidem docilis es infelix: proin-
 de submittas te oportet: mustitesq̄ ac tacitus feras: clam apud te plorans: ac neglectui ha-
 bitus. Etenim si te famulus aliquis susurro: deferat: qui solus omnium nō laudaris: puerum
 heræ saltantem: aut cythara canentē: ista scilicet ex re non leue discriminē impēdet. Quapro-
 pter terrestris in morē ranæ: sitiens vocifereris necesse est: id operam dans: vt in laudantiū
 numero insignis ac præcipuus appareas. Quin sepicule: silentibus reliquis: tibi ficta quæ-
 dam laus proferēda: quæq̄ multā sapiat assentionē. Iam vero magnopere ridiculū est: cū
 esurias interim sicialq̄: vnguentis collinī: ac vertice gestare coronā. Siquidem id temporis
 non dissimilis videre: sepulchrali colūnæ: vetusti cuiuspiam cadaueris: quæ gestare solet ea
 quæ manibus inferuntur. Nam huic infuso vnguento: impositaq̄ corona: ipsi & bibunt: et
 edunt apparatus epulas. Porro si etiam zelotypus quispiā fuerit: sintq̄ illi vñ pueri formosi
 vel vxor puella: neq̄ tua ætas adhuc omnino defloruerit: proculq̄ abfuerit a rebus venere-
 lis: profecto nō satis tuta res: neq̄ periculum negligendum: propterea q̄ regis plures sunt
 oculi: qui quidem nō vera solum vident: sed semper veris aliquid addunt ad cumulum: ne

conuiuere videatur. Quas ob res: vultu demisso tibi est accumbendum quæ admodum in per-
ficus conuulsis fieri mos est: verito: ne quis eunuchus sentiat te: in concubinam aliquam confici-
entem oculos: moxq; alter eunuchus: cui iam dudum arcus in manu tensus est: quia vide-
ris: quæ videre nefas: inter bibendum: malam iaculo transfigat. Iam peracto conuiuio: vbi
dormieris: ad galli cantum expgefactus. O me miserum! Ings: o infortunatum: cuiusmodi quondam
conuictus: quos amicos: reliqui: tui viram tranquillam & oculi plenam: somnum quæ meapte paulisper
cupidine metiri soleo: deambulationes liberas: atq; ex his in quale barathrum memet præ-
cipitem dedi! Et deum immortalē: cuius tandem rei gratia! Aut quodnam istud magnificum
præmium! At ne fieri quidē potuit: vt mihi vnq; alias plures comoditates suppetere q̄ tui
suppetebant. Tum autem accedebat: libertas. atq; omnia pro meopte arbitrio faciendi facul-
tas. Nunc porro iuxta id qd̄ prouerbio iactatum est: Leo chordula vinctus sursum ac deor-
sum circumferor. Qd̄q; omniū est miserrimum: maximeq; deplorandum: neq; efficere possū
vt placeam: neq; gratiam emereri queo: propterea q̄ harum rerum sum imperitus ac rudis
maxime compositus collarisq; cum his qui hæc velut artē profitentur. Proinde iniucun-
dus sum: ac neutiq; aptus conuulsis: quippe qui ne risum quidē concitare norim. Quinetiā
sentio me non raro molestum esse & importunū: quum adsum: maxime: quum ipse meipso
festiuor esse conor. Nam illi tetricus videor. In summa nullam inuenio viam: qua me illi ac
comodem. Etenim si meā ipsius auctoritatem ac seueritatem tueri pergo: iniucundus vi-
deor: ac propemodum horrendus ac refugiendus. Contra si risero: vultumq; q̄ possum ma-
xime ad hilaritatem composuero: fastidit illico ille: & auersatur. Ac prorsus tale quiddam mi-
hi videtur: quale sit: si quis in persona tragica Comœdiam agere tentet. Postremo quā ran-
dem aliam vitam mihi viuam demens: posteaq; hanc præsentem alteri vixerim! Dum hæc
tecum loqueris: iam sonuit tintinabulum: iamq; ad eadem tibi redeundum est: obambu-
landum. standum: sed ceromate inunctis ante femorib⁹ poplitibusq; si modo velis par esse
certamini præmioq; tollendo idoneus. Deinde conuiuium idem et eadem apparatus hora
iamq; adeo diuersa viuendi ratio superiorisq; contraria. tum insomnia: sudor: defatigatio:
paulatim quasi suffocis cuniculis inducit vel tabem: vel pulmonis exulcerationem: vel
intestini tormina: vel egregiam illam podagram. Reluctaris tamen sedulo Ac frequenter
quum valitudo poscat vt lecto decumbas: ne hoc quidē licet: eo q̄ assimulari morbus quo
munia officiaq; iusta defugas existimatur. Hinc p̄ter omneis perpetuo palles semperq; iam
iam morituro videre similis. Et hæcenus quidem de his quæ domi ferenda sunt. Quod si
quando fuerit peregrinandum (vt ne interim referam alia incōmoda) sæpe fit: vt pluuiis
coelo: vbi postremus veneris (Nam is locus tibi sorte contigit) vehiculum operariis: do-
nec nullo iam reliquo loco vbi sedas: proxime coquum aut heræ comptorem te reclinante
ne stipulis quidem affatim substratis. Neq; vero tibi referre grauiabor: quod mihi Thes-
mopolis iste Stoicus narrauit sibi accidisse: rem profecto nimisq; ridiculam: quæ tamen ea-
dem possit et alii cuius accidere. Conuuebat enim cum opulenta quadam ac delicatā
muliere ex illustribus istis & vrbis. Eam: quum aliquando peregre proficisceretur (nam
id primum aiebat sibi maximopere deridiculum accidisse) in curru sibi viro nimirum phi-
losopho adiunxisse Cinedum quemplam picatis cruribus: derafa barba: Quem illa hono-
ris (vt conficō) gratia secum ducebat. Quin nomen quoq; Cinedi commemorabat. Aie-
bat enim Chelidontū vocari. Iam primum illud cuiusmodi fuerit vide: iuxta viri seuerum
tetricumq;: tum senem canoq; mento: affidere nihili hominē & effœminatum: pieturatis
oculis: lubrico vultu: fracta ceruice: non Chelydonem per Iouem. I. Hyrundinem sed vultu

rem magis: reuulsis barbæ plumis. Qdñ magnopere illū fuisset deprecatus: ne faceret: futurum fuisse: vt flammeum etiam in capite gestans assideret. Præterea autē perpetuo hoc itinere molestias innumerabiles pertulisse sese: illo cantillāte garrienteq: demū (nisi idem hominem coercuisset) in Rheda etiam saltante. Addebat secundo loco tale quiddā sibi fuisse mādatum. Accersito illi mulier Thesmopoli inquit: ita tibi dii bene faciāt: magnum qdādam officium abste requirā: qd caue recuses: neq: expectes vt quicq te sim rogatura studio sius. Atq hoc (vt est credibile) omnia se facturum pollicito: hoc inquit te rogo quandoquidem: video te virum probum: diligentem & amātem Caniculam quā nosti Myrrhinamū vehiculum recipe: eamq mihi serua: curans ne quid illi desit. Nam misera grauida est atq adeo propemodum iam propinqua partui. At isti scelesti & immorigeri ministri: non dicā huius: sed ne mei quidem ipsius magnopere rationem habent in peregrinationibus. Quare ne te putes mihi mediocre beneficium facturum: si charissimam mihi iucundissimamq Caniculam seruaris. Recepit Thesmopolis quum illa tantopere rogaret ac propemodū etiam fleret. Porro spectaculum erat supra modum ridiculum: Canicula e pallio pānens pro spectansq paulo infra barbā ac subinde imēlens (Tamet si hęc quidem Thesmopolis reticuit) ac gracili uoce latrās (hulusmodi enī catellæ iam in deliciis sunt) neq non pāmētum oblingens. maxime si quid pridiani iuris inhræret. Porro Cinedus affessor ille quum non insulse super conuiuium dictoria quædam iecisset in eos qui aderant: ac deniq & ad Thesmopolim vsq dicacitas peruenisset: de Thesmopolide (inquit) vñum hoc possum dicere cum e stoico Cinicum iam nobis esse factum. Equidem audiui caniculam etiam peperisse in Thesmopolidis pallio. Huiusmodi deliciis illudunt: vel (vt verius dicam) hulusmodi contumeliis ac ludibriis tractant eos: qui cum ipsis viuunt: paulatim eos cicures ac manusuetos ad ferendas contumelias reddentes. Præterea autem & Carcharorum oratorem noui qui iussus super coenam declamabat: neutiq inerudite per louem lino grauitè & absolutissime: ac laudabatur interim ab illis bibentibus: quum non ad aquæ modum: sed ad vini amphoram oraret. Atq eam molestiam: ob ducentas drachmas perpeti ferebatur. Verum hęc quidē fortassis vt cunq tolerāda. Porro si diues ipse aut poeticus fuerit: aut historicusq sua ipsius scripta in conuiuiū recitare gaudeat: tum vero maxime futurum est: vt discrucietur ac dirumparis. Nempe quū admirari: quū assentari: quum novos quosdam laudandi modos comminisci necesse habes. Sunt autem qui & formæ nomine studeant admirandi videri. Eos nunc Adonidas nunc Hyacinthos appelles necesse est: etiam si illis naris nonnūq cubitali hiet magnitudine Qdñ laudaris protinus in lapidicinas dionyfiacas asportaberis: tanq qui illi tum inuideas: tum insidieris maleq velis. Ad hęc & sapiētes & Rhetores sint necesse est. Quod si etiam rustice quippiam dixerint: tum vero iuxta illud qd dici solitū est: Attice atq hymetti plenam orationem videri volunt: atq in legem abire: vt deinceps ita loquātur homines Quāq in his quoq: viri forsā vtrūq fieri queant At vero mulieres (nā mulieribus etiam illud studio est vt doctos aliquot in suo conuictu conductitios habeant: quiq sese mercede affectentur) Quandoquidem hoc quoq ad reliquū cultū elegantiamq ptinere putāt: si dicant eruditæ: si phi: si carmīa cōponere Sapphicis haud multo inferiora) ob hęc eadē hęc quoq cōductitios rhetores grāmaticos phos circūferunt. Hos autē adire solēt (id qd ipm est ridiculū) etū tps quū vl comitū aut capillos in orbē religāt: vel in cōuiuiū. Nā alias non suppetit illis ocū. Porro sæpenumero fit: vt interim dū phus quippiā disserit interueniens ancilla litterulas ab adultero porrigat. Ac præclari illi de pudicitia sermones intermittuntur operientes donec illa rescripserit adultero: atq ita redeat ad auditionem.

Porro si quando post multum temporis instantibus saturnalibus aut panathenæis misera quæpiam umbella tibi mittatur aut tunicula semiputris ac detrita: itū deniq; plurima misereantur oportet. Atq; aliquis qui statim subauscultarit herum id facere destinantem: præcurrit primus: adiensq; non exiguum precium aufert: qui renunciarit. At mane plus tredecim te adeunt idem reputantes nuncii: quorum quisq; cōmemorat q̄ multa dixerit: quem admodum submonuerit: quemadmodum adhortans cōmodiora subiecerit. Omnes itaq; donati præmio discedunt: at non sine murmure tamen: qui non plura dederis. Porro salarium ipsum: sex ferme obolorum. Idq; si tu postules: grauis atq; importunus habetis. Proinde quo illud aliquando auferas. Primum ipsi hero adulteris supplexq; fias necesse est. deinde captandus & dispensatoris fauor. Nam hoc quoq; quoddam est seruitutis genus. Neq; verò negligendus is quem in consilium adhibet: neq; item amicus. Deinde qd acceperis iā dudum debebatur vel vestiario vel medico: vel cerdoni culpam. Vnde fit vt sera atq; intempestua eorū inutilia præmia tibi accedāt. Cæterum inuidia ingens. Iamq; etiam calumniæ quædam paulatim struuntur in te: apud hominem qui iam non inuitis auribus accipiat si quid aduersum te dicatur. Quippe qui perspiciat te laboribus assiduis iam detritum: & ad obeunda munia famulatus claudicantem: atq; obaudientem: ac podagra subinde grauari. Proinde posteaq; id qd erat in te florentissimū decerpit: æuiq; partē maxime frugiferam ac præcipuum corporis vigorem detrituit: iamq; te lacerū pāniculum reddiderit: tum modis omnibus circūspicit in qd sterquilinum te deportatū abiiciat: atq; alium perferendis laboribus idoneum in tuū substituatur locū. Ibi insimulatus vel q̄ pusionem illius tentaris: vel q̄ homo senex vxoris ancillam virginē viclaris: vel alio quouis imposito crimine: noctu obuolurus ac præceps datus extruderis: discedisq; desertus ab omnibus: atq; omniū inops rerū optimā podagram vna cum senecta comitem ducēs. Quum interim quæ quondā sciueris: tanto temporis spacio dedidiceris: tum ventrē culleo reddideris ampliorem: tibiq; paraue ris inexplabile quoddā & intolerabile malū. Etenim gula ea quib⁹ assuevit flagitat. Quæ cum negantur indignatur. Adde q̄ præterea nemo te posthac recepturus est in familiam: utpote cuius iam præterierit ætas. quiq; similis euaseris equis senio affectis: quorū ne pelilis quidem perinde vt aliorū animantium est vsui. Quin ex hoc ipso q̄ eiectus es calumnia q̄ potest proxime ad veri similitudinē cōficta: facit: vt aut adulter: aut veneficus. aut aliud quippe tale videaris. Nam accusatori vel tacenti fides habetur. Tu vero Græculus: morib⁹ leuibns et ad omne facinus facilis. Siquidē huiusmodi nos omnes esse dicunt: idq; iure optimo: videor enim mihi causam aduertisse: quāobrem eiusmodi de nobis obtineāt opinionē. Nam pleriq; qui in familias accedunt: propterea q̄ alioqui nihil bonæ rei didicerunt: diuinationem ac maleficia profitentur: conciliationem amorum: immisiones in hostes: atq; id quum faciunt: doctos sese affirmant: palliis amicti barbisq; neutiq; contemnendis onusti. His rebus fit vt non iniuria eandem de reliquis omnibus habeant opinionem: quando eos quos præcipuos esse iudicant videant tales. Maxime vero posteaq; animaduertent q̄ sint in conuiuiis reliquoq; conuictu adulantes: q̄ ad lucrum humiles ac seruelles. deinde electos eosdem iam oderunt: neq; id iniuria. ac modis omnibus adnituntur vt eos funditus perdāt: si quo modo possint. Verentur em̄: ne cuncta illa vitæ suæ mysteria invulgas efferāt: quippe qui nihil non exacte norint: quicq; illos nudos conspexerint. Ea res igitur illos male angit. Omnes enim similes sunt pulcherrimis istis libris quorum aurei quidem umbilici: purpurea foris membrana. Cæterū intus aut Thyestes est liberos in conuiulo comedens aut cædipus matris maritus: aut Tereus cum duabus pariter sororibus rem habens. Eiusmodi sunt et illi: splendidi conspicuiq;. Porro intus sub purpura varias oculunt tragedias. Quorū vnumquemq; si euolueris explicuerisq;: fabulam nō mediocriter longam reperies. Euripi-

Erasmi Roterodami.

dis cuiuspiam aut Sophoclis. Contra foris nil nisi purpura splendida aureiq; umbilici. Harum itaq; rerū sibi conscii oderunt illos: atq; infidias parāt: si quis penitus ab illis defecerit: qui eos probe cognitos depingat: qualesq; sint euulget. Iam vero libet mihi Ceberis illius exemplo & imaginē quandam huius vitæ tibi depingere: vt eam contemplatus scire quæas: num ex vsu tuo sit eam adire Equidē magnopere cupiā vel appellem quempiam vel parhastiam vel etionem: vel Euphranorē ad hāc depingendam tabulam adhibere. Verū quoniam fieri potis nō est: vt aliquem artificem tam egregiū atq; absolutū nancīamur in præsentia: tenuem quandam pro mea virili imaginē adumbrābo. Ergo pingatur vestibulū sublime atq; inauratum neq; id humi situm in solo: verū procul a terra in edito collis fastigio. Præterea inaccessum ferme & abruptū lubricoq; aditus: ita vt plerunq; qui se iam ad sumum vsq; verticem penetrasse sperarāt: lapsō pede præcipitari ceruicē frangant. Intus autē opulencia sedeat: tota (sic vtī videtur) aurea: maiorē in modū formosa atq; amabilis. Porro amator vbi vix tandem cōscendit: iamq; ad fores accesserit obstupescat: oculis in aurū defixis: deinde spes: quæ & ipsa specioso vultu est: ac vericoloribus amicta: manu præhensa introducat: mire iam ipso ingressū attonitū. Atq; ab eo quidem tpe spes vsq; illum antecedit ducatq;: tum aliæ mulieres illum excipiētes: puta fallacia scrutusq;: tradāt labori. At is miserum penitus renudatum tandem senectæ tradat: iam morbidum coloreq; cōmutato. Postremo contumelia: arreptum illū ad desperationem pertrahat & hoc quidem tēpore spes auolans euanescat. Tum ille nō per aureum illud atrium per qd ingressus fuerat sed per posticum quoddam & occultum exitum extrudatur: nudus: ventricosus: pallidus: senex: leua quidem pudorem occultans: dextra vero seipsum strangulans. Occurrat autem excuti pœnitudo frustra lachrymans: & miserū bis etiam conficiens. Atq; hic quidē esto pietatē finis. Cæterū tu Timocles optime ipse consideratis singulis expēde: nūc re tua sit vt in hanc imaginē per aureas illas fores ingressus: per illas longe dissimiles tam ruspiter excutiaris. Quicquid autem feceris memineris sapientis illius qd dixit: deum in culpa nō esse: verum qui sua sponte delegerit.

Τέλος

Cnemonis ac Damippi dialogus: Erasmo interprete. Cnemon

Hoc scilicet est qd vulgo dici consuevit: hinulus leonē. Da. quid isthuc est: qd tecū stomachare Cnemon? Cne. Quid stomacher rogas? Equidē hāredem reliqui quendam: præter animi sententiā: videlicet astu delusus miseris quos maxie mea cupiebam habere pteritis. Da. Sed isthuc quinnā euenit? Cne. Hermolaū nobilē illum diuitē: quū orbus esset: imminēte morte captabā: assidens atq; inserviens. Meq; ille grauatim officium meum admittebat. At interim illud quoq; mihi visū est scitū cōsultūq;: vt testamētū proferrē ac publicarē: quo illum rerū mearum isolidū hāredem instituerā: nimirū vt ille vicissim idē faceret: meo prouocatus exēplo. Da. At quid tādē ille? Cne. Quid ille suo in testamento scripserit: id quidē ignoro. Cæterum ego repente atq; insperato e vita decessi: tecti ruina oppressus. Et nunc Hermolaus mea possidet: lupus cuiuspiā in morē ipso hamo: cum esca pariter auulso. Da. Imo nō escam mō cū hamo: quin etiā te quoq; pistatorē simul abstulit. Itaq; technā istā: in tuū ipsius caput struxeras. Cne. Sic apparet: idq; adeo deploro.

Τέλος

E Luciano dialogi breuioreſ. Fc.L.

Zenophantæ et Callidemidæ dialogus.

Eodem interprete.

Zenophantes.

AT tu callidemides:quo pacto interisti? Nam ipse quēadmodū diuīa parasite? quū effem:imodica ingurgitatōe p̄ſocat? fuerim: noſti:aderas em̄ morietē. Cal. Aderam Zenophātes. Porro mihi nouū quiddam atq; inopinatū accidit. Nam tibi quoq; notus eſt Proeodor? ille ſenex. Zeno. Orbū illū dicis: ac diuitem: apud quē te aſſidue verſari conſpiciebam? Cal. Illū ipſum ſemper captabā: colebamq;: id mihi pollicens fore: vt meo bono q̄ primū moreretur. Verū quū ea res in longū proferretur: ſenex videlicet vel vltra tithonios annos viuente: compendiarīa quandā excogitauit viam: qua ad hæreditatem peruenirem. Siq̄dē empro veneno: pocillatori perſuaderam: vt ſimulatq; Proeodor? potum poſceret: bibebat aūt prolixius: præſentius in calicem inſiceret: haberetq; in promptu: porrecturus illi. Quod ſi feciſſet: iure iurādo confirmabā: me illū manumiſſurū. Zeno. Quid igitur accidit: nam inopinatū quiddā narraturus mihi videris. Cal. Vbiſam lori veniſſemus: puer duob; paratis poculis: altero Proeodoro cui venenum erat additū. altero mihi: neſcio quo modo errans: mihi venenum: Proeodoro porrexit innoxium. Mox ille quiddē bibit: at ego protinus humi porrectū ſtratus ſum: ſuppoſititium videlicet illi? loco funus. Quid hæc rides Zenophanta? Atqui nō conuenit amici malis illudere. Zeno. Rideo proſectornam eleganter: ac lepide tibi hæc reſeuenit. Porro ſenex ille quid interim? Cal. Primum ad caſum ſubitū atq; inexpectatū: ſane cōturbarus eſt. Deinde ſimulatq; intellexit: id qd acciderat: puta pocillatoris errore factum: riſit & ipſe. Zeno. Recte ſane. Tameſi nō oportuit ad compendium illud diuertere. ſiquidem veniſſet tibi populari vulgataq; via: tutius certiusq;: etiam ſi paulo ſerius.

Finis.

Menippi & Tantali Dialogus.

Eodem Eraſmo interprete.

Menippus.

QVid elulas o Tantale: aut quid tuam deploras fortunam: ſtagno imminēs? Tan. Quoniam ſiti enecor Menippe. Me. vſq; adeo piger es atq; iners: vt non vel pronus incumbens bibere noris: vel caua vola hauriens? Tan. Nihil profecero: ſi procumbam. Reſugit enim aqua: ſimulatq; me propius admoueri ſenſerit: q; ſiquando hauſero: ori; coner applicare: prius effluxit: q̄ ſumma rigem labia. Atq; inter digitos effluens aqua: haud ſcio quomodo rurfus manū meā aridā relinquit. Me. prodigioſum quiddam de te narras Tantale. Verum dic mihi: iſtūc ipſum quorſum opus eſt bibere: quū corpore careas? Nam illud qd eſurire poterat aut ſitire: in lydia ſepulcrum eſt. Cæterum tu quū ſis animus: quinā poſthac aut ſitire queas: aut bibere? Tan. Atqui hoc ipſum ſupplicii genus eſt: vt anima perinde quaſi corp; ſit: ita ſitiat. Me. Age hoc ita habere credimus: qñquidē aſſirmas te ſiti puniri. At quid hinc acerbi tibi poterit accidere? Num metuis ne potus inopia moriari? At equidem haud video alteros infirmos: ſi quis hoc relinquat: neq; locum aliū in quem morte demigret quiſpiā. Tan. Recte tu quidē dicis. Verū i hoc ipſum ſupplicii genus eſt: ſitire: quū nihil ſit opus. Me. Deſipis Tantale: & vt verū tibi fatear: non alio potu videris egere: q̄ veratro mero. Nam diuerſum quiddam pateris: iſtis quos canes rabioſi momorderint: vt qui non aquā: quemadmodū illi: ſed ſitim horreas? Tan. Ne veratrū quidem recuſarim bibere Menippe: ſi liceat modo. Menip. Bono es animo Tantale: certum habens: nūq; fore: vt vel tu vel reliquorum manū quiſpiam bibat: Neq; enim fieri poteſt. Quāq; nō omnibus: quemadmodū tibi: pœna adiudicata eſt: vt ſitiat: aqua illos non expectante.

Finis.

li iii.

Erasmi Roterodami.

Menippi ac Mercurii dialogus.

Erasmo quoque interprete.

Menippus.

AT vbinam formosa illi sunt: ac formosae mercuri! Ducito me: docetoque: utpote recens huc profectum hospitem. Mer. Haud mihi licet per ocium Menippe, quin tu isthuc ipso e loco dextrorsum oculos deflecte. Illic & hyacinthus est: & Narcissus ille: & Nireus: & Achilles: & Tyro: & Helena: & Leda: breuiter quicquid est veterum formarum. Me. Equidem praeter ossa nihil video, caluariaeque carnibus renudatas: inter quae omnia: nihil sit omnino discriminis. Mer. Atqui haec sunt quae poetae cuncti mirantur ac celebrant: ossa scilicet quae tu videris continere. Me. At Helenam saltem mihi comonstra. Nam ipse quidem haud quae dignoscere. Mer. Haec videlicet caluaria: Helena est. Me. Et huius scilicet ossis gratia: mille naues ex vniuersa graecia: acto delectu: sunt impletae: tantaque tum graecorum tum barbarorum multitudo confluit: tot urbes sunt euersae. Mer. Caeterum Menippe non vidi si mulierem hanc viuam, quod si fecisses forsitan diceres tu quoque: vicio dandum non esse: Pro tali muliere diu tolerare labores.

Alioquin si quis flores etiam arefactos marcidosque contemplet: posteaque coloris decus abiecerint: deformes nimirum videantur. At si idem: donec florent: coloreque obtinent: sunt speciosissimi. Me. Proinde illud iam demiror Mercuri: si graeci non intellexerunt: sese pro re usque adeo momentanea: quaeque tam facile emarcesceret: elaborare. Mer. Haud mihi vacat tecum philosophari: quare delecto loco: ubicumque velis: prosterne temet ac recumbe. Mihi iam aliae sunt traduenda umbrae.

Finis

Menippi Amphilochoi Trophomi disceptatio

Eodem interprete.

Menippus.

Os nimirum Trophome atque Amphiloche: quam sitis mortui: tamen haud scio quonam modo: phanis estis donati: vatesque credimini: ac stulti mortales deos esse vos arbitrantur. Tro. quid: an nobis igitur impurandum: si per inscitiam illi de mortuis huiusmodi opinantur? Me. At qui non ista fuisset opinati: nil vos: tum quam viueretis: eiusmodi quaedam portenta ostendissetis: tanquam futurorum fuissetis praescii: quasque praedicere potuissetis: si qui percotarentur. Tro. Menippe: Nouerit Amphilochous hic: ipsi pro sese respondendum esse. Caeterum ego heros sum: varicinorque: si quis ad me descenderit. At tu videre nunquam omnino Leadiam adiisse: neque enim alioquin ista non crederes. Me. Quid ais? Equidem nisi Leadiam fuissetem profectus: ac linteis amictus: offam ridicule manu gestans: per angustum aditum in specum irrepsissem: nequaquam fieri potuisset: ut te defunctum esse cognoscerem: perinde atque nos: solaque prestigatura reliquos antecellere. Sed age per ipsum diuinandi artem: quid tandem est heros: neque enim intelligo. Tro. Est quiddam partim ex homine partim ex deo compositum. Me. Nempe: quod neque sit homo: quemadmodum audio: neque deus verum pariter utrumque. Ergo dimidia illa tui pars: quo nunc recessit? Tro. Reddit oracula Menippe in Leadia. Me. Haud intelligo quid dicas Trophome: nisi quod illud plane video: te totum esse mortuum. Finis.

Charontis ac Menippi dialogus.

Ex eiusdem interpretatione.

Charon.

Redde nauticum scelestum. Me. Vociferare: siquidem isthuc tibi voluptati est Charon. Cha. Redde inquam quod per traiectionem debes. Me. Haud quam auferre quas: ab eo quod non habeat Cha. An est quisque: qui ne obulum quidem habeat? Me. Sit ne alius quispiam praeterea: equidem ignoro. Ipse certe non habeo. Cha. Atqui praefocabo te per ditem impurissime: nil

reddas. Me. At ego illiſo baculo tibi cōminuam caput. Cha. Num ergo te tam longo traie-
ctu gratis tranſuexero? Me. Mercurius meo noīe tibi reddat: vt qui me tibi tradiderit. Mer.
Belle mecum agatur per Iouē: ſiquidem futurū eſt: vt etiam deſūctorū nomine perſoluam.
Cha. Haud omittam. Men. Quin tu igitur: hac gratia perge vt facis: nāuim trahere: q̄q̄ qd
non habeo: quinam auferas? Cha. At tu nesciebas: quid tibi fuerit adportandum? Me. Scie-
bam quidē. verum nō erat. Quid igitur? num ea gratia erat mihi ſemper in vita manendū?
Cha. Solus ergo gloriaberis te gratis fuiſſe tranſuectū? Me. Haud gratis: o p̄clare: ſiquidē:
et ſentinam exhaui & remū arripui: & vectorū omnīū vnus non eiulaui. Cha. Iſta nihil ad
naulum: obulum reddas oportet. neq; em̄ fas eſt: ſecus fieri. Me. Proīde tu mē rurſum in vi-
tam reuche. Cha. Belle dicis: nimirū vt verbera etiā ab Aeaco mihi lucrificiā. Me. Ergo mo-
leſtus ne ſis. Cha. Oſtēde: quid habeas in pera. Me. Lupinū ſi velis: & Hecataē coenā. Cha.
Vnde nobis hunc canem adduxiſti Mercuri? rum qualia garriebat inter nauigandū: vecto-
res omnes irridens ac dīcteris inceſſens: vnusq; cantillans: illis plorantibus. Mer. An igno-
ras Charon: quem virū tranſuexeris: plane liberū: cuiq; nihil omnino curā ſit: Hic eſt Menip-
pus. Cha. Atqui ſi vnq̄ poſthac te recepero. Me. Si receperis: o praeclare. Ne poſſis quidem
iterum reciperet

Finis.

AD GVLIELMVM COPVM Medicorū eruditiffimū ERASMI ROTERODAMI.
Sacrae Theologiae professoris de Senectute ſubrepente: deq; reliquo vitae chriſto: cui totum
debeatur: dicando Carmen.

A Nica nobiliſſum medicorum gloria Cope:
Seu quis requirat artem:
Siue fidem ſpectet: ſeu curam: in quolibet horum:
Vel iniquus ipſe noſtro
Præcipuos tribuit Gulielmo: liuor honores.
Cedit: fugitq; morbi
Ingenio genus omne tuo. teterrima porro
Senecta: morbus ingens:
Nullis arcerive poteſt: pellive medelis:
Quin derepente oborta
Corporis epotet ſuccos: animiq; vigorem
Hebeter: ſimul trecentis
Hinc atq; hinc ſtipata malis: quibus omnia carptim
Vellitq; dereritq;
Cōmoda: quæ ſecum ſuboleſcens vexerit atas:
Formam: ſtatum: colorem:
Partem animi memorem. cum pectore lumina: ſomnos:
Vires: alacritatem:
Authorem vitae igniculum decerpit: & huius
Nutritium liquorem.
Vitales adimit ſtatus: cum ſanguine corpus:
Riſus: locos: lepores.

Erasmii Roterodami

Deniq; totum hominem paulatim surripit ipsa
Neq; de priore tandem:
Præterq; nomen titulūq; relinquit inanem.
Cuiusmodi tuemur
Passim marmoreis insculpta vocabula bustis.
Vtrum hæc senectæ quæso:
An mors lenta magis dicenda est inuida fata: et
Impendio maligna:
Vt quæ deteriora labantis stamina vitæ:
Pernicitate tanta
Accelerare velint. rapidisq; allaber alis:
At floridam inuentam
Vsq; adeo male præcipiti decurrere filo:
Vt illius priusq;
Cognita sat bona sint: iam nos fugitiua relinquamus.
Et citius atq; nosmet
Plane viuere senserimus: iam viuere fracti
Repente definamus
At cerui volucres: & cornix garrula: viuunt
Tot sæculis vigentq;
Vni porro homini post septuaginta protinus idq;
Vixdum peracta lustra:
Corporeum robur cariola senectæ fatigat.
Neq; id satis: sed ante
Q; decimum lustrum volitans absoluerit ætas
Tentare non veretur:
Immortalem hominis ductamq; ex æthere partem.
Et hanc laceffit audax:
Nec timet ingenti sacros incessere nervos
Sua si fides probato
Constat Aristoreli: sed quorsum opus obsecro tanto
Authore: quando certam
Ipsa fidem: heu nimium facit experientia certam.
Q; nuper hunc Erasmum
Vidisti media viridem florere iuuenta?
Nunc is repente versus
Incipit vrgentis senii sentiscere damna:
Et alius esse tendit
Dissimilisq; sui. nec adhuc phœbeus orbis
Quadrages reuexit
Natalem lucem: quæ bruma incunte calendas
Quinta anteit nouembres.
Nunc mihi iam raris sparguntur tempora caris.
Et albicare mentum
Incipiens: iam præteritis vernantibus annis;
Vitæ monet cadentis

Carmen de senectute subrepente. Ad G. Copum. Fo. LII.

Aduentare hyemem: gelidamq; instare senectam.
Eheu fugacis: ohe
Pars veluti melior: sic et properantior aui
O sæculi caduci
Flos nimium brevis: & nulla reparabilis arte,
Teneræ o viror iuuentæ:
O dulces anni: o felicia tempora vitæ:
Vt clanculum excidistis:
Vt sensum fallente fuga: lapsuq; volucris:
Furtim auolastis: ohe,
Haud simili properant vndosa relinquere cursu
Virides fluenta ripas.
Impete nec simili fugiunt caua nubila: ficcis
Quoties aguntur Euris.
Sic sic effugiunt tacitæ vaga somnia noctis:
Simul auolante somno:
Quæ desyderium: curas & præter inanes
Sui nihil relinquunt.
Sic rosa: quæ tenero modo murice tincta rubebat:
Tenui senescit haustro.
Atq; ita (me miserum) nucibus dum ludo puellus:
Dum litteras ephebus
Ardeo: dum scrutor pugnasq; viasq; sophorum:
Dum rhetorum colores:
Blandaq; mellifluæ deamo figmenta poësis:
Dum necto syllogismos:
Pingere dum meditor tenui sine corpore formas:
Dum sedulus per omne
Authorum voluor genus impiger: vndiq; carpo
Apis in modum Matinæ
Pedias solidum cupiens absoluere cyclum
Sine fine concitanti
Singula correptus dum circumuector amore:
Dum nil placet relinqui:
Dumq; prophana saccis: dum iungere Græca Latinis:
Studeoq; moliorq;
Dum cognoscendi studio: terraq; mariq;
Volitare: dum niuosas
Cordi est: et iuuat: & libet ereptare per alpes:
Dulces parare amicos
Dum studeo: atq; viris iuuat innorescere doctis:
Furtim inter istra pigrum
Obrepsit senium: & subito segnescere corpus
Mirorq; sentioq;
Vix mihi spacium iam defluxisse valentis
Persuadeo iuuentæ.

Quir adeo circumspecte parceq; lapillis
 Quir purpuris et ostro
 Mortales vtuntur: & atas aurea: tanto
 Preciosior lapillis
 Et quouis auro: quouis preciosior ostro
 Prodigitur: inq; nugis
 Contentur miseris: nullo recorditer vsu
 Siniturq; abire frustra!
 Adde q; illa queant farciri perditis: Crassos
 Speres tibi licebit
 Et lydos speres Croeosiam Codrus & Irus.
 Sed quod semel scruera
 Pensilibus fufis Clorho deuoluerit æuum:
 Id nec venena Circe
 Nec magicum Mala mari gestamina: sceptrum
 Nec dira thessalorum
 Medæ succis reuocare precamina possint.
 Non si vel ipse diuum
 Neq; te saturaret pater ambrosioq; liquore.
 Namq; his ali iuuentam
 Arceri sentum scripsit nugator Homerus.
 Non si tibi effici
 Rore riger corpus Tithoni Luthæ coniunx.
 Non si ter octiesq;
 Phaon per ficulas venerem Transuexeris vndas.
 Non si tibi ipse Chiron
 Omneis admoueat quas tellus proficit herbas.
 Nec anulus: nec vlla
 Pharmaca cum neruis annos remorantur euntes.
 Arqui ferunt magorum
 Monstrifico fisti torrentia flumina cantu:
 Iisdem ferunt relabi
 Præcipites amnes verso in contraria cursu:
 Et Cinthiæ volucres.
 Et rapidas phœbi fisti figiq; quadrigas.
 Sed vt hæc stupenda possint
 Caminam non speres tamen improbus: vt tibi quondam
 Aut iam peracta vitæ
 Sæcla iterum referunt: aut prætereuntia sistant.
 Sol mergitur: vicissimq;
 Exoritur nouus: & nitido redit ore serenus.
 Exincta luna: rursus
 Nascitur: inq; vices nunc decrescente minuta
 Sensim senescit orbe.
 Nunc vegeta aridet tenero iuueniliter ore
 Redit ad suam iuuentam

Carmen de senectute subrepente. Ad G. Copum. Fe. LIII.

Bruma vbi consenuit: zephyris redeuntibus annus:
Et post gelu niuesq;
Ver nitidum. floresq; reuerſa reducit hirundo.
At. noſtra poſteaꝫ
Feruida præteriit ſæclis labentibus æſtas:
Vbi triſtis occupauit
Corpus hyems: capitifq; horrentia tempora poſtq;
Niue canuere denſa.
Nulla recurſuri ſpes aut ſucceſſio veris.
Verum malis ſupremum
Imponit mors vna: malorum maxima: finem.
More phrygum inter iſta
Incipimus ſero ſapere: & diſpendia vitæ
Incogitanter actæ
Ploramus miſeri: & conſumptos turpiter annos.
Horremus: execramur.
Quæ quondam heu nimium placuere: et quæ vehementer
Mellita viſa dudum:
Tum triſti cruciant recolentia pectora felle.
Fruſtraq; maceramur
Tam rarum ſine fruge bonum fluxiſſe: quod omni
Bene collocare cura:
Par erat: & nullam temere diſperdere partem.
At nunc mihi oſcitant
Qualibus heu nugis: quanta eſt data portio vitæ:
Satis hætenus miſelle
Ceſſatum: ſatis eſt dormitum: pellere ſomnos
Nunc tempus eſt Eraſme
Nunc expergiſci: & tota reſipiſcere mente.
Velis dehinc: equiſq;
Et pedibus manibuſq; & totis deniq; neruis
Nitendum: vt anteacti
Temporis: vt ſtudio iactura volubilis æui
Vigilante ſarciatur:
Dum licet: ac dum triſtis adhuc in limine primo
Conſiſtimus ſenectæ.
Dum noua canicies: & adhuc numerabilis: & dum
Pilis notata raris
Tempora duntaxat ſpaciū effluxiſſe virentis
Iam clamitat iuuentæ:
Nec tam præſentem iam teſtificantur adeſſe:
q̃ nunciant: citatum
Ferre gradum: & ſterilem procul aduentare ſenectam.
Cuiuſmodi videtur
Tum rerum facies: quum autumnī frigore primos
Iam vernus ille pratis

Carminis Erasmi Roterodami Finis.

Decessit decor: ac languescunt Lumina florum,
Iam iam minus nitentes
Herbas: affirmes boreasq; geluq; nocentis
Iam prætimere brumæ.
Ergo animus dum totus adhuc constatq; vigetq;
Et corporis pusillum
Detrimenta nocent: age iam meliora sequamur.
Quicquid mihi deinceps
Fata æui superesse volunt: id protinus omne
Christo dicetur vni.
Quo cui vel solidam decuit sacrarier: vt cui
Bis terq; debeat.
Principio gratis donata: hinc reddita gratis.
Toriesq; vindicata:
Huic saltem pars deterior: breuiorq; dicetur.
Posthac valere nugæ:
Fucataq; voluptates: risusq; lociq;
Lusus & illecebræ
Splendida nobilium decreta valete sophorum:
Valete syllogismi.
Blandæ pegafides: animosq; trahentia pithus
Pigmenta flosculiq;
Pectore iam soli toto penitusq; dicato
Certum est vacare Christo.
Hic mihi solus erit studium dulcesq; camoenæ:
Honos: decus: voluptas.
Omnia solus erit: neq; quicq; ea cura (qd alunt)
Mouebit Hippoclidem:
Terrea si moles: compagoq; corporis huius
Marcescet obsolescens:
Mens modo pura mihi scelerumq; ignara: per illum
Niteatq; floreatq;
Donec summa dies pariter cum corpore mentem
Ad pristinum nouata
Conuictum reuocabit: & huic iam vere perenni
Pars vtraq; fruatur.
Hæc facito vt rata sint: vitæ exorabilis author:
Viræq; vindicator.
Quo fine nil possunt vnq; mortalia vota: &
Vires labant caduæ.

ΤΕΛΟΣ

Ascensius lectori. S.

Habes itaq; lector studiose complures Luciani dialogos Erasmo Roterodamo viro litte-
ratissimo: & nup sacri theologiæ laurea decorato interprete latinissimos factos: Habes præ-
terea de senectute ingrauescente. deq; reliqua: quæta erit: vitæ christo dicæda festiuissimum
eiusdem ad medicorū longe peritissimum Guilielmū Copum Carmē. Habebisq; prope di-
em longe plura ex eiusdem officina: si hæc manu grata & qua merentur fronte susceperis.
Vale: Ex officina ascensiana Sub Calen. Nouemb. MDVL.

Erasmi Roterodami In dialogos Luciani recentius versos præfatio.

Hieronymo BUSLIDIANO præposito Arienſi Conſiliario regio

Erasmus Roterodamus. S. P. D.

RVMor iam pridem hic perſeuerat: acerbior: q̃ vt verum eſſe libeat credere: ſed cō-
ſtantior tamen: q̃ vt vanus credi poſſit: Philippum principem noſtrum: e viuſ ex-
ceſſiſſe. Quid querar mi Buſlidiane: quid vociferer: quē incuſem: hominumue de-
umue! Quæ cōploratio: Tragedia: q̃ huic tam atroci vulnere ſufficiat! Nimio: heu nimio
conſtituiſtis Hiſpaniæ: q̃ quidē primū Franciſcū Buſlidiani Archiepiſcopū Bizontinū nobis
ademiſtiſ: neq̃ tanti viri lactura cōtēta: principē etiā eſſi abſorbuſtiſ: quo (ſi viuere mō licu-
iſſet) nihil vnq̃ habuit hic orbis neq̃ mai⁹ neq̃ meli⁹. Q̃ q̃ qd q̃ſo ſuperat etiā adoleſcētī niſi
vti iam ipſe ſeſe ſuperaret! Sed o dirum fortunæ ludum. O nouā fatorū inuidentiā: o mors
q̃ iniqua: tam etiā inuida vt ſemp præſtantīſſima q̃q̃ q̃ ocyſſime tollis e medio vixq̃ oculis
oſtenſa priuſ ſubducis. Cuius ego vicem hic potiſſimū deplorē! Maximiliani ne patris: q̃
tali ſit orbarus filio: quem vnū multis etiā imperiis anteponēbat! An liberorū magis: q̃bus
ætate tam imatura: tam plus ſit creptus pater! An patriæ potius: cui de chariſſimo princi-
pe: tam ſerum gaudium: tam præpoſitus contigerit luctus! An orbis demū vniuerſi: cui
tam ſingulare lumen ſit ademptum! idq̃ tam ante diem. Hoc nimirum hoc tempeſtas illa
fatalis: qua medio e curſu in Britāniam depulſus eſt portendebat: videlicet fatiſ illum pa-
lam ab Hiſpania reſcipientibus. Equidem Panegyrico qualicunq̃ laudauī iuuenē Tum aſit
bone deus: quot mihi panegyricos: q̃ copioſos pollicebar! Et en repēte cōmutatiſ rebus epi-
taphium paro miſer. Eamus nunc nos homunculi & fortunulis noſtris ſidamus: quum eos
etiā pro ſua libidine mors rapiat. quos q̃ diutiſſime viuere tantopere omnīū refert. Sed
quid ego mi Hieronymi: dum meo indulgeo dolori: tuum exulcero! Qd reliquū eſt præ-
cor vt ſuperi propitiū liberis paternam quidem felicitatem: ſed cum diu Federici viuacita-
te copulatam largiantur. Tibi item in moderandiſ illis fraternos ſucceſſus: ſed vitam fra-
terna diuturniorem. Litteriſ hiſ: ne ad tantum tamq̃ doctum amicum nullo litterario mu-
nuſculo comitata: venirent dialogos aliquot Luciani: comites addidi: quos pauculiſ hiſ die-
bus: dum obſidionis metu Florentiam profugerem⁹: Latinoſ feci: hoc nimirum agens: ne
nihil agerem. Nam in præſentia quidē in Italia mire ſigent ſtudia: feruent bella. Summus
pontifex Iuliuſ belligeratur: vincit: triumphat: planeq̃ Iulium agit. Vale et Ampliſſimo
patri Nicolao Ruterio epiſcopo Atrebatenſi etiam atq̃ etiam Eraſmi commēdato. Bono-
niæ. XV. Cal. Decemb. MDVI.

Erasmi Roterodami.

Cratetis ac Diogenis. Crates.

Moerichum diutrem: noueras ne diogenes: illū in quā supra modum diutrem: illum Corintho profectū: cui tot erant naues onustae mercibus. cuius consobrinus Aristes: quum ipse quoque diues esset Homericum illud in ore solebat habere.

Aur me confice tu: aut ego rete. Diog.

Cuius rei gratia sese captabant inuicē Crates: Crat. Hereditatis causa: quum essent aequales: vterque alterū captabat. lang. testamenta publicauerant ambo in quibus Moerichus (si prior moreretur) Aristem omnium rerum suarū dominū relinquebat. Moerichū vicissim Aristes: si quidē ipse prior e vita decederet. Haec igitur quā essent in tabulis scripta: illi inter se se captabant: & alter alterum adulationibus obsequiisque supare contendebat. Porro diuinit haud scio vtrū ex astris id quod futurū sit coniectantes: an somniis quemadmodum Chaldei faciunt: quin & pithius ipse: nunc Aristem victorem fore pronuntiabat: nunc moerichū ac trutina quidem interim ad hunc. Interim ad illum propendebat. Diog. Quid igitur tandem euenit? Nam audire est opae precium Crates. Crat. Eodem die mortui sunt ambo. Caeterum hereditates ad Eunomium ac Thrasyclē deuenerūt: quorū vterque cognatus illis erat. Atqui de his nihil p̄dixerant diuini futurum: vt tale quippiā accideret. Etenim quū Sicyone Crrham versus nauigarent: medio in cursu. obliquo orto lapige eo sunt depulsi. Diog. Recte factum. Ad nos quū nos essemus in vita nihil eiusmodi alter de altero cogitabamus. Neque enim ego vnq̄ optabam: vt moreretur aristhenes: quo nimirū bacul⁹ illius ad me rediret heredem (habebat autem egregie validum) quem ipse sibi parauerat oleaginis: neque tu Crates opinor desyderabas. vt me mortuo: in possessionum mearū successionem venires puta doli: ac perae: in qua quidē lupini Choenices inerant duae. Crat. Neque enim missi quicq̄ istis rebus erat opus. Immo ne tibi quidē Diogenes. si quidē q̄ ad rem pertinebant: quaeque tu Aristeni succedens accepisti: deinde ego succedens tibi: ea nimirū multo sunt potiora: multoque splendidiora. q̄ vel p̄sarum imperium. Dio. per louē nemini me in istiusmodi opum hereditatem Aristeni: successisse: tibiq̄ eas longe etiā maiores reliquisse. Crat. Verū reliq̄ mortales hoc possessionū genus aspernabantur: neque quisq̄ nos ob spem potiundae hereditatis obsequiis captabat: sed ad aurū omneis intendebāt oculos. Diog. Nec iniuria Neque em̄ habebant: quo facultates eiusmodi a nobis traditas acciperēt: quippe rimosi iam viciatiq̄ delicti: nō aliter q̄ vasa carie putria. Quo fit vt si q̄ quis in illos infundat: vel sapientiā: vel liberratem: vel veritatē: effluat ilico perstilletq̄: fundo qd̄ immissum est cōtinere nō valente Cuiusmodi qddā & Danaī sillabus aiūr accidere: dum in doliū ptusum haustā aquā important. At iidem aurum dentibus: & vnguibus: omniq̄ vi seruabant. Crat. Proinde nos hic quoque nostras poss. debimus opes. Illi simulatq̄ huc venerint: obulū duntaxat secum ferent. ac ne hunc quidem vltterius: q̄ ad portitorem.

τελος

Nirei ac Therfitae Nireus.

Dostremo vel Menipp⁹ hic iudex erit: vter nostrū sit formosior. Dic Menippe: an nō tibi videor forma p̄stantior? Menip. Immo quinā sitis prius arbitror indicandū. Nam hoc opinor scito est opus. Nireus. Nireus ac Therfites. Menip. Vter Nireus vter Therfites? Nondū em̄ vel hoc satis liquet. Ther. Iam vnū hoc vinco: q̄ tibi sum similis: neque tantope me p̄cellis: quantope te caecus ille Homerus extulit: vnū oim̄ formosissimū appellās. Quin ego fastigiato vertice parissq̄ & impexis capillis ille: nihilo te inferior visus sū arbitro. Iam vero contēplare Menippe: vtrū altero formosiorē existimes. Nir. Mirū nī me Aglaia charopeq̄ prognatum. Qui vir pulcherrimus vnus. Omnibus e graui p̄lameia ad pergama veni.

Menip. Atqui nō item sub terrā opīnor pulcherrimus venisti: quippe q̄ reliqs quidem ossi-
bus: aliis appareas assimilis. Porro caluaria: hoc vno īsigni a Therfitæ caluaria dignosci pos-
sit: q̄ tua delicata est ac mollicula. Qñquidē istuc habes effoeminatū ac neutiq̄ viro deco-
Nireus. Attamen homerū pcontare: qua specie tum fuerim: quū inter Græcorū copias mili-
tarem. Menip. Tu quidē somnia mihi narras. / At ego ea spectro: q̄ video: q̄q̄ tibi adsunt in p-
sentia. Cæterum ista norunt: qui id t̄pis viuebant. Nireus. Quid igitur tandē? An non ego
huic formosior Menippe? Menip. Neg: tu: neg: quisq̄ alius formos⁹ hoc loco. Siquidē apud
Inferos æqualitas est: paresq̄ sunt omnes. Therfit. Mihi quidē vel hoc sat est. T 5700

Diogenis ac Mausoli.

Diogenes.



He tu Car: quare rādē insolēs es tibiq̄ places: ac dignū te credis q̄ vnus nobis oib⁹
anreponare. Mausolus. Primū regni nōmine O tu siopenfis: qppe qui Caria impa-
uerim vniuersæ: præterea Lydiæ quoq̄ gēibus aliquot. Tum autē & insulas non
nullas subegerim: Miletū vsq̄ puenirim: pletisq̄ loniæ partib⁹ vastatis. Ad hæc formosus
erā ac procerus: ac bellicis in rebus pualidus. Postremo: qd̄ est oīm maximū: in Halicarnasso
monumentū erectū habeo: singulari magnitudine: quantū videlicet defunctorū alius ne-
mo possidet: neq̄ pari etiā pulchritudine conditū: viris scilicet atq̄ eqs: pulcherrimo e sa-
xoruam formā absolutissimō artificio expressis: adeo vt vel phantū aliqd̄ simile haud faci-
le q̄s inueniat Num iniuria tibi videor has ob res mihi placere: atq̄ efferri? Diog. Num ob
imperii ais. ob formā. atq̄ ob sepulchri molē? Mausol. plouē ob hæc inquā. Dioge. Atqui o
formose Mausole neq̄ vires iā illæ: neq̄ forma tibi iā adest. Adeo vt si quē arbitrū de formæ
pcellentia delegerimus: haud quāq̄ dicere potis sit: quāobrē tua caluaria meæ sit antefere-
da: siquidē vtrq̄ pariter tum calua: tum nuda: vtrq̄ dentes pminulos pariter ostēdamus:
pariter oculis orbatī sumus: pariter naribus simis: ac sursum hiantibus deformari. Cæterū
sepulchrū: ac saxa illa pcosa: Halicarnasseis forsitā iactare licebit: & hospitibus gloriæ cau-
sa ostētare: tanq̄ q̄ magnificā quandā apud se structurā habeāt: verū qd̄ hīc cōmoditatis ad
te redeat vir egregie: nequaq̄ video: nisi forsitan illud cōmodū vocas: q̄ plus oneris atq̄ nos
sustines: sub tam ingētib⁹ saxis pssus ac laborās. Mausolus. Ita ne nihil illa mihi cōducit
omnia: planeq̄ pares erunt Mausolus ac Diogenes? Diog. Imo haud pares inquā. Nā Mau-
solus discruciatib⁹: quorū earū rerū in mentē veniet: qbus in vita florete cōsueuit. At Dio-
genes interim cū ridebit. Atq̄ ille qd̄ de suo illo monumēto: qd̄ est in Halicarnasso memo-
rabit: ab vxore Artemisia: atq̄ sorore parato: cōtra Diogenes ne id quidē suo de corpore nō
uit: nunquid habeat sepulchrū. Neg: em̄ illi res ea curæ ē Verū apud viros excellētissimos
sui memoriā famāq̄ reliquit: vt qui vitā pegerit viro dignā: tuo monumēto Carq̄ abtectis-
sime: celsiorē: ac tutiore in loco substruētam. T 5700

Simyli ac Polystrati

Simylus.



Enisti tandē & tu polystrate ad nos quū annos vixeris haud multo pauciores cē-
tum opīnor. Poly. Nonaginta octo Simyle. Simyl⁹. Sed quā triginta istos ānos cē-
gisti: qbus mihi fueras superstes. Nā ipse perii te ferme septuagenario. Poly. Q̄
suauissime pfecto etiā si hoc mirū tibi videbit. Simy. Mirum vero: siquidē tibi primū senis:
deinde inualido: postremo etiā orbo q̄q̄ poterat esse in vita suaue. Poly. Pricipio nihil erat
qd̄ nō possem. pterea pueri formosi cōplures aderāt: tū mulieres nitidissimæ: vngueta: vi-
nū mire fragrās: postremo mēsa: vel siculis illis lautiores. Simy. Noua narras. Nā ego te pla-
ne sordidū ac parciissimū esse sciebā. Poly. Atqui vir pclare: ex alienis arcis opes mihi sub

Erasmi Roterodami.

scatebant. Tum diluculo prius quam plurimi mortales ad fores meas ueniebant: simulque ex omni rerum genere quod terrarum uicibus pulcherrime reperiunt munera deportabant. Simy. Nunc me defuncto regnum gessisti? Poly. Minime: uerum amantes habebam innumeros. Simy. Non possum non ridere. Tunc amantes: tantus natus quum esses: uirque tibi dentes superessent quatuor? Poly. Habebam per Iouem: eque optimates ciuitatis. Quumque eum tum senex: tum caluus: sicut uides: propterea lippiens etiam ac senio excuties: postremo naribus mucosis: tum cupidissime mihi inseruebat: adeo ut is felix uideretur: quicumque uel aspexissem modo. Simy. Nunc tu quoque quemadmodum Phaon ille: Venerem aliquam ex Chio transuexisti: ut ob id optati tibi illa dederit: rursum ad iuuentutem redire: ac denuo formosum atque amabilem fieri? Poly. Haudquaquam. Quin magis quam talis esse. quale dixi: tum supra modum adamabar. Simy. Aenigmata narras. Poly. Atqui notissimum est hic amor quum uulgo sit frequens. nempe erga Senes orbos ac diuites. Simy. Nunc tua forma: uenit tibi perfecta fuerit intelligo uir egregie: nimirum ab aurea illa Venere. Poly. Uerum tum non parum multas commoditates ab amatoribus tuli Simyle: prope modum etiam adoratus ab illis. Porro laepius etiam quasi proca illis illudebam: excludens interdum nonnullos eorum. Interim illi inter se decertabant et in ambledis primis apud me pueribus: alium alium antequam nitebant. Simy. Sed age: de facultatibus tuis quid tandem statueras? Poly. Palam quidem affirmabam: me unumquemque illorum relicturum habere. Idque illi quum crederent futurum: certatim se quisque obsequentiorum atque adulatorum prebebat. Ceterum alteras illas ueras tabulas: quas apud me seruaueram reliqui: in quibus omnes illos plorare iussi. Simy. At postrema illarum tabularum: quem pronuntiabant heredem? Nunc cognatis quempiam? Poly. Non per Iouem: imo nouitium quedam: ex formosis illis adolescentulis: natione phryge. Simy. Quot annos natum Polystrate? Poly. Viginti ferme. Simy. Iam intelligo quibus obsequis ille te demeruerit. Poly. Attamen multo illis dignior: qui scriberet heredes: etiam si barbarus erat ac perditus. Quae iam ipsi etiam optimates colunt captantque. Is igitur mihi extitit heres. Iamque inter patritios numeratur: subrafo merito: barbaroque cultu ac lingua. Quin cum Codro generosiorum: Nireo formosiorum: Ulysses prudentiorum esse predicant. Simy. Non laboro: uel totum Graeciae sit imperator: si libet: modo ne illi potius hereditate. Τελος Venus & Cupidinis. Veneris.

Quid tamen in causa est Cupido: ut quum reliquos deos omnino adortus expugnaris: Iouem ipsum Neptunum: Apollinem: Iunonem: me denique matrem: ab una Minerva temperes: utque aduersus hanc nec ullum habeat incidium tua fax. & iaculum vacua sit pharetra: tum & ipse arcu ac reas: neque iaculari noris. Cupi. Eque hanc metuo mihi. est enim formidabilis truculentusque aspectus: ac ferocitate quodam supra modum virili. Proinde si quando tunc arcu petam illam: galeae cristam quatiens: expauescit me: moxque formidie tremere occipio: sic ut arma mihi e manibus excidant. Veni. Atque Mars an non erat hac formidabilior? Et hunc tum superatum exarmasti. Cupi. Immo ille cupide me recipit: atque uulso etiam inuitat. Uerum Minerva spiritus adductis superciliis obseruat. Quin aliquando temere ad illam aduolauit faciem prope admouens. At illa si quidem ad me accesseris inquit per pariter Iouem quouis modo te confecerō: aut lancea te transfigam: aut pedibus arreptum in tartara dabo precipitem: aut ipsa te discerpam: plurima ite id genus comminabatur. Ad haec acriter obruebat oculis: postremo & in pectore faciem quodam gestat horridam. uipis capillorum uice comatam. Hanc nimis maxime formido. Territat enim me: fugioque quoties eam aspicio Veni. Esto sane. Minervam metuis ut als atque huius gestamen gorgona reformidas: idque quum Iouis ipsius fulmen non formidauerit. Ceterum musae quam ob causam abste non ferunt: atque a tuis iaculis tutae agunt. Nunc & haec cristas quatiunt: aut gorgonas praedunt. Cupide: Has quidem reuereor mihi. Sunt enim uultu pudico ac fueredo: propterea sp aliquo te nent studio: spiritus cantionibus animi intentum gerunt. Quin ipse etiam non raro illis assisto: carminis suauitate delinquit. Veni. Esto nec has odoriris: propterea quod sint reuerendae. At dianam quae tamen graue non vulneras. Cupi. Ut breuiter dicam: hanc ne deprehendere quidem visum sum potui. prope perpetuo pro motes fugitatem. Ad haec alterius cuiusdam sui cupidinis illa tenet cupidie. Veni. Cuius nomine? Cupi.

Nempe venatu ceruonū & hīnulonū: quos insectatur vt caplat: ac iaculo figat. Ac prorsum tota rerum huiusmodi studio tenetur. Tamen si fratrē eius qui nimirum arcu valet & ipse feritq; eminus. Venus. Teneo gnate. cum sapenūmero sagitta vulnerasti. *τελος*

Martis ac Mercurii.

Mars.



V distin Mercuri cuiusmodi nobis minatur sit Iuppiter: q̄ superba: q̄ dictu absurdū: Ego inq̄: si voluero: catenā ex æthere demittam. vnde si vos suspēsi me vi detrahere conemini: luseritis operā. Nunq̄ em̄ me deorsum trahetis. Contra si ego vos velim in altū attrahere: nō vos modo: verū etiam tum terrā ipsam: tum mare pariter subuectū in sublime sustulero. Ad hæc alia permulta: q̄ tu quoq; audisti. At ego si quidē est vno quolibet singulatim cōferatur: ita præstantiorē eū esse: viribusq; superiorē: haud quāq; negauerim: verum vnum tā multis pariter in tantū antecellere: vt eum ne pōdere quidē vincere queamus: etiā si terram ac mare nobis adiunxerim: id ne utiq; crediderim. Mercuri. Bona verba Mars. Neq; em̄ sat tutū est ista loqui. Ne quid forte mali nobis hæc petulātia conciliet. Mars. An vero credis apud quēlibet hæc dicturū me? Imo apud te solū id audeo: quem linguae cōtinētis esse sciebam. Sed qd̄ mihi maxime ridiculū videbatur: tum quū hæc minitantiē audirem: haud quā apud te reticere etenim meminērā: quū non ita multo ante Neptunus: Iuno ac Pallas: mota aduersus eū seditione machinarētur cōphensum illū in vincula cōficere: quātope formidatū: atq; id tris duntaxat deos: Qd̄ ni Thetis misericordia cōmota: Briareū Centimanū illi auxiliatū accersiuisset: ipso pariter cum fulmine ac tonitru vinctus erat. Hæc reputanti mihi ridere libebat: eius magniloquentiā lactantiāq; Mercuri. Tace. Bona verba. Neq; em̄ tutū est ista vel tibi dicere: vel audire mihi. *τελος*

Mercurii & Maiæ.

Mercuri.



St vero mater deus quisq; in cœlo me miserior: Maia. Caue ne qd̄ istiusmodi dixeris Mercuri: Mercuri. Quid nō dicā: quiquidē tantū negotiorū solus sustineā: quibus delassor: in tam multa ministeria distractus. Nā mane p̄tinus surgendū est mihi statimq; verrendum coenaculū: vbi dī cōpotant. Tum vbi curiā in qua consultant vniūq; strauero: ac singula ita vt oportet composuero: loui necessum est assistere: ac perferendis illius mādatis totoq; die sursum ac deorsum curfitare: insup quū redeo: puluerulentus adhuc Ambrosiā apponere cogor. Porro priusq; nouitius iste pocillator aduenisset: Ego ne c̄tar etiā ministrabam. Qd̄q; est omnium indignissimū: soli omnium ne noctu quidem agere quierem licet: verū id quoq; temporis necesse habeo defunctorū animas ad Plutonem deducere: maniumq; gregi me ducem p̄bere: tum autem & tribunalib; assistere. Neq; em̄ mihi sufficiebāt scilicet diurna negocia: dum verxor in Palestis: dum in concionibus p̄conis vices ago: dum oratores instruo: ni hæc quoq; prouincia accedat: vt simul etiam vniūq; brarum res disponam. Atqui ledæ filii alternis inter ipsos vicibus apud superos atq; inferos agitant. Mihi necesse est quotidie: tum hoc tum illud pater agere. Deinde duo illi Alcmena ac semele miseris prognati mulieribus: oculos in cōiulis accūbunt: at ego Maia Atlantide progenitus illis ministro scilicet. Quin nunc quū recens a fidone Cadmī filia reuersus essem: Nā ad hanc me legarat: visum quid ageret puella: priusq; respirassem: & adhuc anhelū de via versum ad argos emandauit visurū: quicū danæ ageretur. Rursum inde in Boeotriā profectus inquit: obiter Antiopā visito. Adeo vt plane iā pariturū me negarim. Qd̄ si mihi licuisset: lubens p̄fecto fecissem: id qd̄ solēt si q; in terris durā seruū seruītem. Maia. Missa fac ista gnate. Decet enim per omnia morem gerere patri: quū sis iuuenis

Erasmi, Roterodami Venus.

Ac nunc quo iussus es, Argos contende: Deinde in Boetia: ne si cessaris fueris q̄ lētor: pla-
gas etiā auferas. Nam iracundi sunt qui amant. Τελος

Veneris & Cupidinīs.

Venus.

Cupido Gnate: vide q̄ facis flagitia. Nō iam de his loquor: q̄ te impulsore mortales
in terra vel in se quisq̄: vel inulcē alii in alios faciūt: verū de his ago q̄ apud supos
quoq̄ designas: qui qdē louē ipm cogis varias assumere formas: i quodcūq̄ tibi p
tpe viliū fuerit: eū vertens Tum lunā e coelo deuocas Quin & solē aliquoties cōpellis lē
tū apud Clymenen cessare aurigādī muneris oblitū. Nā q̄quid iniuriæ i me msem etiā cō
mittis: audacter ac rāq̄ tuto facis. Verū tu qdē o deorū oīm cōfidentissime: Rheā insup ipsā
iā anū p̄terea deorū tā multorū parentē: eo ppulisti: vt pulsione adamet: atq̄ in phrygiū illū
adolescētulū depereat: ac tua iā opa insanit: iūctusq̄ leonib⁹: adhibitis itē corybātib⁹: q̄ppe
qui & ipsi furore quodā sūt afflati: p Idā montē: sursum ac deorsū oberrat: ipsa qdē Artis amore
eiulās. Ceterū Corybantū: ali⁹ suū ipse penē ense defecat: ali⁹ dimissa coma p mōres ferē
insanus: ali⁹ cornu canit: ali⁹ tympano tonat: ali⁹ Cymbalo p̄strepit. breuiter oīs vndiq̄
Ida tumult⁹ atq̄ isania plena est. Proīn cūcta timeo. Metuo ne tale qd accadat: q̄nqdē te p
duxit: malū ingens: vt si q̄n resipiscat Rheā vel poti⁹: si pgar insanire: Corybātib⁹ impet: vt
te correptū discerpāt: aut leonib⁹ obiciāt. Hic me sollicitat met⁹: qd videā tibi piculū im-
nere. Cupido. Ocioso animo esto mater: si qdē leonib⁹ etiā ipis iā familiaris sū fact⁹. Ita vt sē
penūero consēsis eorū tergis: p̄hensaq̄ iuba: equitis ritu insidēs illos agitē. At vero illi in-
terim mihi caudis adblandiūt: ac manū ori insertā receptāt: lābuntq̄. deīn mihi reddūt in-
nocuā. Porro Rheā ipsi q̄n rādē vacauerit: vt me vlciscat. quū in Atte sit tota! Postremo qd
ego peccos: quū res pulchras vt sūt offero ac demōstro: vos ne appetite res pulchras. Quā
his de rebus ne in me crimen conferte. Num vis ipsa tu mater: vt i neq̄ tu posthac Marrē
ames neq̄ ille te? Venus. Vt es perulcax. & nulla in re nō supas. Attamē horum quæ dixi
fac in posterum meminerit.

Doridis & Galetæ.

Doris.

Ermosum amantem Galatæa: nempe siculū istum pastorē: alit amore tui deperi-
re. Galat. Ne ride Doris: etenim qualis qualis est: Neptuno patre prognatus est.
Doris. Quid tū postea: si vel loue ipso sit pgenitus: quū vsq̄ adeo agrestis atq̄ his-
pidus appareat qd q̄ est oīm deformissimū vnoculus. An vero credis gen⁹ illi q̄q̄ p̄furū
ad formā? Gala. Ne isthuc quidē ipsum: q̄ hispidus est atq̄ agrestis vt tu vocas: illum de-
format. Quin virile magis est Porro oculus media in frōte decet etiā: quo quidē nihilo se-
gnius cernit: q̄ si duo forent. Doris. Videris Galatæa nō amantē habere Polyphemū: sed il-
lum potius adamare: sic hominē prædicas. Galatæa. Equidem haud adamo: sed tamen in-
gnem istam vestrā insultandī opprobriāq̄ perulāriam ferre nō queo. Ac mihi nimis in-
uidētia quadā isthuc facere videmini: p̄terea q̄ ille quū forte aliqui gregē pasceret susti-
nosq̄ e littorali specula ludētes cerneret: in pminētib⁹ Aetnæ pedib⁹: q̄ videlicet iter mōrē
& mare littus sese in lōgū porrigit: vos ne aspexerit qdē: at ego oīm vna visa sim formosissi-
ma: eoq̄ in vnā me cōiecerit oculū. Ea res vos male habet. Nā argumētū est: me forma p̄stā-
riorē esse: ac digniorē q̄ amet. vos cōtra fastiditas esse. Doris. An istud tibi puras inuidētiā
videri. si primū pastorī: deīn lusco formosa visa sis? Q̄ qd aliud ille potuit in te pbare: p̄ter
solū cādorē? Is illi placet opinor: q̄ caleo & læti assueuerit. p̄n q̄qd his sit simile id p̄tin⁹
pulchrū iudicat. Alioq̄ vbi libebit scire: qua sis facie: de scopulo quopiā in aquā: si q̄n trāgl
la steterit despectās: temetipsā contēplare: videbis aliud nihil: nisi p̄petuū candorē. Verū

Is quidem non probatur: nisi rubor admixtus illi decus illi iuxerit Galatæ. Atqui ego illa immodice candida: tamen eiusmodi habeo amantem: quum interim e vobis nulla sit: quâ vel pastor/vel nauta/vel portitor aliquis miretur. Caterum polyphemus: ut alia ne dicâ: etiâ canendi peritus est. Dor. Tace o galatæa. Audiuimus illum canentem quum nup pruriret in te. Sed o sancta venus: A sinu rudere dixisses. Nam lyra corpus/ simillimum erat ceruino capiti: ossibus renudato/ tum cornua pinde quasi cubiti prominebât lis colligatis: inductisq; fidibus ne sinui quidem lyram admouens agreste quiddam atq; insuauē cantillabar: quisi aliud interim ipse vocē caneret: aliud illa succineret. Ita ut tēperare nobis negerimus: quin rideremus amatoriam illam cātionem. Siquidē Lyrae sonitus adeo loquax ac garrulus erat ut nollet illi balanti respondere: Imo puduisset: si visa fuisset stridulum illius et ridiculum cantum imitari. Ad hæc gestabat in vlnis amantius iste delicias suas/ vrsi catulum: pilis hircis: ipsi non dissimilem. Quis autem nō inuideat tibi amicum istum Galatæa/ Gala. Quin tu igitur tuū ipsius amicum nobis cōmōstra: qui meo sit formosior: quiq; doctius ac melius vel voce canat vel cithara. Doris. Mihi quidem nullus est amator: neq; me hoc nomine laeto: quasi sim vehementer amabilis: verū tamen istiusmodi amicū qualis est polyphemus nempe totus hircum olēs tum crudis victitās carnibus et hospites si qui appulerint deuorans tibi habeas: eūq; tu mutuum ames.

Τελος.

Diogenis et Alexandri.

Diogenes.

Quid hoc rei est Alexander! Irane: defunctus es tu quoq; perinde atq; nos omnes. Alexander. Vides nimirū Diogenes. Tamen mirandum nō est: si homo quū fuerim: defunctus sim Dioge. Num ergo Iuppiter ille Ammon mentiebatur quum te tuum filium esse diceret: An vero tu Philippo patre prognat⁹ eras? Alex. Haud dubie philippo. Neq; enim obliuiscim: si ammonē parente fuisset progenitus. Dioge. Atqui de olympiade etiam consimilia quædam ferebantur: puta Draconē quendam cum ea fuisse congressum: visumq; in cubiculo: Ex eo grauidam peperisse te. Porro Philippum errare falliq; qui se tuum patrem esse crederet. Alexan. Inaudieram quidem et ipse ista quemadmodum tu: at nunc video neq; matrē: neq; hāmonios illos vates: sanī quicq; aut verī dixisse. Dioge. Attamen istud illorum mendacium Alexandrē: ad res gerendas haud quāq; tibi fuit inutile propterea q; vulgus te verebatur metuebatq; quum deum esse crederet. Sed dic mihi: cui nam tam ingens illud imperiū moriens reliquisti? Alexā. Id equidem ignoro. Celerius enī e vita submouebat: q̄ ut esset ocium de illo quicq; statuendi: præter id vnum: q; moriens Perdiccæ anulum tradidi. Sed age: quid rides Diogenes? Dioge. Quid nī rideam? An non meministi: quid Græci fecerint: quum nuper tibi arrepto imperio adularentur: principemq; ad duccem aduersus barbaros deligerent? Nonnulli vero in duodecim deorum numerū referrent/ ac phana constituerēt: deniq; sacra facerent tanq; Draconis filio? Sed illud mihi dicito vbi te sepelierunt Macedones? Alexan. Etiamdum in Babylone laceo: tertium iam diem. Porro Ptolomeus ille satelles meus si quando detur ocium ab his rerum tumultibus qui nunc instant: pollicetur in ægyptum deportaturum me: atq; inibi sepulturū: quo vltimè delict vñ⁹ fiam ex diis ægyptiis Diog. Nō possū nō ridere Alexandrē: qdē te videā etiam apd inferos desipierē speratēq; fore: ut aliqn vel anubis fias vñ⁹ osiris. Qui tu spes istas omittis o diuiniſsime: neq; enī fas est reuerti quēq; q̄ semel paludē trāsmiserit: atq; intra specus hiatū descēderit: ppter ea q; neq; idiligēs ē æacus neq; cōtēpnēd⁹ cerber⁹. Vñ⁹ illd abs te discere puellim: quo feras aio: quoties in mētē redit: quāta felicitate apd supos relicta: huc sis pfect⁹: puta capitis custodib⁹: satellitib⁹: ducib⁹: tū auri rāta vi: ad hoc pplis q; te adorabant. Præterea Babylone: Baetris/ immanibus illis beluis: dignitate: glā: deide q; eminebas

Kk liii.

Erasmi Roterodami.

conspicuis: dum vestareris: dum amiculo candido caput haberes reuinctum: dum purpura circumamictus esses! Nūquid hæc te discruciant quoties recurfant animo! Quid lachrymas stulte! An non id te sapiens ille docuit Aristoteles: ne res eas quæ a fortuna proficiantur stabiles ac firmas existimares! Alexan. Sapiens ille: quum sit assentatorum omnium perditissimus. Sine me solum Aristotelis facta scire: quæ multa a me petierit: quæ mihi scripserit: deinde quemadmodum abusus sit: mea illa ambitione qua cupiebam eruditione cæteris præstare: quum mihi palparetur interim: ac prædicaret me: nunc ob formam tanquam et ipsa summi boni pars quædam esset: nunc ob res gestas atque opes. Nam has quoque in bonorum numero collocandas esse censebat: ne sibi vitio verteretur: quod eas acciperet. Plane præstigiōsus vir ille quidē erat ac fraudulentus o Diogenes. Quod illud fructus scilicet ex illius sapientia fero quod nunc pinde quasi summis de bonis excrucior: ob ista quæ tu paulo ante commemorasti. Droge. At scin quid facies! Ostendam tibi molestiæ istius remedium. Quandoquidem his in locis veratrum non prouenit: fac ut Lethæi fluminis aquam auidis faucibus attrahens: bibas: iterumque ac sapius bibas. Atque eo pacto define de bonis illis Aristotelicis discruciarī. Verū enim: Cletum etiā illum et Calisthenem video: cūque his alios compluris raptim huc sese ferentes: quo te discerpāt: poenasque sumant: ob ea quæ quondam in illos commisisti. Quare fac in alteram hanc ripam te cōferas: & crebrius (ut dixi) bibas.

Τελος.

Menippi et Chironis

Menippus.

Quidem inaudiui Chiron te deus quum esses: tamen optasse mortem. Chiron. Vera nimirum sunt ista quæ audisti Menippe. Planeque mortuus sum sicuti vides: quum mihi licuerit immortalem esse. Menippus. At quæ nam te mortis cupido tenebat: res videlicet: quod vulgus hominum horreat! Chiron. Dicam: apud te: virum neutrumque stultum atque imperitum: iam mihi defierat esse iucundum/immortalitate frui. Menippus. Quid! An iniucundum erat te viuere: lucemque tueri! Chiron. Erat inquam Menippe. Nam quod iucundum vocant: id ego neutrumque simplex: sed varium quiddam esse arbitror. Verū quum ego semper viuerem/atque iisdem perpetuo rebus vterer: sole: luce: cibo: tum horæ eadem recurrerent: reliqua item omnia: quæcunque contingunt in vita reciproco quodam orbe redirent: atque aliis alia per vices succederent: satietas videlicet eorum me cepit. Neque enim in eo voluptas est sita: si perpetuo fruaris iisdem: sed omnino in permutando posita est. Menippus. Probe loqueris Chiron. Cæterum hæc quæ apud inferos agitur vita: qui nam tibi procedit: posteaquæ ad hanc tanquam ad potiorem te contulisti. Chiron. Haud insuauiter Menippe: Siquidem æqualitas ipsa quiddam habet admodum popolare. Nihil autem interest vtrum in luce quis agat: an in tenebris præterea neque sitendum est nobis quemadmodum apud superos: neque elurendum: sed eiusmodi rerum omnium egentia vacamus. Menippus. Vide Chiron ne temet ipse inuoluas: neue eodem tibi recidat oratio. Chiron. Quamobrem isthuc ais? Menippus. Nempe: si illud tibi fastidiosum fuit: quod in vita semper iisdem similibusque rebus vtendum erat: quum hic iisdem similia sint omnia: eundem ad modum parient fastidium. At de integro tibi querenda erit vitæ commutatio: atque hinc quopiam aliam in vitam demigrandum: id quod arbitror fieri non posse. Chiron. Quid igitur faciendum Menippe! Menippus. Illud nimirum: vti sapiens quum sis: quemadmodum opinor: et vulgo prædicant: presentibus rebus sis contentus: neque quicquam in his esse putes: quod ferri non possit.

Τελος.

Menippi; et Cerberi.

Menippus.

Eus Cerbere: quando quidem mihi tecū cognatio quædam intercedit: quū et ipse sim canis: dic mihi per stygiam paludē: quomodo sese habebat Socrates: quū huc accederet? Verisimile est autem: te deus quum sis: non latrare modo: verū etiam humano more loqui si quādo velis. Cerberus. Quum pcul adhuc abesset Menippe: visus ē constanti atq; interrito adire vultu: pinde quasi mortem nihil omnino formidaret: ac tanq; hoc ipsum veller iis qui procul a specus ingressu stabāt ostendere: verum simul atq; despectu inhiatum: viditq; profundū atq; atrum antri recessum / simulq; ego contantem etiam illum: aconito mordēs pede correptum detraherem: infantium ritu eiulabat: suosq; deplo-
tabat liberos: nihilq; non faciebat: in omnem speciem sese cōuertēs. Menip. Num igitur fucate sapiens erat ille: neq; vere mortem contemnebat? Cerbe. Haud vere. Cæterum vbi viderit id esse necesse: audaciam quādam præ se ferebat: quasi vero volens id esset passurus: qd alioqui volenti nolenti tamen omnino fuerat ferendum: videlicet / quo spectatoribus esset miraculo. Equidem illud in totū de viris istiusmodi / vere possum dicere: ad fauces vsq; spec⁹ intrepidi sunt ac fortes: porro intus quum sunt: nihil mollius neq; fractius. Menip. Cæterū ego quo nam animo tibi visus sum subiisse specum? Cerber. Vnus mortalium Menippe sic mihi visus es subire: vt tuo dignū erat gñe: et prior te Diogenes: ppter ea q; neutiq; adacti subieritis aut intrusi: verū tū vltro: tū ridēs: atq; omnibus plorare renunciantes.

Præfatio seu Hercules Gallicus Luciani. Erasmo interprete.

Herculem Galli lingua gentis vernacula Ogmiū vocant. Porro deum ipsum noua quadam atq; inusitata figura depingunt Senex apud illos est: ad extremum vsq; occipitium recaluus / reliquis capillis: si qui reliqui sunt canis: cute rugosa: et in aterrimum exulta colorem: cuiusmodi sunt nautæ isti senes. Charontem potius: aut Læpæ-
tum quempiam ex his qui apud inferos versant / diceret. In summa: qdvis potius q; Hercules esse cōliceret ex imagine. Atq; tali specie quū sit tamē Herculis ornatum gerit: vt qui tum leonis exuium indutus sit: tum clauā dextra teneat: tum pharetram humeris aptatam portet: tum arcum leua p̄tendat. Deniq; modis oībus Hercules. est. Hæc equidē arbitrabar in Græcanicorum deorū contumeliam pperam facere Gallos: quum cum eiusmodi fingeret effigie: quo nimirū illū talib⁹ picturis vlciscerent: q; olim in regionē ipsorū incur-
sasset / p̄das agēs id tēporis: quū Geryonis armenta vestigās occidentaliū gētiū plerasq; regiones p̄uastaret. At nondū etiā dixi: id qd erat in imagine maxime nouū atq; mirandum. Si quidē Hercules ille senex ingētē admodū hominū multitudinē trahit: oībus ab aure reuinctis. Porro vincula catenulæ tenues auro electrove cōfectæ: pulcherrimis istis monilib⁹ adfiliēs. At qui quū vinctus vsq; adeo fragilibus ducant: tamē neq; de fugiēdo cogitāt: quū alioq; cōmode possint: neq; prius obnitunt aut pedib⁹ aduersus trahētē obtendūt. sese resupinātes: verū alacres ac læti sequunt: ducētē admirantes: vltro festinantes oēs & laxatis funiculis: etiā anteuerrere studēs. p̄inde q̄si grauiter laturi: si soluerent vīculis: Ne illud qdē p̄gebit referre: qd mihi videbat oīm absurdissimū. Etenim quū nō inueniret pictor vn-
de catenularum summas ansas neceret: videlicet dextera iam clauam: leua arcum tenēte summam dei linguam perterebrauit: atq; ex hac religatis catenulis eos trahi feci. Ipse nimirum ad eos qui ducebantur: vultum et oculos conuertebat / arridens: Hæc ego quū diutius assistens essem contemplatus / admirans: hæsitans: indignās Gallus quispiam: qui propius astabat / nostratiū litterarum nō indoctus: id qd declarauit. quū Græcanicā linguam absolute sonaret: philosoph⁹ opinor ex eo gñe phōx: qd apud illos esse fert. Ego tibi hospes ingt / picturæ istius ænigma explicabo: Nā videre vehemēter ad eā attonit⁹ ac stupefactus.

orationem nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurium: quemadmodum vos Græci: verum Herculi illam tribuimus: propterea quod hic Mercurio longe robustior extiterit. Nam quod senex fingitur: nihil est quod mirere. Siquidem vna facundia consuevit in senecta demum absolutum vigorem ostendere: si modo verum vestri dicunt poetae.

Obduci iuuenum densa caligine pectus.

Contra senectam posse quiddam dicere:

Rudi iuuenta melius ac præclarior.

Hinc videlicet apud vos & Nestoris lingua melle perfuit. Et Troianorum concionatores Iliocessan edunt vocem: videlicet floridam quandam vocem. Nam lilia si satis commemini flores appellantur. Proinde quod ab auribus vincitos: ad linguam transiit: senex hic Hercules qui non aliud quam ipse est sermone id quidem debes admirari: qui quidem non ignores linguam cum auribus esse cognationem. Neque vero ad contumeliam illius illud pertinet: quod ea perusa est. Nam meministi inquit: et lambicos quosdam versiculos e comœdiis apud vos discere.

Siquidem viris loquacibus

Extrema lingua perforata est omnibus.

Quin de eodem hanc habemus opinionem: ut quicquid egit id oratione facundiaque conficisse puremus: utpote virum sapientem: ac persuadendo plerumque sibi subegisse. Iam tela illius nimirum rationes sunt: acutæ: missiles citæ: atque animi sauciantes. Unde pœnigera dicta vos quoque nominatis. Hactenus Gallus. Ac mihi quidem quum huc me conferres mecum inter cœdum propenderem: num decorum iam esset: ut tam grandis natus: qui iam pridem ab his doctrinæ certaminibus memet abdicassem: rursus metam multorum iudicum calculis exponerem iudicandus: in tempore subit animi meum eius picturæ recordatio. Nam antehac verebar: ne cui vestrum videretur hæc admodum pueriliter agere: quasi præter ætatem iuuenari. Proinde ne quis Homericus adolescentulus illud mihi impingeret dicens.

Aceras iam perisit tua. Tum illud.

Ac te corripuit cariola senectæ: minister

Inualidusque tibi: et segnes tardique caballi:

Videlicet eo

scomare pedes meos notans. Verum quoties senex ille Hercules recurrit animo ad quiduis adducor ut faciam: neque me pudet hæc audere: quum sim ipsi æqualis imaginis. Itaque robur: celeritas: forma: et si qua sunt alia corporis bona: valeant: cumque his tuus o Telephate vates: cuius pido: ubi me mento subcano viderit: auro rutilantibus alis: si videbitur vel aquilas præter uolet: neque laborabit Hippoclidus imo nunc vel maxime tempestiuum fuerit: facundia repubescere: florere: vigere: et quod licet plurimos ab auribus ducere: ac sæpius arcu ferire: quod quidem periculum non est: ne quando quis præter spem pharetram inanem reperiat. Vides quibus modis ætatem meam: meamque senectutem ipse consolatur animemque: adeo ut non sim veritus: nauim iam olim in terram subductam denuo reuellere: suisque instructam armis: medium in pelagus demittere. Contingat autem a vobis o dii: afflatus secundus quando nunc vel maxime presente bono: atque amico vobis est opus. Quo si digni modo videbimur: in nos quoque dicat aliquis Homericum illud.

Quos profert senior pannis e vilibus armos.

Τελος.

Eunuchus siue Pamphilus Luciani.

Erasmo interprete.

Unde nobis aduenis Luciane. seu quid nam rei rides? Semper tu quidem et alias consueuisti nobis hilaris ac festiuus occurrere: verum isthuc malum aliquid solito videtur

esse: de quo risum nec compescere queas. Lucianus, E foro tibi adsum o páphile: porro me ex efficiá: vt tu quoq; mecū rideas: simulatq; audieris cuiusmodi litis adfuerim actioni duobus philosophis inter sese cōtendētib; Pamphi. Iam isthuc ipsum pfecto ridiculum est qđ ais: philosophos inuicem litas agitare: Nā etiā si quid magni fuisset negotiū: inter ipsos modeste citraq; pugnam: cōtrouersiam cōpositā oportuit. Lucia. Quid ais. Trāquille componāt illi: qui quidē solida planstra cōuiciis onusta: alter in alterū effuderint: vociferantes: mīraq; puicacia contendētes. Pamphi. Videlicet de disciplinis atq; opīonibus: ita vt assolēt dissentiebant: q; erant diuersæ factionis: Lucia. Imo aliud quiddā erat hoc de quo dissidēbāt Nam eiusdē sectæ erāt ambo: eiusdemq; scholæ. Et tamē orta inter eos lis erat. Porro tu dices: qui cognoscebāt primates erant hui⁹ reip. natuq; maximī ac sapientissimī. Breuiter. quos habere quis gaudeat: si quid partū cōcinne partūq; modulate sonuerit: nō autem si ad tantā tanq; insignē impudentiā ac foeditatem labat. Pam. Quin tu igit litis argumentum exponis: quo videlicet ipse etiā cognoscā: quæ res tibi tantū risum cōcitarit. Lucianus. Scis pamphile: Salariū: idq; neutiq; exiguū ab impatore fuisse cōstitutū: singulis phōrū generib⁹: puta: Stoicis. Platonis. Epicureis. cūq; his etiā peripatericis: ita vt vnīculq; sectæ pmiūm esset æquale. Ceterū de mortuo ex his quopīā: alius aliquis in eius locū subrogādus est qui sit optimatū calculis probatus. Porro pmiū illud: neq; bacula erat quæpiam: quemadmodū ait poeta: nec hostia: verū singulos in annos decies mille drachmæ: quas accipiunt: vti cū adolēscētulis habeāt cōsuetudinē. Páphi. Memini quidē ista. Quin aiūt nup ex illis diē obisse quēpiam: alterū nī fallor e peripatericis. Lucia. Hæc ipsa páphile Helena: ppter quā illi inter sese singulari cerramine cōflictabāt. Ex hacenus quidē nihil etiā ridendū erat in illis pter hoc: q; quū phōs esse se profiterent: ac pecunias p nihilo ducere: tñ earū gratia pinde atq; p patria in discrimen adducta: pro religiōe maiorū: pro monumētis pgenitorū: decertarēt. Pamphi. Atqui peripatericorū istud est decretum: nō admodū esse negligēdas pecunias: verū eas in tertio quodā bonorum ordine esse ponēdas. Lucia. Recte dicis. Dicūte hæc illi. Proinde bellū hoc ex maiorū iudicio sentētiaq; illis extitit: verū quæ postea consequuta sint: iam ausculta. Primū cōplures quidē alii in defuncti illius funebribus ludis decertabant. sed inter hos pēcipue duo: viribus pares: puta Diocles ille senex: nosti quē dicam cōtentiosum illū inquā: præterea Bagoas: q; quidē ea specie est: vt eunuchus esse videatur. Inter hos initio de doctrina: deq; philosophiæ decretis atq; opīonibus est decertatum: et vterq; sui specimē ac documentum dedit. q; esset Aristorelicæ factionis: q; eius placita se queretur ostendit. At per louem in hoc certamine: neuter altero supior erat. Lis igitur huc deflexit. Diocles desinens iam eruditionis suæ periculum ac specimen ostendere: ad Bagoam descendit: ac vitā illius in primis carpere est aggressus. Bagoas itidem huius vitam vicissim taxabat. Pamphi. Idq; merito Luciane. Siquidem eius rei magis erat habēda ratio: Proinde si ego forte iudex causæ sedissem: magis in hoc vt mihi videt: futurus eram occupatus: potiusq; spectassem: vter moribus esset præstantior: quā vter ad disputandum ac dicendum promptior: atq; illi potius q; huic victoriam adiudicassem. Lucianus. Equidem isti tuæ sententiæ meum & ipse calculum addo. Verum vbi iam cōuiciis: vbi maledictis essent satiati: tandem Diocles illud aiebat nefas esse: vel conari aut proponere Bagoam: vti cum philosophiæ studio: cūq; præstātissimis eius pfefforibus: cōmerciū haberet: q; quidē eunuchus esset. Imo hoc hominum genus: nō solum ab eiusmodi cōtubernio secludi oportere verum ab ipsis etiā sacris: ac vasis puris breuiter ab omnibus publicis coetibus eiici: Ostendens inauspicatum quoddam et occursum infaustum spectaculum fore: si quis mane domo egressus: vel videat istiusmodi quippiam. Atq; hac de re multis verbis differebat:

affirmans eunuchū neq; virum esse. neq; mulierē. sed quiddā vtrinq; cōpositū et conflātū
 planeq; monstrū ab hominū natura specieq; alienū. Pāphilus. Nouā accusandi rationē no-
 bis narras Luciane. iamq; & ipse ridere cōpellor/ crimē audiēs tā inauditū Sed alter ille qd
 Num obticebat? An vicissim & ipse quiddā ausus est ad ista respōdere? Lucian⁹. Inritū qdē
 pudore ac metu (nā id est istis familiare) diutius obticebat: erubescēs interi: palāq; p se fe-
 rēs. q; laboraret: tandē aut tenuem quandā ac muliebrē edēs vocem: negabat acqui facere
 Dioclem. q se q; Eunuchus eēt: ob id a philosophia secluderet: cū qua foeminis etiā eēt com-
 merciū. Allegabant: Aspasia: Diotima: Thargalia: q; causam illi⁹ adiuuabāt. Præterea Aca-
 demic⁹ qdā Eunuchus natiōe gallus: q paulo añ nostrā ætatē maximi noīs floruiſſet. Porro
 Diocles etiā illū ipm: si quidē extaret ac fili negotio sese misceret: phibiturū sese respōdit
 nihil expauesactū opinione: quā apd vulgus obtinebat. Ad hæc quū ipse quædā dictēria in
 illū iaciebat: tū referebat i cū q; a stoicis maximeq; cynicis dicta ad risum cōcitādū erāt ido-
 nea de corpe mutilo atq; imperfecto. Hac in re iudici cognitio versabat. Deniq; toti⁹ causæ
 tā illud caput eē cepit: nū eunuchus idoneus eēt cēsendus: qui ad phiam admitteret: qui-
 q; iuuenib⁹ pſci postulare: quū alter interi formā etiā ac corpis integritatē: in philosopho
 requirēdā esse diceret. Maxime vero vti Barbā altā ac pmissam gerat: quo videlicet iis qui
 discēdi cupidi aduenirēt: vir grauis appareat. & is cui fides haberi debeat: neq; indign⁹ vi-
 deat decē illis drachmarū milib⁹: quæ forēt ab impatore capiēda. Coeterū eunuchorū cōdi-
 tionē etiā q; spadonū esse villiorē. Nā illos aliqui virile quiddā exptos fuisse at hūc ab ipso sta-
 tū ortu fuisse exectū: planeq; aial esse quoddā/ variū atq; anceps nō aliter q; cornices. q; ne-
 q; inter colūbas: neq; inter coruos numerari qant. Alter cōtra respōderet eo iudicio nō de
 corporis agi figura: verū de animi virtute. proinde mentis qualitatē expēdi oportere deq;
 dogmatū cognitione quærēdū esse. Eius rei testis citat⁹ Aristoteles: qui qdē Ermeā eunu-
 chū Atarne oriundū tyrannū supra modū sit admiratus: adeo vt illi pinde atq; diis sacra
 fecerit. Ausus est & illud addere Bagoas: multo magis idoneū esse Eunuchū: cui adoleſcē-
 tes erudiendi credant q; ab hoc nulla in illos calūnia possit herere. neq; Socraticū illud cri-
 men in hunc competat: q; adolescentulos corrumpat. Deinde quæ ille potissimū in men-
 tū imberbe fuerat cauillatus: ea hic facere: vt ipi quidē videbatur: reſcit. Erenī. Si e barbæ
 plixitate inquit: Philosophos æſtimare conuenit: nim iurū hircus ante omnis primas tene-
bit. Hic tertius quiddā aſſiſtens (nomē hominis ſilebitur) Atqui iudices inquit hic malis le-
 uibus ac foeminea voce: reliquoq; corporis habitu eunucho adſimilis: Si quis vestes detra-
 hat: egregie vir esse videbitur. Alioqui mentiūtur qui ferunt cū aliquando in adulterio de-
 prehensum: mēbra in membris vt legū tabulæ loquūtur: habērem atq; id quidē temporis
 ad eunuchum confugiſſe: eaq; repta latebra absolutum fuiſſe: quum iudicibus crimen per-
 suaderi non posset. vt qui e specie hoīem iudicarent eunuchū. At nunc mihi palinodiā can-
 turus videtur. idq; propter ostentatū præmiū. Hæc quum dicerētur omnibus vt par erat.
 risus est obortus. Porro Bagoas magis etiā perturbabat omnem in speciē sese varians: atq;
 in innumerabiles versus colores: tum frigido sudore fluens. ac neq; decorū sibi exſtimabat
 adulterii crimen agnoscere: neq; rursus eam accusationē inutilem ad præſens certamē ar-
 birabatur. Pamphī. Profecto dericula sunt ista Luciane: neq; vulgare vobis vti coniectan-
 dum est voluptatem præbuerūt Verū quo tandem res euasit? Et quid super his pronūcia-
 runt iudices? Lucia. Non erat eadem omniū ſentētia. Verū aliis quidem viſum est vti na-
 dato illo: quēadmodū in empiriis ſeruis fieri cōſueuit: inſpicerent. num in iis quæ ad penē
 pertinent: philosophari posset. Alii vero ſententiā dixere: multo magis etiā hac ridiculam
 nempe vt accerſitis e luſtro mulieribus aliquot iuberent illum cum illis congregi: ac viri

officio fungi: astante interim e iudicibus quopiam qui quidem esset natu maximus fideq;
spectatissima: qui inspiceret num philosophum prastaret. Hæc ubi omnium risu essent ex
cepta: neq; quiscq; adesset cui nō vter doleret risu distortus: statuerūt vt causa vtriusq; in
Italiam reiceretur. Ac nūc alter (vt alit) quo possit ea quæ dixit docere: semet ad causam
exerret atq; apparat: summoq; ingenio accusationem meditatur. Iamq; adulterii crimen
labefactat: vt quod sentiat sibi maxime aduersari: idq; facit iuxta pestilentiam istorū ora
torum: morem ex ipsa colligens accusatione quo aduersarium refellat. Contra Bagoas dis
uersa affert: causam vt videbatur omnibus viri agit: ac negotium præ manibus habet.
Postremo vincere litrem sperat si modo docere possit se nihilo deteriorem esse equis in eun
tibus afinas. Siquidem rem amare visam est optimum philosophiæ documētū vnaq; pro
batio cui non possit contradici. Proinde optauerim vt filius: qui mihi est adhuc admodum
adolescens: non animum & linguam: sed penem haberet ad philosophiam idoneum.

Τελος.

De Sacrificiis.

E Nimvero si quis recensere velit: quæ stultissimi mortales faciunt: in sacris: in fe
stis diebus: in adeundis salutandisq; diis: tū quas res ab illis petant: quæ vota fa
ciant: cuiusmodi sint: quæ de illis sentiunt statuuntq;: equidem haud scio sit ne
quid q̄ animo curis ita confecto: vsq; adeo mœsto quin risurus sit: ubi perpenderit negotii:
tum absurditatem: tum amentiam. At multo ante q̄ ridere incipiat opinor: secum illud ex
pender: vt rum pios istos appellari conueniat: an contra diis inimicos: atq; infelices: ac ge
nios malos: qui quidem numen ipsum rem vsq; adeo humilem atq; abiectam existimēt esse
vt humanis egeat obsequiis: vtq; adulatione capiatur ac gaudeat: rursus vt stomachetur
atq; iracunde ferat: si negligatur. Nam Aetolica illa mala: simulq; Calydoniorum calamita
tes: totq; hominum cædes: ad hæc et Meleagri interitum: hæc omnia a Diana autho
re pfecta esse prædicant: quæ videlicet graulter ferret: q̄ ab Oeneo nō esset: ad sacrificium
adhibita. Vsq; adeo nimirū alte dolor hic animo illius infederat: q̄ sacris epulis esset frus
strata. Quin illam iam mihi videre videor: vt erat id temporis: in coelo solitariam: reliquis
diis ad Oenei conuiuium profectis foras: miseris modis gerētem sese: ac miserabiliter eiu
lantem q̄ ab eiusmodi festo esset abfutura. Contra Aethiopes illos fortunatos: ac multis
modis felices quis dixerit. si modo Iuppiter meminerit humanitatis ac benignitatis: illorū
quā in initio Poematis Homericī in ipm exhibuerant: duodecim perpetuos dies epulis ac
ceptum: idq; quum reliquis etiam diis comitatus ad conuiuium veniret. Vsq; adeo nihil
vt apparet quicquid faciunt illi: gratis faciunt: verum sua bona vendunt mortali bus: atq;
emere quidem ab illis licet omnia: puta bonam valitudinem bucula: diuitias bobus quat
tuor. tum regnum bobus centum: Præterea Sospitem ab Trola in pylum reditum: tauris
nouem. Iam ex Aulide ad illum transmittendi facultatem: regia puella. Nam alius quidā
ne id temporis vrbs caperetur: a Minerva mercatus est bobus duodecim ac peplo. Verisi
mile est autem: esse præterea quædam: quæ vel gallo: vel corolla: vel solo thure ab illis re
dimi queant. Hæc igitur quum non ignoraret: opinor: Chryses ille: vt pote: tum sacerdos:
tum senex: diuinarumq; rerum egregie peritus: posteaq; re infecta redisset ab Agamemno
ne: tanq̄ qui pridem Apollini mutuum dedisset beneficium: ita nunc imputat: ac reposcit
recompensam: quin conuiuiatur etiam propemodum: nempe quum sic ait. Equidem
Apollo Egregie: templum tuum: quum id temporis adhuc esset incoronatum: sæpenu
mero coronis ornauit: deinde tam multas tibi in aris adoleui coxas: taurorum pariter atq;

L l.

captarum. At tu contra me negligis quum huiusmodi partiar' iniurias: proq' nihilo ducis hoïem bene de te meritū. Quaquidē orōne intantū ille pudefact' est: vt protinus arrepto arcu/ac supra nauium stationem sese collocans: pestem in Græcorū copias iacularetur: ne nullis quidem et canibus intactis. Sed quoniā de Apolline incidit mentio: referam de eodē et alia quæ de illo sapientes isti tradunt: non illa quidem: quoties q̄ infelicitè amarit: non Hyacinthi cadem: neq' Daphnes superbiā: verum quemadmodū, damnatus etiam fuerit et ob Cyclopes interfectos: in exilium exactus. Vnde factum vt e coelo in terram demitteretur: humana iam sorte vsurus: nostrisq' malis factus obnoxius. Præterea autem quemadmodum in Theffalia mercenariam operā suam locarit apud Admetum: tum item in phrygia apud Laomedontem: atq' apud hunc quidem haud solus: verum cum Neptuno: quum ambo propter egestatem: lateres componerent: inq' construendis mœnibus operā præstarent. Ac ne mercedem quidē solidam a Phryge illo tulerūt: verum debebat illis adhuc de summa/vt ferunt: plus triginta dragmas Trolani nomismatis Quid enim! An non hæc in deorum honorem fabulantur poetæ: atq' his etiam multo diuiniora de Neptuno: de Prometheo: de Saturno: de Rheā: deniq' de vniuersa ferme Iouis familia: idq' inuocatis: vt adsint canentibus: in exordio poematum musis: a quibus tandem velut afflati numine: id qd̄ apparet/huiusmodi quædam cantā: quemadmodum saturnus: vt primū coelum patrem suum excuissset: ipse in eo regnauerit: deinde liberos suos deuorarit sicuti ferunt fecisse. & Argiuū illum Thyestem. Deinde quemadmodum Iuppiter furtim occultatus a Rheā. Sæxum pueri loco subiciente in cretam sit allegat': atq' inibi a Capella nutrice sit alitus: itidem videlicet: vt Telephus a cetua: Cyrus p'sa Is qui prior regnauit: a cane narratur enutritus. Postea quemadmodū expulso patre/atq' in vincula cōiecto: ipse potius sit imperio. Duxerat autem vxores compluris quidem aliis: sed postremo loco lunonem germanā: idq' iuxta Persarum et Assyriorum institutum: Tum autem q' esset in amores propensus atq' in Venerem effusus: facile coelum liberis expleuerit. Quorum alios ex suæ sortis deabus creauit: alios contra nothos: ex mortali terrestriq' genere sustulerit. Quum interim generosus ille: nunc in aurum: nunc in taurum: nunc in cygnum aut aquilam verteretur: ac in summa plures sibi formas assumeret: q̄ vel proteus ipse. Porro minervam e suo ipsius capite progeniuit/hanc plane sub ipso cerebro complexus. Nam Bacchum vt aiunt: e matre etiam amicum conflagrante surreptum: in suum semur illatum defodit: Deinde vrgente partu: exegit. Nec his dissimilia: de lunone etiam canunt. Nempe hanc citra virilem congressum/ subuentaneo conceptu grauidam puerum edidisse vulcanum atq' eum quidem non admodum fortunatum: verum excusorem ac fabrum ærarium: quiq' perpetuo tum in igni tum in fumo versetur: ac sintillis oppletum quippe culus ars in fornacibus excroceatur. Tum autem ne pedibus quidem integris: claudicare enim e ruina: quū a Ioue præceps datus esset e coelo. Qd̄ ni Lemni pro sua bonitate eum/ dum adhuc ferretur in aere suscepissent: perierat nobis vulcanus. Non aliter q̄ Astyanax e turri deiectus. Qd̄ quæ de vulcano narrant/ toleranda videantur. Cæterum de Prometheo: cui non cognitum est: q̄ atrocitas sit passus: ppter ea q' supra modum humanæ gentis amans fuerit. Siquidem hunc Iuppiter in Scythiam deportatum: super Caucasum mōtem cruci suffixit: adhibita illi aquila quæ secur illius assidue circumroderet. Hic itaq' poenas pedit. Porro Rheā (nam sunt hæc quoq' simul referenda) an non indecore/ atq' indigne facit. Iam anus quum sit/ et ætate exacta: illisq' rebus intempestiua: Deinde tam multotū mater deorū dū pueros adhuc adamat: eosq' zelotypia prosequitur: dumq' Artem ipsam leonib' secum circūuectat: præsertim quū iā vtilis esse nō q̄at. Itaq' quā post hac vicio verrat aliq's: vel veneri q' adulteret/ vel

Dianæ q̄ ad Endymionem frequenter medio e cursu diuertens descendat. Sed age nūc
 sas faciamus has fabulas: atq; ipsum cœlū cōscendamus; poetico illo more subuolātes: ea
 nimirū viā quā vnā pariter cū Homero Hesiod⁹ cōmōstrat contemplaturi: quē in modum
 singula apud illos sint ordinata Ac primū q̄dem q̄ forisecus sit ferreū vel ab Homero: q̄ id
 añ nostrā ætatem dixit audiui⁹. Qd̄ si supans ac sub lato paulū capite: sursum aspexeris: ac
 plane ī ipm̄ q̄si dorsum pueris: ibi sūl & lumen apparet candidius & scireni⁹ Sol: et astra
 fulgēti⁹: nihilq; vsq; oculis occurrit nisi clar⁹ dies: ac solū vndiq; aureū. Ceterq; introgre
 diēti: primo loco manfirāt horæ: q̄ppe q̄ portas seruāt. Post eas Iris ac Mercuri⁹: vtpote mī
 nistri Iouis & Internūci. Deīde Vulcani fabrilis officina: omnigena referta artificio Postea
 deorū aedes: ac Iouis ipi⁹ regia: q̄ q̄dem oīa Vulcanus pulcherrime fabricat⁹ sit. At vero dī
 iuxta Iouē assidētes (cōuenit enī opīnor vt ī supnis illis sedib⁹ magno strepitu fastuq; viua
 tur) in terrā despiciūt: et quoquouersum Intēto capite: circūspectāt: sicunde subuolātem
 Ignē videāt: aut nidorē in aera surgentē circaq; fumū rotantē sese. Qd̄ si q̄s forte sacrū faci
 at: epulant oīs fumo inhātes: ac muscarū in morē sanguinē exuentes circū aras effusum
 Alioq; si domi cibū capiāt: nectare atq; ambrosia viciāt. Nā olim hoīes etiā ab illis in cōsū
 tiū sunt adhibiti: vnaq; cū eis potarūt: nempe Ixion ac Tātalus: verū illi quonīā vim & ra
 ptū pararēt: essentq; futiles & garruli: ob id ī hūc quoq; diē poenas luūt. Porro reliquo mor
 taliū generi cœlū tā inaccessum est atq; occultū. Et in hūc q̄dem modū viuit a diis. Proinde
 videlicet et iā mortales ipsi in colēdis illis cōsimilia quædā atq; istis cōsentanea moluntur
 Nam primū lucos illis attribuerūt tū et mōtes dicarūt: præterea aues consecrarūt: deīde suā
 cuiq; arborē assignarūt. His factis regiones illos distributos colūt: eosq; velut in ciuitatē
 suā receptant. Nempe Apollinem Delphi Deliiq; Minervam Athenienses: quæ q̄dē Græ
 cis Athena dicta: vel ipso vocabulo se ei reip. familiarē esse testat. Argui lunonē: Mygedonū
 Rheam: Venerē Paphiū Rursūm aut Cretēses Iouē affirmāt nō modo vixisse apud sese: nu
 tritūq; fuisse: verū etiā sepulchrū illius ostendūt. At nos scilicet interim tā multis tā secu
 lis fallimur: qui quidē opīnemur Iouem tonare/ pluere: reliquaq; oīa peragere Et illud nos
 fatuit: cū iam olim fuisse defunctū: et apud Cretenses sepultrū. Deinde vero phanis in ho
 norem illorū erectis: ne tectis videlicet aut penatibus careāt: formas illorū exprimūt adhib
 ito ad id vel Praxitele vel Polyeleto: vel Phydia. At hi quidē artifices: haud scio vbinam
 prisam: eorū effigiem representant. Ac Iouem quidē barbatū fingunt: Apollinem vero semp
 puerū. Mercuriū iam pubescentem primāq; ducentem lanuginem. Neptunū nigro capillū
 cōcessis oculis Minervam: Attamen qui templa ingreditur: non iam arbitrantur se se vi
 dere vel ebur/ ab Indis aduectū vel e Thracum venis effossum aurū: verum ipsum Saturnū
 Rheæq; filiū a Phydia in terram hospitē adductum: Iussūq; Pisanorū in solitudine custo
 dem ac speculatorem assistere: idq; hoc cōtentū prēmio boniq; cōsulentem: si intra quinque
 perpetuos annos dum Olympia celebrantur: interim obiter illi sacrificet aliquis. Tum au
 tem cōstitutis aris: designatis sacroq; septis: puris vasis collocatis: victimas offerunt: bouē
 aratorem agricola: agnū opilio capram Caprarius. Est q̄ thus: est qui placentulā offerat At
 si quis paup̄: is ita deo litat: vt dexterā dūtaxat illius exosculetur. Iam vero quū immolant
 (nā ad illos redeo) primū sertis coronāt pecudē: multoq; ante explorant: nū legitima sit &
 sacris idonea: ne quid forte macient: ex his quæ religio repudiat: deinde ad arā applicant:
 ac sub oculis dei iugulār. flebile quiddā emugierē: beneq; sicuti licet cōficere ominatū: itaq;
 voce submissiore sonās qd̄ ad rem diuinā sit accōmodatū. Quis vero nō facile cōiectet gau
 dere deos: quū ista spectāt? Quin ante sacrū denūciationē alitū fieri: ne quis intra pura vas
 sa consistat: qui manibus sit impuris. Atqui sacrificus ipse: sanguine foedatus: neq; aliter

q̄ Cyclops ille pecudē incidit: intestina educit: cor reuellit: cruorē arā circūfundit. Ecq̄ tādem nō obiēs pagensq̄ qđ ad pietatē sacrorūq̄ ritū ptineat. Post oīa demū: incēso ignis: ca-
prā ipsa p̄ter cū pelle deportatā imponit: ipsam item cū lanis ouē. Nidor interim ille sacer
atq̄ diuinus sursum fert: atq̄ in ipsam vsq̄ coelū subuect⁹ paulatim diffundit. Iā vero scy-
thae reliquis oībus hostiis omīssis: vt q̄s viles atq̄ humiles existimēt: ipsos hoīes mactāt. Ar-
temidi atq̄ eo ritu deā placant. Verū hāc fortassis/modesta videātur: cūq̄ his ea quae facti-
tant Assyrii: q̄ phryges: quae lydi: Verū si in aegyptū pficiscaris: ibi demū: ibi videbis per
multa religiosa/planēq̄ coelo digna. Puta louē Arietino vultu: Mercuriū illū optimū facie
canina. Panē vero totum hircum. Adhuc aliū lbim: altum Crocodilum. aliū etiā Simiam.
Qđ si his quoq̄ de rebus.

Quo plane pernoscere queas didicisse libebit.

Compluris sophilistas audies: tū scribas: ac prophetas: mento raso: qui tibi narrent (Sed pri-
us vt dicti solet.)

Foras abitote prophani. Quēadmodū videlicet quōdā ea seditiōe territi/quam mouerāt
hostes atq̄ gigātes in aegyptū deuenerint: vt illic in posterū tūti ab hostib⁹ latitarēt. Et ob
eā causam alius hircū induerit: ali⁹ arietē: nimirū p̄ formidine/alius ferā: alius auem. Atq̄
hinc esse: vt dii nūc etiā eas obtineāt formas: quas id t̄pis assumpserāt. Nam hāc diligēter
mādata litteris: idq̄ ante annos plus decies mille in adytis illorū reposita seruantur. Porro
sacrorū pagendorū idem ferme apud illos ritus: nisi q̄ hostiā luctū p̄sequunt: iāq̄ mactatae
circūfusi mēbra laniāt. Sūt q̄ sepellant dūtaxat posteaq̄ occiderint. Nā Apis ille q̄ dē deus
apud illos est maxim⁹: si qñ moriatur: q̄s vsq̄ adeo magni faciat Caesariem suā: q̄ nō eā de-
tōdeat/ac nudo capite luctū p̄ se ferat: etiā si vel purpureā nisi comā habuerit. Est autē hīc
Apis de⁹ ex armēto iā antea suffragiis designatus: vt pote multo formosior ac venerabilior
ceteris illis priuatis & gregariis bubus. Hāc igitur quū sic habeāt & tū a vulgo vera seriaq̄
credantur: mihi quidem postulare videntur: nō qui reprehendat sed vel Heraclitum potius
aliquē vel democritū quorū hic amentia eorū rideat: ille deploret inscitia. Te 1700.

Luciani conuiuīū seu lapithae.

Erasmo interprete.

Philon.

Lucianus.

Philon.

Nouā quandā & variā vitā facie Luciane variisq̄ ceterū vobis fuisse narrāt: sup̄ coe-
nā apđ Aristanetū tū philosophicas q̄sdā deceptatōes habitus: sūmāq̄ inter ipso-
rū cōtētiōne exortā fuisse. Q̄ nī mēt⁹ est charin⁹. etiā ad vulnera vsq̄ res p̄cessisse
Deniq̄ sanguine cōfictū fuisse dirēptū. Lucian⁹. Atq̄ vīnā philon ista resciuit Charin⁹: ne-
q̄ enī is nobiscū aderat ī cōuiuio. Philon. E Dionico medico aiebat audisse sese. Porro Dio-
nicus etiā ipse e cōuiuariū numero fuit optim⁹. Lucia. Fuit maxie. Verū ne is qđ ab initio re-
bus oīb⁹ fuit p̄s sed serius aduenerat: media ferme pugna: pauloq̄ an vulnera. Proinde de
miror: si qđ cōp̄erti certive referre potuit: q̄ nō ordine spectarit illa: vnde inter illos natalis:
postea ad sāguinē vsq̄ deducta ē. Philō. Verū hinc adeo: Philon Charin⁹ etiā ipse si rē cōp̄-
etius vellē cognoscere: et quo singula mō sint gesta doceri: te adire iussit. Nam dionici etiā
ipm̄ fassū fuisse: ne se qđ toti negotio p̄tē adfuisse. Te vero qđ ēēt actū: id oē cōp̄to cer-
toq̄ scire: tū etiā q̄ dicta int̄ illos fuerit meminisse: qppe q̄ eiusmodi nō obiter neq̄ neglecti
audire: sed poti⁹ atq̄ attēte auscultari sis solitus. Proinde nūq̄ effugies: qn nos hoc suauissi-
mo accipias epulo: quo mihi quidē haud scio: an vllū possit accidere iucundius: p̄sertim q̄
sobriū poti⁹ ruto ac citra sanguinē: extraq̄ reli (qđ alit) lactū cōstituti: sumus epulaturi.
Sive fenes/aliquid Sup̄coenā sunt debachati.
Sive etiam suuēnes.

a mero compulsi sunt: quæ neuriq̃ fas erat: tum dicere: tum facere Lucianus. Iuuenilius tū quidē Philon: atq; incōsultius hæc nos iubet in vulgus efferre eaq; referre quæ inter pocula/ab ebris sunt acta: quū hæc magis oporteat obliuioni tradere: eaq; oīa Baccho deo velut aurhori imputare: qui quidē haud scio: an quēq; suis nō afflatū orgiis: et Bacchanlium exptem p̃terierit. Proinde vide ne hoīs sit parum bene morati: eiusmodi adamuissim exquire re: quæ recti⁹ erat ī cōuiuio reliquisse atq; ita discedere. Siquidē odi [sicut inq̃t versus poeti⁹] memorē cōpotorem. Ne a dronico quidem recte factū: qui hæc apud Charinū effutia uerit: immodicq; et pridianā dissiparit temulentia hominū philosophorū. Cæterum ego absit vt istiusmodi quippiā sim dicturus. Philon. Nugas agis Luciane: quum ista dicis: Q̃q; haud quāq; oportebat ad istū modū apud me p̃sertim agere: vt qui certo sciam: te mīro cupidiorē esse narrandi: q̃ ego sim audiendi. Adeo vt mihi videaris: si desint qui te audiant: vel ad colūnam aliquā: aut statuam libenter accessurus: quo cuncta pariter euomas. Q̃ si nūc coner discedere nō fines nī te prius audiero abire. Verū vltro aderis consectabere rogabis. At tum ego te vicissim iufero. Iamq; adeo: si ita vis/abimus: ex alio quopiā hæc eadē au dituri. Tu vero ne dicito. Lucianus. Age ne quid succenseas. Equidem dicā: quādoquidem vsq; adeo cupidus es audiēdi: verū heus ea lege: ne passim in vulg⁹ efferas. Philon. Nī pr̃sus ignoro Lucianū: tute isthuc potius feceris. Nam prior ipse denarrabis oībus vt me qdē ad id nihil futurū sit opus. Sed illud mihi primo respōde loco Aristænetus: num filio Zenonī dabat vxorē: atq; ita in nuptiis eius vos accepit? Lucianus. Nō: imo filiam suam ille loca mit Cleanthidem: idq; Eucriti nūmularii filio: qui philosophiæ dat operā: Philon. Formoso admodū p̃ louem adolescentulo: tamen si tenero adhuc & vxoriæ rei non admodū maturo. Lucia. verū: at nō inueniebat alterū generū magis idoneū. Hūc igit q̃ tū modest⁹ videret: tū ad phiæ studiū pp̃esus: p̃terea autē vnic⁹ Eucriti diuiti ex oīb⁹ delegit filiæ suæ maritū. Philon. Cām neuriq; leuē dixisti: nepe q̃a diues sit Eucritus. Verū heus Luciane q̃ nam erās cōuiua. Lucia. Reliquos illos quorū attinuerit tibi recēdere? Verū e phorū nūcro ac listeratorū: quos potissimū opinor audire cupis. Zenothemis erat: senex ille stoicus: vnaq; cum hoc Diphilus: cui cognomē Labyrinthus: & hic quidē q̃ cēt Aristæneti filio p̃ceptor. Dein de peripateticæ factiōis Cleodem⁹: nosti hoīem: nepe dicacē illū & argutū: atq; ad refellendū instructū. Discipuli gladiū ac bipennē nomināt. Quin & Hermon aderat Epicureus: verū hūc quū ingrederet: Stoici torulis obtuebant oculis & auersabāt: palāq; p̃inde quasi p̃ciēdā quēpiā atq; impiū ac functū detestabant. Et hi qdē tanq̃ Aristæneti ipsius amici familiarēs: fuerāt ad cenā vocati/ quos comitabatur et istius grāmatic⁹: et Dionysodor⁹ rhetor. Iam vero p̃pter sponsum cheream vna cū illo ad cōuiuū accesserant: lon ille platonicus q̃ is iuueni p̃ceptor esset: vir venerandus aspectu: ac maiestatis quiddā pr̃ se ferēs: multumq; dignitatis ipso ostendens ore. Vnde nōnulli propter animi cōstantiam ac rectitudinem regulam illum appellant. Huic simul vt ingrediebatur assurgebāt omnes: ac veluti p̃cipuū quendam ac primarium hominē comiter atq; officiose exceperūt: adeo vt plane numen aliquod pr̃sēns esse videretur: quum adesset lon admirandus ille. Tandem vero/ quum iam omnes ferme cōuiua pr̃sēntes essent: tempus erat vt discumberetur. Ita q; ad dextram ingressū: totam illam spondam/ mulieres (erant autē cōpluris) occupabāt. Inter quas erat et spōsa: summo studio culta: hūc atq; huic stipata foeminis. Porro ex aduerso ostii: altera turba/ pro cuiusq; dignitate locis distributis. Porro e regione mulierum: primo loca accumbebat Eucritus: secundo Aristænetus. Sub hæc ambigi cceptum: vtum al tero priorem oporteret. accumbere zenothemin ne stoicum: Quippe senem: an Hermo nem Epicureum. (Nam hic erat Castoris ac Pollucis sacerdos) Verum eam hæsitacionem

sustulit Zenothemis: si me inquit Aristænetes: minoris ducis Hermone viro videlicet isto
 ut ne quid aliud mali dici epicureo discedo: totumq; cōsulū vobis relinquo. Et puerum
 protinus aduocat: discedere parans Tum Hermon. Imo habeto inq; tibi priores partes Ze
 nothemis: Q; q; etiam si nihil aliud vel hoc nomine mihi par erat concedi: q; sacerdos sim ut
 plane cōtemnas epicurum. Rideo inquit Zenothemis sacerdotē epicurū. Simulq; cū di
 cto accūbebat. Post hunc tamē Hermon. Deinde Cleodemus peripateticus: pone hūc lon.
 proxime hunc sponsus. post eum ego: iuxta me Diphilus: huic assidebat Zenon discipulus
 Postremo Rhetor Dionysodorus cū Istitæo grāmatico. Philon. Pape Lucianē musarum con
 uentum quendam mihi narras fuisse istud cōsulū: quippe plurimis sapientibus ac doctis
 viris refertū. Ego vero laudo Aristænetū: qui quum optatissimā illam ac splendidissimam
 solennitatē celebraret: prae ceteris sapientissimos viros adhibere voluerit: idq; adeo dele
 ctis ex vnaqua; phia selecta præcipulis non hos aduocans: illos ptereris: verum promiscue
 vocans omnis Lucianus. Is vero nequa q; est e vulgarium istorum diuitū numero verum de
 litterarum est studiosus ac maximā vitæ partem in his rebus versatus est Coenabamus igit
 tur initio quidem/taciti et quieti. variusq; erat apparatus & omnitugus. Neq; enī arbitror
 opæ precium ut numero recenscam etiā illa condimenta: cupedias: aromata: atq; id genus
 illectamenta. Cuncta siquidem affatim suppetebāt. Inter hæc Cleodem⁹ admoto ad lonia
 aurem ore: nō vides inquit senem illū Zenothemim dicebat (subauscultabā enim) ut sese
 obsonis ingurgitat utq; iure vestem oppleuit: tum q; multa puero a tergo statī porrigit pu
 rans interim se aliorū oculos fallere: neq; quid se deceat memor. Hæc igitur fac & Luciano
 cōmonstres: quo testis esse possit Mihi vero nihil lōne mōstratore opus erat: quippe q; hæc
 multo ante limis iam oculis præuiderā. Hæc simul atq; dixisset Cleodemus. Irruit in cōui
 uitiū et Alcidas Cynicus: atq; is quidem inuocatus vulgatū illud festiuitatis gratia pfa
 tus: de Menelao: qui vitro ad fratris cōuiuiū accessisset. Itaq; plarīq; turpiter atq; impudē
 ter visus est fecisse: et qd culq; tum forte in mentē veniebat: in eum torquebant alius illud
 insanis Menelae. Alius rursus. Verum Agamemnoniæ menti non ista placebant.
 Ad hæc alia quæ pro tēpore false lepideq; dici poterāt in eū obmurmurabant. Nam palam
 nullus audebat quicq; dicere: ppter ea q; metuerent Alcidas autē utpote cōiuciatorē egre
 gius: vnūq; e Cynicis omnibus clamorissimū. Qua quidē re adeo visus est reliqs antecellere
 ut nulli nō eēt formidādus. At Aristænet⁹ collaudatū illū q; inuocat⁹ aduenisset: iussit ac
 cepta sella: iuxta Istitæū ac Dionysodo; accūberet At ille Apage inq; muliebri quiddā ac
 molle dicis uti i scāno aut sella sedēā quēadmodū facitis vos: mollib⁹ i stratis pene supini re
 cūbentes: purpura circūfulti Quin ego tibi vel stās coenauero i ipso interim cōuiuiō etiam
 obābulās. Qd si defatigat⁹ fuero: tū humi substrato pallio/cubito inixus cubuero: qualem
 videlicet Herculem pingunt. Ita fiat inquit Aristænetus: siquidem isthuc maui. Sub hæc
 Alcidas in orbem conuiuium lusitans: cœnabat: scytharū ritu: ad vberiora pascua sub
 inde sese transferens: vnaq; cū his qui inferēbāt edulia: circumiens atq; obambulans. Atq;
 interim tamen dum cibum caperet: Haud qua; negotio vacabat/de virtute obiter: de vi
 cio differens tū in aurū atq; argentū diſteria iaculans iāq; Aristænetum pcuntabatur: quid
 nam sibi vellēt: tam multa: tam magna pocula: quum non minus vsui possent esse fictilia.
 Verum Aristænetus iam obturbantē: molestumq; esse pgentem: in pſens quidē cōpescu
 it: ministro innuēs: ut ingentē calicē: infuso meracissimo vino illi porrigeret. Ac sibi qdem
 vif⁹ est rē vtilissimā fecisse: nōdū etiā intelligens: quātorū malorū is calix eēt author futur⁹
 Hūc igit ut accepisset Alcidas/aliq; trisp silētiū agebat. Ac solo sternēs sese cubabat semī
 nudus: quēadmodū facturū sese fuerat pollicit⁹ cubito humi fixo initēs filq; dextrascyphū

sustinēs : qualē Herculem apud Pholū pictores effingūt. Iam vero & iter alios calix assidue circūagebat. tum inuitatificulæ ad bibēdū: & confabulationes ortæ: demū & lucernæ illatæ. Interim ego quū puerū. q̄ iuxta Cleodemū adstabat (erat aut̄ is pocillator egregie formosus) subridētē vidissem (nā arbitror: quicquid obiter iter cænādū obtrigit: cōmemorari oportere: maxime: si quid sit elegātius ac scire factū) iam admodū attentus obseruare coepi: qd̄ nam rei rideret. Ac paulopost: accedebat puer: tanq̄ calicē a Cleodemo recepturus. At ille simul & digitū illius substrigebāt: & drachmas duas vna cū calce tradebat. Porro puer: ad substrictū digitū rursus arridebat. Cæterū: de pecunia: quū nō sensisset opinor: eoq̄ nō reciperet: in terrā delapsis drachmis strepitus est cōcitatus: moxq̄ ambo pariter rubore suffundebātur: idq̄ ita palā: vt nemo nō animaduerneret. Ambigebat̄ igit̄ inter eos q̄ p̄xime sedebāt: cuius nā essent illi nūmi: quū & puer negaret a se p̄ictos: & Cleodemus irē: iuxta quē strepitus acciderat sibi excidisse dissimularet. Verū ea res tū neglecta est: ac cōnuēter omīssa: p̄pterea q̄ id qd̄ acciderat: nō ita multi vidissent: p̄ter vnū (vt mihi quidē vīdū est) Aristænetū. Nam is paulopost puerū loco mouit: clanculū ablegās: & allū cui dā innuit: vt Cleodemo pocillator assisteret: videlicet ex exoletis illis: ac robustis mulioni aut equisoni culpā. Ad hūc modū ea res vtrinq̄ abiit. Summū alioqui illatura pudorē Cleodemus: si qd̄ dem ad oēs p̄manasset: ac nō p̄tinus occupans Aristænatū eā sepelisset: petulantia ciuilit̄er cōmodeq̄ ferens. Cæterū Alcidas (iā cū potus erat) percōtatus: qd̄ nā esset nomen puellæ nubētis: tū clara voce indicō filētiō simul & ad foeminas conuerso vultu: p̄bibo ingētibī Cleanti: Hercule duce atq̄ auspice. Sub hac quū risissent oēs. Ridetis inquit sacrilegī: q̄ spōsæ Herculis dei mei nomine p̄pinauerim. Imo illud scito opus est: ni scyphū a me traditum accipiat: nūq̄ futurū. vt illi fili⁹ obtingat talis: qualis ego sum: virtute inperit⁹: anīmo liber: tū corpore adeo robusto. simulq̄ cū dicto: sese magis etiā renudabat: etiā vsq̄ ad illa q̄ sunt maxime pudēda. Ad ea quū iterū artississent cōtūa: indignatus ille surrexit: totū iam atq̄ efferatis obruēs oculis vultuq̄ ipso testans iam neq̄ pacē neq̄ quietē acturum amplius. Quin ilico baculū illisisset alicui: ni cōmodū id t̄p̄is placēta p̄regrandis fuisset illata. Nā hāc simul atq̄ cōspexit: lentior ac mitior esse coepit: ac stomachari desuit: obābulās interim ac placentā auide vorans. Iā vero plātiq̄ remulenti esse coepant: & clamorib⁹ vna diq̄ perstrepebat conuiuū. Nā & Dionysodorus rhetorē illic agens: orationes quas dā pronuntiabat: laudabaturq̄ a ministris: q̄ a tergo assisteant. Et istius Grāmaric⁹ vicissim: q̄ post illū accumbebat: versuti centones quosdā recitabat. Pindari. Hesiodi: & Anacreontis carmina simul cōtexens atq̄ confarcinās: ita: vt ex oībus vnica redderet cantilenā: oppido q̄ ridiculā: In primis aut̄ illa: perinde quasi vaticinās: de his q̄ postea acciderunt.

Commisere simul Clypeos. Tum illud quoq̄.

Tum vero clamorq̄ virum luctusq̄ coortus.

At vero Zenothemis: libellulū quēplā minutis conscriptū litterulis: a puero acceptū legebat. Verum quū il quorū p̄tes erant edulia inferre: aliquātisper ita vt solēt: cessarent morarenturq̄: Aristænetus: sedulo curās. ne vel id interea t̄p̄is: aut ociosū esset. aut voluptatis expers accersitū intro Morionē: iussit ridiculū aliquid vel dicere: vel facere: quo magis etiā exhilararetur Cōuiuē. Moxq̄ ingressus deformis quidā: deraśo capite: pauculos capillos in vertice gestās: eosq̄ cristæ in morē erectos: hic saltabat: atq̄ inter saltandū quo maiorem concitaret risum: rotatu sese circūagebat: distorq̄batq̄. Tum cymbalo concussio: sonabat in æt̄im quiddā imitans ægyptiorum: postremo dicteria quædam iaculabatur in eos qui aderāt. Ac reliqui scōmate tacti ridebant. Verum vbi & in Alcīdamantem simile quiddā torsisset: carulū illū in deliciis habendū appellās: indignat⁹ ille (iam dudū aut̄ p̄ se ferebat: qd̄

Erasmi Roterodami.

Inuideret illi, dū probaretur ac cōuiuarū oculos retineret) abiecto pallio vt secū luctaretur prouideauit. Qd nī faceret, hūc inquit baculū tibi īpingam Atq; ita miser ille satyrion (nā id erat Morioni nomē) Congressus cū eo: Pācratio decertabat Erat id spectaculi: multo iucundissimū: quippe quū viderēt hoīem phylōsophū cū Morione cōpositū: quū ferire: tū vīcissim feriri. Proisi q; aderāt p̄tim tacti gaudebāt: p̄tim ridebāt: donec iā lētus Alcidas: pugnā detrectaret: ab homūcione oīm plausu cōprobato certamē supat. Hēc igit: quū eēnt nō mediocri risu excepta: ibi tādē ingressus & Dionic⁹ medicus haud multo post pactā cōcertationē. Aiebat autē in mora fuisse: Polyprepū tibi cinē: dum hūc phrenesi correptū curā dī gratia viferet. Ac plane quiddā risu dignū: cōmemorabat. Dicebat em̄ in aedes illius venisse sese ignartū etiā hominē iam eo morbo teneri. At illū p̄tinus surrexisse: foribusq; oculis: ac nudato gladio: tibias ipsas sibi tradidisse: iisq; vti caneret iussisse. Deinde vbi id non posset illum pcussisse: scutū sublata manu gestantē. Sese porro in tanto piculo tale quiddā fuisse cōmentū. Nempe ad canēdi certamē prouocasse hominē: idq; ea lege vt victus p̄scriptum certumq; plagarū numerū acciperet. Ac sese priorē cecinisse: praue atq; īperite: deīn traditis illi tibis: scutū ab illo recepisse: gladiū autē ex templo per fenestras in arēā abiecis-
Dein quū minore iā discrimine cū illo luctaret: auxilio aduocasse vicinos. Eos reuulsisse bel-
luam: atq; ita illorū opera seruātū sese. Ostēdebat autē & plagarū vestigia qdā: nōnullaq; in facie tubera liuentia Ergo quū Dionicus ob huiusmodi fabulā nō minus placuisset: q̄ morio ipse: proxime istiatū reclinās sese: de reliquis cōenabat. Atq; hic qdē haud absq; numine quodā nobis aduenerat imo prorsum vsui futurus ad ea q; postea contigerūt. Nam p̄diens in mediū cōuiuiū puet qdā: qui se ab Ercemoele Stolco venire diceret: epistolā quoddā ad serenstaeiebat ab hero sibi mandatū: vt eo palā omnibus audiētibus plecto: rursus domū se se reciperet. Hic igitur permittēte Aristāneto. admotus ad lucernā legebat. Philon. Num orationē Luciane in sp̄sē laudē cōpositū: aut carmē nuptiale: qd gen⁹ permulta facit. Lucia. Quin nos quoq; istiusmodi quiddam facere cōsueuimus. Verum nihil his rebus si-
mille siquidem in litteris ita scriptum erat.

Ercemoeles philosophus Aristāneto. Q̄ nō mouear cōululis omnis antea cta vita mea fue-
rit restis. Qui qdē quū quotidie mihi cōplures ea causa molesti sint ite multo ditiores: tamē
haud vnq; adduci quiuerim: vt illuc me conferrē ac cōenis me dederē. ppendēs nimis: quā-
tum sit in eiusmodi cōpotationib⁹ tumultus: quantū licētiē petulātiāq; verum aduersus
vnū te mihi videor meo lure stomachaturus: qui quū tantū tēporis a me officiosissime cul-
tus & obseruatus: tamē indignū habueris: quē vel inter reliquos amicos tuos numerares.
sed solū ex omnib⁹ praterieris: q̄ quū vicinus essem: proinde tua causa magis discrucior
qui quidē te tam ingrātū p̄bueris Nam ipse felicitatē: nequa q̄ in hoc statuo: si q̄s mihi impa-
tiar. vel suē siluestrem: vel leporē: vī placentā: q̄ mihi affatim cōtingūt apud alios qui quid
cuīq; cōpetat: norūt. Quādoquidē etiā hodie quū apud discipulū pammanē cōenare mihi
licuerit: opiparā (vt vocant) cōenā non annui tamē: vehementer obsecrātis: tibi scilicet de-
mēs ego. memetipm reseruās. At tu nobis p̄teritis: alios accipis conululo. Idq; merito facis
Neq; em̄ vīlo modo potes: quid sit rectius dignoscere nec apprehēsam illā fantasiā habes
Caterū haud sum nescius: vñ mihi ista sint p̄fecta: nēpe ab egregiis istis phylōsophis tuis
Zenothemide ac labyrintho Quibus equidē (absit inuidia dicto) vel vnico syllogismo mī
hi videor os p̄tinus obturare posse. Alioqui respondeat istorū aliquis: quid sit phylōsophia
aut hēc: q̄ intēr elementa tradunt: quid habitio differat ab habitu: vt ne quid interim de p-
plexis illis rogationib⁹ pponā quid sit syllogismus cornutus: quid acrualis: quid metens
Verum tu quidem istis fruaris licet. Nam ego: qui solum in bonis ducam: qd sit honestum

facile tulero contumeliā. Atqui ne possis posthac ad istā excusationē cōfugere: vt dicas te mei oblitū fuisse: nimirū in tanto regis strepitu: tantisq; occupationibus: bis te hodie sum al loquutus: primū mane domi tuæ: deinde rursū in castoris ac pollucis tēplo: rem diuinam facientem. Ac his quidē de rebus hæc responderim. Quod si tibi videre coenæ gratia succēdere quid Oeneo acciderit cogitaro. Videbis nimirū ipsā etiā dianā indignantē: quod ille se solū nō adhibuerit ad sacrificiū: quū reliquos deos omnis acciperet cōuiuiō. Nā hac de re sic alicubi meminit Homerus. Seu quia nō nōrat: seu nō succurrerat illi.

At dedit ingentes animi socordia clades.

Item Euripides.

Calydon quidem hæc pelopeli regio solli: Qua parte sænum spectat aduersa fretum

Argos habens: tum diuites tum fertiles. Rursū Sophocles.

hūmanis apri: triste monstrum: in cœni Immisit agros gnata latonæ dea

Docta eminus: missis ferire spiculis.

Hæc tibi e plurimis pauca pposuerim vt intelligeres: cuiusmodi pterito viro Diphilū ad coenam adhibeas: cui & ipsi filiū cōmiseris tuū. Idq; recte. Est enī iucundus adolescentis: & ita cum eo viuūt: vt placeat atq; obsequat: atq; adeo nō mihi turpe dictū fuerat: addidissim & aliud quiddā. Quidē tu si libebit: & Zopyro eius pedagogo verū esse cognosces. Verum nō conuenit obturbare in nuptiis: neq; accusare quenq; pserim criminib; vsq; adeo fœdis ac pudēdis. Tamen si Diphilus dign⁹ in quē id facerē: quippe qui duos tam discipulos a me retraxerit: ego tñ ipsius philosophiæ causā reticebo. Porro famulo huic mandauit: vt si quā ipsi partem dare velles: vel apri: vel cerui: vel placēt: mihi deportandā: vt isthōc pacto te mihi de coena purgares: ne reciperet: ne ad hoc ipsum a nobis missus fuisse videat: Hæc amice quū legeretur: sudor interim vndiq; mihi manabat præ pudore: simulq; iam illud qd vulgo dici solitū est: optabam. vt terra mihi dehisceret: quū viderē eos qui pntes aderāt ad singulas epistolæ partes inter se ridētes: potissimū aut hos. qui nouerant Eteocle virum canū: quiq; tantū seueritatis ac modestiæ p se ferat. Admirabant igitur: qd eiusmodi vix esset: hætenus fugisse sese: barba videlicet ac vultus austeritate deceptos. Ceterū Aristænetus mihi quidē haud videbatur hoīem contēptū negligentiaue pterisse: verū qd desperasset si fuisset inuitatus: vnq; adduci posse: vt annueret: vtq; ad eiusmodi res se migeret pberet. Eoq; ne tentandū quidē esse putasse. Ergo postea qd puer iam legere desisset. vniuersum conuiuiū in Diphilū ac Zenonē torquebant oculos: qd hi iam metu trepidi sederēt: ac pallidi: ipsaq; vultus inconstātia ac perplexitate: crimen agnoscētes: ab Eteocle intentum. Porro Aristænetus qd esset sane perturbatus: vehementerq; cōsternatus animo: tñ nos iubebat bibere: conans nimirū id qd euenerat: cōmode vertere: subridens interim. Ac puenire redire iussit: respondens: ea sibi curæ fore. paulo aut post: surgēs & zeno clāculū sese subduxit & cōuiuiō: submonit⁹ a pedagogo: vt discederet inuētē: idq; tanq; patris iussu. Ibi vero Cleodemus: qui iam dudū occasionē q̄ritabat (Nā gestiebat oīno cum Stoicis cōflicari: vtrum dirumpebat: qd nō repiret causā ad id satis idoneā) tum igitur: ansam p̄bente epistola: Huiusmodi: inquit facit egregius ille Chrysippus & Zenon ille mirabilis. neq; nō Cleanthes: verba misera: neq; quicq; pter rogatiunculas: & vmbas dūtaxat philosophorū. Ceterum Eteocles sūt q̄ plurimi. vt videtis: q̄ sint seniles epistole scilicet postremo Aristænetus hic Oeneus ē. Eteocles diana. Dii boni: q̄ bene auspiciata oīnia: q̄ cōgrua celebrāda festiuitati. Ita per Iouē inquit Hermon supra hūc accumbens: inaudierat aut: vt opinor apri quēdā Aristæneto patū: vt in cōuiuiō pponeret: eoq; putabat nō inrepestiue factā mentionē apri illi⁹ Calydoni: p lares aristænete fac q̄ptimū sacri ptē mittas. ne senex interim ille fame p̄ear: tanq; Meleager tabefactus. Tamen si nihil q̄at acerbū acēdere: q̄nquidē Chrysippus hæc indifferētia censet esse: itane vos Chrysippū nolatus inq; Zenonem: erigēs

sele: maximæq; voce intonās: aut ex vno hoīe: qui nō legitime philosophiā excoccat: nepe
 p̄stigiatore isto Etoemocle. Cleātē ac Zenonē metimini: viros sapiētes! At q̄ tādē estis ipsi
 vos: q̄ hāc dicitis: an nō tu Hermō: Castoris & Pollucis cæsariē quā habebāt aureā circū
 disti! Cuius quidē facti poenā dabis carnifici traditus. Tu porro Cleodeme: nonne Softrati
 discipuli tui vxorē stupraſti! Nōne in adulterio eo dephēsus nefandissima passus es! An nō
 igit̄ ſilebit: quū hmōi dedecorē vobis ſitis cōſcii! Atqui nō ſū mezipſi⁹ vxoris Leno: Cleo-
 demus ingt. quēadmodū tu: neq; discipuli diuerſantis apud me: viaticū ſuſtuli: eorū facto
 rapuiſſe me p̄ caniciē deierās abnegauit: neq; q̄ternis drachimis foenero: neq; discipulos oba-
 torto collo in vincula duco: niſi in tpe mercedē p̄ſoluerit. Vex̄ illd ingt Zenothemis: haud
 quā poſſis inficias ire: te Critoni venenū quo p̄ſem necaret miniſtraſſe. Hāc quū diceret
 forte bibebat: quid aūt erat in calice reliquū (erat aūt ferme ſemiplenus) in duos illos p̄-
 fundebat. Porro cōſperſus eſt piter & Ion Idq; p̄miſi tulit: q̄ illis vicin⁹ accūberet: alioq; eo
 malo nō indign⁹. Hermon igit̄ demiſſo vertice merū e capite depluebat: eos iterū q̄ p̄ſes
 erāt a treſtās: q̄ id gen⁹ cōtumeliis eēt affect⁹. Cleodem⁹ aūt quū nō haberet calicē iuadēs
 primū cōſpuebat Zenotemidi: deīn leua cōmp̄henſū a barba: plagā in tps erat illiſurus: ac
 ſenē fortāſſe necaſſet: ni Ariſtænetus dextrā ſublatā retinuiſſet. Is mox tranſcēſo Zenothe-
 midē iter vtrūq; medi⁹ aſſedit: vt eo veluti muro dirēpti: pacē inter ipſos agerēt. Hāc igit̄
 dū gerebant philon: egdē varia meo cū animo voluebā. Primū illud ſtatī occurrebat: nullū
 eſſe op̄a: preciū: ſi q̄s diſciplinās perdiſcat: ni ſil' & vitæ rōnes: ad id qd eſt optimū accōmodet
 atq; componat. Quum viderem illos qui verbis alios antecellerent: q̄ factis ipſis ſeſe ridicu-
 los exhiberēt. Deīde & illud veniebat in mentē: ne forte verū eſſet: qd vulgo plerūq; dictū
 tarent. videlicet eruditione a recta ratione boniſq; iſtitutis abducere iſtos: qui ſolos libros
 ſpectarent: quīq; ſollicitudine curaq; quam illi adferrēt p̄petuo tenerentur. Quandoquā-
 dem quū ibi tam multi p̄ſes eſſent philoſophi: ne caſu quidē vllum erat cernere: a peccā-
 do imūnem. Verū alii faciebant turpia: alii dicebāt turpiora. Neq; em̄ iam poterā eorū quæ
 fiebāt culpam: vino authori imputare: mecū reputans: cuiusmodi eſſent: q̄ Etoemocles: ne
 q̄ cibo neq; potu: x̄iā dum guſtato ſcripſerat. Itaq; rerum vices p̄poſterā atq; inuerſā vide-
 bantur: ſiquidē vidīſſes idiotas illos: ſumma cū modestia cōiuiū agitanter: neq; vino per-
 eulātes: neq; indecore ſeſe gerētes. At ridebāt duntaxat: & iā dānabāt eos op̄inor: quos du-
 dū ſuſpexerāt: ex habitu iudicātes eos alicuius eſſe p̄cti. Cōtra ſapiētes illi: & in libidinē ſe-
 rebāt: & cōiuiis certabāt: & ſupra modū ſeſe potu cibiq; explebāt: poſtremo vociferabāt
 et ad man⁹ vſq; cōſerendas: rapiebāt. Caterū admirāduſ ille Alcidas: etiā meiebat ſub
 oculis oīm: nihil reueritus ſcēminas. Ac mihi qdē: ſi quis hāc q̄ in eo cōiuiū gerebāt rectiſ-
 ſime voluiſſet cōſerre ſimillima videbant̄ iis: q̄ de Eridæ dea poetæ fabulāt. Nempe hāc: q̄
 nō eſſet ad Pelei nuptias aduocata: malū in mediū cōiuiū abiiciſſe: ex quo tā ingens apd
 Troiā bellū fuerit ortū. Itidē Etoemocles mihi viſus eſt: epiſtola illa: quaſi malo: quop̄iā in
 mediū p̄lecta: nō minus malorū: q̄ ilias habear: excitaſſe. Neq; em̄ finē cōtentōis faciebant
 Zenothemis ac Cleodem⁹: q̄q; medi⁹ iter vtrūq; interceſſerat Ariſtænet⁹. Age igit̄ Cleode-
 m⁹: in p̄ntiā qdē ſat ē: ſi iſas nescire cōiucamini. ſed craſtino die vos viciſcar: q̄b⁹ cōueni-
 et modis. Reſpōde mihi Zenothemi: vel tu: vel elegātiſſim⁹ iſte diphilus: quātandē grā pe-
 cuniæ poſſeſſionē! inter indifferētia ponendā eſſe cenſeris: niſi q̄ ex oīb⁹ nil aliud ſpectatis
 q̄ vt ip̄i q̄ plurimū pecuniæ poſſideatis! Atq; ob id cauſa: ſp apd diuites hæretis: foenerat: at
 q̄ vſuris incūbitis: neq; nō mercede docetis. Rurſum quū voluptatē deteſtemini: atq; hāc
 de cā Epicureos in ius vocetis: quū ipſi voluptatis gratia: turpiſſima tū factis: rum patim̄
 ni: Indigne ſerētes: ſi quis vos nō vocaſit ad coenā: rurſū ſi vocemini: nō ſat eſt tū vorare vt
 cibo turgeatis: niſi & famulis tū donetis. Atq; hāc quū diceret: pariter & linteum renellere

conatus est: qđ Zenothemidis puer tenebat: omni carnali genere refertus: planeq; futurum erat vt aptū illud ac solutū mediū in solū abliceret: nisi quia puer nō omittebat e manibus grauiter aduersus trahētē retinēs. Hic Hermō: Euge Cleodeme: rīdeāt q̄ grā dānēt volupratē: quū ipsi supra ceteros oīs studeāt voluprati! Quin magis inqt Zenothemis: tu Cleodeme: respōdero: quāobrē diuitias inter indifferētia numeres. Imo tu potius: atq; hunc ad modū diutius est altercatū: Donec Ion capite tandē in aptū plato: desistite inqt: Ego si libet sermonū argumēta pponā in mediū cōuiuio nuptiūq; digna. Vos porro citra cōtentio nem vicissim & dicite & auscultate: quēadmodum & apud Platonē nostrū alternis dicem di vicib⁹ res vt plurimū agitat. Id dictū pbabāt quū oēs q̄ aderāt tum in primis Aristænet⁹ atq; Eucritus: nimix in spem erecti: fore vt eo pacto ab odiosis illis contentionibus discedi posset. Et Aristænetus priorē in locū sese recepit: iā ptā esse pacē natus. Iāq; nobis inferbat ea cōuiuī ps quā secūda smēla vocāt singula: singulis aues: carnes aprugna: pulpa lepori na: piscis Tagenic⁹: placēta: breuiter illa: q̄cūq; libe⁹ est: seu velis in aluū cōdere: seu domū asportare malis. Apponebat igit: nō sua cuiq; q̄drula: vix Aristæneto atq; Eucrito: eadē in pte mēsa: vna ābōb⁹ cōmunis: ita vt de sua vtriq; pte q̄ se spectaret: eēt edēdū: aut tollēdū. Deīn altera Zenothemidi stoico: & Hermoni Epicurio: & his trē int ipsos cōmunis. Deinceps Cleodemo atq; Ioni Post hos spōso ac mihi. Porro diphilo duorū ps apposita: ppter ea q̄ Zeno iā discesserat. Hæc facito philon: vt i memoria teneas: Nā paulo post: ad intellectū narratōis erūt vsui. Phi. Meminero. Lu. Tū Ion: prim⁹ igit exordiar inqt: si qđē videf. Deīn vbi paulisp̄ in siluisset: Cōueniebat inqt fortassis: vt apđ eiūsmōi viros de Ideis: atq; incorporeis substātiis: deq; animi immortalitate fmo haberet: vix ne mihi cōtradicat: iū q̄ diuersā philæ sectā sequit: de nuptiis dicā: ea q̄ cōgruūt. Atq; illud qđē optimū fuerat futurū: si nuptiis opus nō haberem⁹: sed Platonis ac Socratis dogma sequuti a foemiāz cōmercio nos penit⁹ abdicarem⁹: Etenī q̄ ita fecissent: il demū ad absolutā illā virtutē ptingere potuisset. Qđ si viris oīno ducēdā sint vxores: vt eas iuxta Platonica sniam int se cōes habeāt: videlicet: quo Zelotypia vacem⁹. Hæc quū essent risu excepta: vt q̄ nimis intrēpestiue dicerētur Tū Dionysodor⁹ nō tu defines inqt barbarica ista nobis occidere! Nā vbi Zelotypiā istā re perias: aut apud quē! At tu etiā hīscere audes inqt sterq̄linū! Ad hæc Dionysodor⁹ iā erat cōiucia: q̄ cōueniebat regestur⁹: vix grāmatic⁹ istic⁹ vir optim⁹ ille: Definire inqt. Ego vobis epithalamion recitabo: simulq; coepit legere: Erāt aut elegiaci vers⁹ hi: si satis meminī. Nuper Aristæneti in ædibus vnica summo Nutrita est studio diua cleantis hera. Virginibus cunctis reliquis præstantior vna Vel potior phoebe: vel potior venere. Salue & tu iuuenum validissime sponse valentum: Nereo prior: ac fortior Eacida. At rursus vobis hoc carmē sepius olim. Cōmune ambobus coniugiale canam. Hæc ita vt est consentaneū: risus est cōsequutus Reliquū erat: vt sibi tollerēt. Iāq; tollebat Aristænetus atq; Eucrit⁹: ex his q̄ sibi fuerāt pposita suā vterq; ptē. Tū ego q̄ mihi: & Che reas. itē q̄ sibi erāt pposita Eūdē ad modū Ion & Cleodem⁹. Porro Diphilus etiā Zenonis digressi partē tollere parabat: affirmās vni sibi ea fuisse pposita: atq; hac de cā cū ministris dimicabat: ac vicissim int sese trahebāt manibus vtrinq; in auē inlectis: nō aliter q̄ patrocli cadauer hinc atq; hinc attrahere conātes. Postremo vicit ille atq; abstulit: plurimū interā risum pbēs cōuiuis Maxime quū eā ob rē postea grauiter stomacharet: p̄inde q̄si atroci affectus iniuria. Iā vero Zenothemis atq; Hermon: q̄ pariter vt dictū est: accūbebāt. alter superius: puta Zenothemis: alter infra hūc: reliqua qđē: qm̄ aq̄lia fuerāt apposita: citra pugnā sustulerāt. Ceterx̄ auis: q̄ iacebat ad Hermonis ptē: erat altera paulo pinguior: idq; ita casu euenerat: opinor. Iāq; suā vterq; sublatur⁹ erat. Ibi Zenothemis (sed tu mihi nūc q̄ maxie fac animū aduerter: iā em̄ ad ipm̄ negotii caput puenimus) Zenothemis in quā: omīssa ea

Erasmi Roterodami.

quæ sese spectabat eâ q̄ ante Hermonē lacebat tollere ē aggressus: q̄ qdē (vri iā dixim⁹) erat
pinguiscula. At ille cōtra nitēs retinebat: haud finens: vt ea in re potiores ferret. Inter hæc
clamore coorto vtriq̄ in alterū irruētes ipsi auib⁹ facies mutuo cædebāt: ac barbis iuicē p̄
hensis: auxilio aduocabāt: hic qdē Cleodemū: puta Hermō: ille vero: nēpe Zenothemis: Al
cidamātē ac diphilū. At cæteri qdē ad ptes accesserūt: prim hui⁹. p̄tim illi⁹: p̄ter vnū lonē:
q̄ sese neutrū atq̄ ācipitē seruabat. Cæterū illi iuicē cōserti pugnabāt. Ac Zenothemis qdē
Scyphū e mēsa sublatū: eū q̄ corā Aristaneto stabat: abiecit in Hermonē. Atq̄ hūc haud
tetigit alio sed flexus aberrat. Vex spōsi caput discecuit: alto grauissimoq̄ vulnere. Itaq̄
mulierū coorta vociferatio: q̄ mediū in plū infiliēbāt: cū primis aut̄ adulescētuli mater: quē
iā sanguinē ei⁹ aspexisset: p̄terea & spōsa meru territa: sese sup̄ illū iniecit. Inter hæc Alcida
mas: strēnuū vix prætētit: quū Zenothemidi ferret opē: & illiso suo baculo: Cleodemū qdē
caluariā. Hermonis vero maxillā cōminuit: ad hæc e famulis aliquot opitulari pantes: vul
nerauit. Quāq̄ illi nihil his reb⁹ territi cesserūt. Vex Cleodem⁹ intērato digito: Zenoth
emidi oculū effodit: tū admot⁹ narē mordic⁹ auulsit. Porro Hermō Diphilū Zenothemidi
suppetias ferre conatū: e spōda: in terrā p̄cipitē dedit. Sauciat⁹ ē & isticus grāmatic⁹ dum
interuētū suo eos studet dirimere: calce videlicet ī dētes illi⁹ illiso: idq̄ a Cleodēo: quū hūc
Diphilū esse credidisset: nō listicū. lacebat igit̄ miser ille: iuxta suū ipsius Homerum.
Purpureū vomitū pietās: ore cruorē. Præterea tumultus atq̄ lachrymarū plena vndiq̄
erāt oīa: dū & mīeres eiularēt Chereæ spōso circūfusæ: dūq̄ aliū: has studēt cōpescere. Por
ro maxia malorū oīm ps erat Alcidas: postea q̄ semel p̄ sua virili irruisset: feritēs: q̄cunq̄
forte in ipm incidisset. Neq̄ vero pauci in eo plio cecidisset: scito: ni baculū is fregisset Ego
porro iuxta pietē erect⁹ assistēs. Spectabā oīa: neq̄ me ei negotio admiscebā: nimirū listici iā
doct⁹ exēplo. q̄ esse piculosū ei⁹smōi cōstiat⁹ velle dirimere. Lapithas itaq̄ centaurosq̄ vi
disses: euerit mēsas: effudi sanguinē: plūci scyphos. Demū Alcidas subuersa lucerna ma
gnas induxit tenebras. hūc res vt ē cōiectu facile: atrocior etiā mīto cē coepit: p̄sertim quū
haud eēt p̄clue: luminis copiā alicūde recuperare: sed mīta interi ac scæua patrata sūt in te
nebris post vbi accederet: nescio qs lucernā radē adportās: Alcidas qdē reptus ē: tibici
næ vestē sustollēs: viq̄ cū illa cōgredi pugnās: Dionysodor⁹ aut̄ in alio quodē ridiculo faci
nore dephēsus ē iā vt surrexerat: scyph⁹ e sinu illi⁹ elaps⁹: ī solū decidit. Id ita factū: lon ad
modū sollicitē q̄ si patronū agēs affuerat. His reb⁹ dimissū est cōsulitū. a lachrymis de
nuo ī ridiculū exitū cōuersū. idq̄ Alcidas mātis Dionysodori: atq̄ Ionis gfa. Porro q̄ erat sau
ciū: sublati sarcinæ ritu: foras deportabāt miseris affectū mōis: maxie senex ille Zenothemis
piter tū oculo tū nare mutilat⁹: enecari se præ cruciatu clamitans. Adeo vt Hermō: q̄q̄ ne
ipse qdē exps malorū. Nā huic duo dētes fuerāt excussi: palā attestaret: Memineris Ingēs o
Zenothemis: ne post hac dolorē in mediis habēdū ducas. At spōsus iā vulnere a Dionico
curato: domū reuect⁹ est fasciis reuicō capite: eidē iposit⁹ vehiculo quo spōsā fuerat abdu
cturus. Atq̄ ita miser ille nuptias acerbis celebrat. Dein & aliis itē Dionic⁹ p̄ sua virili re
mediū adhibuerat. Postreō cubātes asportati sunt: pleriq̄ mediis in viis vomētes. Cæteri
Alcidas inibi remanebat. Neq̄ em̄ valebāt hoīem extrudere: posteaq̄ semel sese in spō
sam abiecerat atq̄ ibi trāuersus accubisset. Hic erat o bone Philō eius exit⁹ conuiuii: de
quo rectissime illud dici possit: qd̄ in fine Tragœdiarū frequēs est. Sunt fortunæ vari casus
Plurima q̄ haud speraueris vnq̄ Ea cōficiūt: numina diuū. Rursum q̄ certo speraris Ea fru
strato nō contingūt. Sigdē & hæc plane p̄ter expectationē atq̄ inopinato exierūt. Præ
terea & illd̄ iā didici. nō esse rutū: cui nō sit opus: cū ei⁹smōi philosophis agitare cōsulitū.

Thomæ Mori Translationis E Luciano ad M. Ruchalum præfatio.

Ornatissimo doctissimoq; viro Magistro Ruchalo Regio apud anglos Secretario
Thomas Morus. S. P. D.

SI quisq; fuit vnq; vir doctissime: qui Horatianū præceptū impleuerit: voluptatēq; cū vtilitate coniunxerit: hoc ego certe Lucianū in primis puto præstitisse. Qui & superciliosis abstinēs philosophorum præceptis: & solutioribus poetarū lusibus honestissimis simul & facerissimis salibus: vitia vbiq; notat atq; infectatur mortalium. Idq; facit tam scite: tantaq; cum frugē vt quum nemo altius pungat: nemo tamen sit: qui non æquo animo illius aculeos admittat. Quod quū nunq; nō egregie faciat: fecisse tamē mihi singulari quodam modo videtur in tribus his dialogis: quos ob idiplū e raro festiuissimo sum numero potissimum delegi: quos verrerem: aliis tamē alios fortasse longe prælaturis. Nam vt e virginibus nō eandem omnes: sed alius aliam: pro suo cuiusq; animo præfert: de amatq; non quam præcipuam tuto possit asserere: sed quæ sibi videatur: ita e lepidissimis Luciani dialogis: alius alium præoprate: mihi certe isti præcipue placuerunt: neq; temere tamen (vt spero) neq; soli. Nam vt a breuissimo incipiam: qui Cynicus inscribitur: quisq; posse videatur ipsa breuitate contemni: nisi nos Horati⁹ admoneret: sæpe etiam in exiguo corpore vires esse præstantiores: ipsiq; minimas etiam gemmas esse videremus in pretio. In etus ergo delectu: honorifico calculo mecum suffragatus est diuus Ioannes Chrysostomus. Vir acerrimi iudicii: doctorum ferme omnium christianissim⁹: & christianorum (vt ego certe puto) doctissimus: quem vsq; adeo dialogus hic delectabat: vt bonam eius partem in Homeliā quandam: quam in Ioannis euangelium cōmentatus est: inseruerit. Neq; id immerito. Quid enim placere magis viro graui vereq; christiano debuit: q̄ is dialogus in quo dī aspera paruq; cōtenta cynicorum vita defenditur: mollis atq; enervata delicorum hominum luxuriā reprehenditur. Necnon eadem opera: christianæ vitæ simplicitas: temperantia: frugalitas: deniq; arcta illa atq; angusta vita: q̄ ducit ad vitā: laudat. Iam Necromātia (nam hic secundo dialogo titulus est) non satis auspicato vocabulo: sed materia tamen felicissima: q̄ false taxat: vel magorum præstigias: vel inania poetarum figmenta: vel incertas quauis de re philosophorum inter se digladiationes! Superest Philopseudes: qui nō sine Socratica Ironia: torus versatur (id quod titulus ipse declarat) in ridenda coarguendaq; mentiendi libidine: dialogus: nescio certe lepidior ne an vtilior. In quo non valde me mouet: q̄ eius animi fuisse videtur: vt non satis immortalitati suæ confideret: atq; in eo fuisse errore: quo Democritus. Lucretius. Plini⁹. plurimiq; iidem alii. Quid enim mea refert quid sentiat his de rebus ethnicus: quæ in præcipuis habentur fidei christianæ mysteriis! Hunc certe fructum nobis afferet iste dialogus: vt neq; magicis habeamus præstigiis fidē. et superstitione careamus: quæ passim sub specie religionis obrepit: tum vitam vt agamus minus anxiam: minus videlicet expauescentes tristitia quæpiam ac superstitiosa mendacia: quæ plerumq; tanta cum fide atq; auctoritate narrantur: vt beatissimo etiam patri Augustino: viro grauissimo: hostiq; mendaciorum acerrimo: nescio quisnam veterator: persuaserit vt fabulam illam de duobus spurinis: altero in vitam redeunte: altero decedente: tanq̄ rem suo ipsius tempore gestam pro vera narraret: quam Lucianus in hoc dialogo: mutatis tantum nominibus: tot annis anteq̄ Augustinus nasceretur: irrisit. Quo minus mireris si pinguioris vulgi mentes suis figmentis afficiant si qui se tum demum rem magnam con fecisse putant: christumq; sibi deuinxisse perpetuo: si commenti fuerint: aut de sancto aliquo viro fabulam: aut de inferis tragœdiam: ad quam vetula quæpiam aut delira lachrymetur: aut paula inhorrescat. Itaq; nullam fere martyris: nullā virginis vitā: prætermisissent: in quam non aliquid huiusmodi mendaciorum inseruerint: pie scilicet: alioqui enim

Thomæ Mori.

periculum erat ne veritas nō posset sibi ipsa sufficere nisi fulciretur mendaciis. Nec veriti sunt eā religionē cōtaminare figmētis: quā ipsa veritas instituit: & in nuda voluit veritate consistere. nec viderunt vsq̃ adeo nihil istiusmodi fabulas conducere: vt nihil perniciosius officiat. Nempe (vt memoratus pater Augustinus testatur) vbi admixtum subolet mendacium: veritatis ilico minuitur ac labefactatur autoritas. Vnde sæpe mihi suspicio suboritur: magnam huiusmodi fabularū partē: a vasis ac pessimis quibusdam nebulonibus hæreticisq̃ confictā. quibus studium fuit: partim ex incauta: simpliciū potius q̃ prudentiū: credulitate: voluptatē capere. partim fabularum fictarū cōmercio: fidem veris christianorum historiis adimere. quippe qui frequenter quædā: his quæ in sacra scriptura cōtinentur: tam vicina confingunt: vt facile se declarent: adludendo luisse. Quāobrem quas scriptura nobis historias diuinitus inspirata cōmendat: eis indubitata f. des habenda est. Cæteras vero ad Christi doctrinā: tanq̃ ad Critolai regulam applicātes caute & cum iudicio: aut recipiamus: aut respuamus: si carere volum⁹: & inani fiducia: et superstitiosa formidie. Sed quo progredior epistola: fere iam librum superat: nec interim tñ verbum de tuis laudibus vllum. In quas alius fortasse tot⁹ incubuisset: quartūq̃ citra vllā adulādi suspiciōē vberriam mihi materiam præbuisent (vt cæteras virtutes tuas omittā) vel egregia doctrina tua summaq̃ in rebus agendis prudētia: quā tot in diuersis nationibus in tam arduis negotiis: tam feliciter actæ legationes declarant: vel singularis fides grauitasq̃: quā nisi satis perspectā exploratamq̃ habuisset: nunq̃ te prudentissimus princeps sibi a secretis esse voluisset. Sed cæterarum virtutū tuarum prædicationi vnica modestia tua reluctatur: quæ facit. vt quum laudanda tam libenter facias: fecisse te tamen non libenter audias. Parco igitur pudori tuo hoc vnum dūtaxat abs te precat⁹: vt has in græcis litteris studii mei primitias æquo animo suscipias: finasq̃ vt quaecunq̃ apud te sint amoris officiq̃ in te mei monumētū. quas tibi sum ausus eo maiora fiducia cōmittere: q̃ et si tā acre tibi iudiciū sit vt quicquid erratū fuerit: nemo penetratius videat: is tamē est ingenii tui candor: vt nemo libētius cōnueat.

Vale.

ELucianoCynicus.

LVCIANI CYNICVS THoma Moro interprete.

Personæ. Lucianus et Cynicus.

Lucianus.

Quid tu tandem? barbam quidem habes: & comam: tunicam non habes: nudusq; conspiceris: ac sine calceis: delecta nimirum vaga inhumanaq; ac ferali vita: tum proprio corpe cōtra q̄ faciūt cæteri: semper vsus: incōmode: nūc huc: nunc illuc circuis: in arido præterea solo cubās: adeo vt plurimū etiā sordium: tritum ist hoc pallium referat: alioqui nec ipsum: vel tenui filo: vel molle vel florulentum. Cyn. Neq; eū indigeor: si quid est huiusmodi: vt comparetur facillime: dominoq; minimum exhibeat negotii: id in quā mihi sufficit. At tu per deos dic mihi: putas ne esse in luxu viciū? Lu. Immo admodum. Cyni. Contra in frugalitate virtutem? Lu. admodum. Cyni. Cur igitur tandē quum me videas viuente frugalius q̄ vulgo faciunt homines: eos vero sumptuosius: me nō illos arguis? Lu. Quia nō frugalius per louē videris mihi: sed egētius viuere: imo vitam omnino ege nam atq; inopem. Nam tu nihil a mendicis differs: qui cibū mēdicāt in diem. Cy. Vis ergo videamus (quandoquidē huc processit oratio) quid nā inopia sit: quidq; rursus copia? Lu. Si tibi quidem ita videt. Cy. Nūquid ergo satis id cuiq; est: quicquid ipsius explet necessitatem: an aliud quippiā dicis? Lu. Esto istud. Cy. Indigētia vero quicqd cuiusq; vsui deest: nec eo quo sit necesse peruenit? Lu. Scilicet. Cy. Nihil igit meīs in reb⁹ deest. Nihil eū in his est: qd necessitatem nō expleat meā. Lu. Quo pacto istud ais? Cy. Scies si consideres: in quē vsū eorum quodq; paratū est: quorū egemus: vt domus, an nō tegumēti gratia? Lu. Maxie. Cy. Quid vestis: cuius gfa? nōne tegumēti etiā ipsa? Lu. Sane. Cy. At ipso per deos tegumentor: cuius rei gratia indiguerim⁹: nōne vt melius se habeat: id qd tegitur? Lu. Mihi quidē sic videtur. Cy. Vtrū igit tibi peius se habere hi vidēt pedes? Lu. Nescio. Cy. Atqui hoc pacto dī diceris: qd nā pedū officiū est? Lu. Ingredi. Cy. An deterius ergo ingredi pedes tibi vidēt mei q̄ aliorū? Lu. Istud vero fortasse nō. Cy. At nō possēt seu se semelius seu deterius haberēt officium suū præstare? Lu. fortasse. Cy. Pedibus ergo nihilo peius affectis videor q̄ aliū? Lu. Nō videris. Cy. Quid corpus vero meū? Num deterius q̄ reliquorū? Nempe si deterius se haberet, esset idē imbecillius, corporis quippe virtus robur est. An meū ergo debilius? Lu. Nō videtur. Cy. Neq; pedes ergo tegumento vident egere: neq; reliquū corpus. Quippe si egerent: male haberēt. Egestas etenim oīno mala: ac peius habere se facit: ea qbuscūq; adfuerit. At ne ali quidē deterius corpus videtur meū: q; quibuslibet cibis alitur. Lu. Manifestū est id quidē. Cy. Nam nec vegetū esset robustūq;: si aleretur male. Mala siquidē alimenta corpus tabefaciunt? Lu. Ista quidē ita se habent. Cy. Quo pacto igit dic mihi his ita se habentibus: me arguis vitamq; improbas meā ac miserā prædicas? Lu. Ideo per louē: q; quū natura (quā tu colis) ac superi terrā in cōi statuerint: ex ea mīta nimirū ac bona ediderit: vt nobis oīa supeffent abunde: nō in necessitatē mō: verū in voluptatē quoq;: tu tñ hortū oīm aut maximæ salte ptis expers es: nec eorū quoq; frueris nihilo certe magis: q̄ feræ. Nepe aquā bibis: quā etiā bibunt feræ. Comedis vero qcqd offēderis: quēadmodū canes: tū cubile nihilo melius canib⁹ habes. qnq; gramē tibi sufficit: quēadmodū & illis: palliū præterea circūfers nihilo mēdico decētius. Quāq; si tu his cōtent⁹ recte sapiis tū de⁹ pfecto neutiq; recte secit: primum q; oues effecit pingues: deinde vites dulcis vini feraces: ac reliquū: deinde apparatus varietate mirabilem: & oleum & mēl & reliqua omnia vt nos haberemus: edulia quidem omnigena haberemus: potū dulcē haberemus: pecunias haberemus: mollem lectū haberemus. Præterea pulchras domus: ac reliqua demū oīa: mītrū in modū pparata. Nā & ipsa quoq; artū effecta deorū dona sunt. At viuere omnibus huiusce bonis priuatum id fuerit pfecto miserū: etiam si ab aliquo quopiam priueris. Quemadmodum hi qui seruantur in

vinculis. Longe vero miserius: si quis ipse sese omnibus bonis priuet. Nam ea demum manifesta infania est. Cy. Et recte quidē fortasse dicis. Verū istud dic mihi: Si quis diuite quopiam alacriter atq; humane: quin prolixè quoq; exhibere conuiuiū: tum hospites excipere et multos simul & omnigenos: alios quidē imbecillos: alios autem robustos: deinde apponere multa: atq; omnigena. si quis inquā omnia corripat: omniaq; deglutiat: nō ea tantum quæ vicina sunt: sed ea quoq; quæ procul absunt: præparata videlicet inualidis: ipse tamē valēs quū vnum duntaxat: ventrē habeat: nec multis vt nutriatur indigeat: diutius tamē q̄ aliis multi imoret: hic vir cuiusmodi tibi videtur esse? probus ne? Lu. Non mihi quidem. Cyni. Quid vero num temperās? Lu. Ne id quidē. Cy. Quid vero: si quis eiusdem mensæ princeps: multa illa ac varia negligat: vno quopiam ex his quæ proxime apponuntur electo: quum satis in suam habeat necessitatem: id deceter edat eoq; solo vtatur: cetera illa: ne respiciat. quidem: an non hunc & temperatorem: & meliorem virū illo putabis? Lu. Ego certe. Cyni. Vtrum ergo iam intelligis: an me oportet dicere? Lu. Quidnam? Cyni. Quod deus illi quidem pulchre conuiuium instruendi similis est: vt qui apposuerit multa ac varia atq; omnigena: vt essent quæ cuiq; conueniant: alia quippe valentibus: alia rursus agrotantibus: atq; alia quidem robustis. alia vero inualidis: nō vt omnibus vtamur omnes: sed vt his vtatur singuli quæ suæ cuiusq; naturæ conueniunt: & ex his ipsis quacūq; re maxime quemq; indigere contigerit. At vos illum qui per insatiabilitatem atq; incōtinentiā omnia corripit refertis: vt qui rebus vtī velitis omnibus & vndecunq; partis: non solis contenti p̄sentibus existimantes propriā quidē: neq; terram neq; mare: sufficere: Sed importantes ab ipsis vsq; terræ finibus voluptates: patriisq; rebus peregrina præferentes: sumptuosaq; frugalib⁹ atq; ea quæ difficile comparātur his quæ sunt comparatu facilia. In summa deniq; molestias malaq; potius eligentes q̄ absq; molestiis viuere. At isti quidem plurimi ac preciosi beatiq; apparatus: quibus exultatis: per magnam ad vos miseriam erumnamq; perueniunt. Aurū ipsum tam optabile: si libet: argentūq; cōsydera: domus cōsydera sumptuosas: vestes oporosas cōsydera: atq; eius generis omnia: quāto negotio emunt: quot laboribus: periculis: Immo sanguine: ac cæde: quantoq; hoīm interitu: nō ideo solū q̄ dum nauigant: ppter ista pereunt: ac dū quærunt parantq; grauiā perferunt: sed ob id quoq; q̄ digladiationes multas pariunt: q̄ ob ea insidiant inuicem: & amicis amici & parentibus liberi: & maritis coniuges. Sic opinor Eriphilē quoq; auri gratia prodidisse maritū. Atq; hæc quidē omnia sūt quū tamē vestes illæ variæ nihilomāgis quicq; queāt calefacere: aurataq; illa ædificia nihilo prorsus magis regant: nec pocula illa argentea potui quicq; magis conducāt. Sed nec aurei illi nec eburnei item lectuli: somniū suauiorē præbeāt. Immo videbis frequenter in eburneo lecto sumptuosissq; stromatibus: beatis illis: somnū contingere non posse. Præterea omnigenæ illæ circa edulia curæ nihilomāgis alunt. Quin tabefaciūt potius corpora iisdemq; morbos ingenerāt. Quid autem dicere attinet: libidinis gratia quantas molestias mortales & faciunt & patiuntur: q̄ facile est isti cupiditati mederi: nisi quis velit indulgere deliciis. At ne hæc quidem infania corruptelæq; sufficere videtur mortalibus. Sed iam rerum etiam vsum peruertunt: singulis rebus ad id vtentes ad qd minime paratæ sunt. quemadmodū lecto si quis vtī carpēti loco velit: ac tanq̄ curru. Lu. Quisnā is est? Cy. Vos inquā qui hoīb⁹ tanq̄ iumentis vtimini. Nam eos iubetis vt lecticas tanq̄ currus in ceruicibus ferāt. Ipsi vero in sublimi residetis: delicati atq; hoies perinde tanq̄ asinos aurigamini imperātes vt hac non illac eāt: & qui hæc facitis maxime: iidē maxie beati videmini. Tum hi qui pisciū carnibus nō tantū: vt alimentis vtūtur: verū tincturas etiā quasdam ex his machinātur: eos dico qui purpurā tingunt: nonne & hi præter naturā his vtūtur quæ a deo præparata sunt? Lu. Non per Iouem: si quidē tingere etiā potest non comedi tantū purpuræ caro. Cy. At nō

E Luciano Cynicus.

In id tamen nata est. Nam et crateræ quispiā (si præter naturā detorqueat) ollæ loco posset
 uti: nec in id tamē paratus erat Sed quo pacto possit quispiam vniuersam illorū infelicitatē
 percurrere: quæ tanta est! At tu me quoq; qd volo eius esse particeps: incusas Vtuo ego ta-
 men quæadmodum modestus ille: his videlicet duntaxat quæ mihi apponuntur vescens
 ac frugalissimis vtens. Variis vero illis atq; omnigenis minime inhias. Ac deinde quū pau-
 cis egeam: ac minime multis vtat ferinam tibi videor vitam viuere At qui hac ratione tuat
 dii profecto in periculum veniunt: ne & ipsi sint feris etiam deteriores: quippe qui rei nulla
 us indigent. Verum vt exactius intelligas: cuiusmodi horum vtrūq; sit: vel paucis vide-
 licet egere vel multis: considera q; pluribus egent: primū pueri q; adulti: deinde mulieres q;
 viri. tum ægtoti q; valentes: atq; oīnō in sūma inferiora quælibet præstātoribus plurimū indi-
 gent: proinde dii omnino nullius egent rei. qui vero ad deos accedunt proximeq; minimis
 egent. An herculē putas omnīū hominū præstantissimum: quippe diuinū virum: deūq; re-
 cte creditū: miserū tūc fuisse: quū circuitet nudus pelle dūtaxat indutus: harū rerū nostra-
 rum nihil desiderās! At ille miser profecto nō erat: quippe qui miserā ab aliis propulsabar:
 Neq; rursus pauper: qui terra mariq; dominabat. Nempe quocūq; intendisset imperiū om-
 nes quaqua uersum superabat: nec in quenq; sui temporis incidit: qui se v' æquarit vnq; vel
 vicerit: quoad ex humanis excessit. At tu illi stromata putas calceosq; defuisse! atq; ob id
 mundum obambulasse tantum virum! Dicēdum profecto non est. Sed cōtinens erat ac for-
 tis & moderate viuere volebat: nō indulgere deliciis. Quid theseus eius discipul⁹! An nō
 rex erat atheniensium omnium: ac filius etiam vt ferūt neptuni! sua certe tempestatē for-
 tissimus! Arramē ille quoq; voluit sine calceis esse: ac nudus ingredi: barbāq; et comam nū-
 trire placuit ei: nec ei tamen solum sed omnibus etiam veteribus placuit: nempe meliores
 erāt q; nos: atq; adeo ne sustinuisset quidem eorū quisq; aliquid huiusmodi. nihilo profecto
 magis: q; leo quispiā sese tōderi. Siquidē carnis molliciē ac leuorē decere mulieres existima-
 bant. ipsi vero sicuti erant ita videri quoq; viri volebant. ac barbā quidem cultum viri du-
 cebant: quemadmodū in equis iubam: in leonibus barbā: quibus deus splendoris quādam
 atq; ornamentū venustatē dedit: sic & viris barbā adiunxit. Illos igit ego æmulor: veteres
 Inquā illos imitari volo: huius vero tēpestatis hoīes nō æmulor mirabilis huius felicitatis
 noīe. Quam in epulis & vestib⁹ habent: dū poliūt ac leuigāt: singulas corporis ptes ac ne se
 cretiorum quidē vllā ita vt instituit natura dimittentes. At mihi certe pedes opto: vt nihil
 equinis differant: quales Chironis fuisse ferunt. Tum vt ipse stromatis non egeā more leo-
 num: nec cibo egeā magis exquisito q; canes Cōtingat præterea mihi vt terra quæuis mihi
 perse pro cubili sufficiat. Domū vero vt mundum hunc existimem. Allmēta demum vt eā
 deligā: quæ facillime comparari possint. Aurum vero argentumq; ne desiderem vnq;: neq;
 ego neq; meorū amicorū quisq;. Omnia nāq; mala inter homines ex horū cupiditate nas-
 cuntur: & seditiones & bella & insidiæ & cædes. Hæc omnia fontem habent plus habēdi cū-
 pidinem. At hæc a nobis abscedat procul. neq; vnq; plus satis apperam: minus vero quū hā-
 beam: ferre æquo animo valeā. Nostra quidē ita se habent. Plurimū profecto a vulgi sentē-
 tiis ista dissentiūt. Neq; quicq; ergo mirandū est: si ab his deferimus habitū: a quibustantū
 differimus instituto. Sed te demiror: quonā pacto quū suam quādam cit haredo vestem tri-
 buas: cultumq; atq; adeo tibicini suū: & tragædo suum: bono viro cultum vestēq; propriā
 am nullam existimas: sed eandem ei cum vulgo habēdam censēs. idq; quū vulgus malū sit.
 Quod si bonorum cultus proprius debet esse vllus: quānam deceat magis q; hic meus: qui
 maxime luxuriosis pudendus sit! quemq; illi maxime auersentur! Cultus ergo meus hu-
 iusmodi est squalidum esse: hirsutum esse: tritum pallium Indui: comā producere: ac sine
 calceis ingredi. Vester vero Cinedorū ornatui simillimus est: nec dignoscere vos quisq;

Thomæ Mori.

ab illis possit: neq; colore vestium: neq; mollicie: neq; camisiarū numero: neq; lacernis neq; calceis: neq; capillorum cura: neq; odore. Nam et redoletis vt illi: iam p̄sertim vos: qui estis felicissimi. Et quidem quid facias quū vīr eundē cum cinedis odorem oleat? Etenim in ferendis laboribus nihil illis pr̄statis! Voluptatibus vero nihilominus q̄ illi superamini: eadem comeditis: eodem modo dormitis: atq; inceditis. Imo vero incedere non vultis: sed gestari potius: tanq̄ sarcinæ: alii ab hominibus: alii vero a iumentis. At me pedes ipsi gestant: quocunq; sit opus: Egoq; & frig⁹ tolerare sufficio: & calorem pati: eaq; quæ dii obtulerint minime moleste ferre: ideo videlicet quia miser sum. Vos vero propter hanc felicitatē nulla estis fortuna contenti: sed omniū poenitet: ac pr̄sentia ferre non potestis: absentia desideratis. hyeme quidem optantes æstatē: æstate: rursus hyemē: atq; in calore frigus: in frigore vicissim calorem: quemadmodū ægotantes: morosi semper & queruli: qđ in illis qđē facit morbus in vobis vero mores. Atq; hæc ita quū sint: iam nos in vitam vestrā traducere æquū censeris: nostrāq; corrūpere: quū sæpe male consulta sint: quæ facitis: ipsiq; sitis in vestris ipsorum negociis minime circūspecti: nihilq; eorū iudicio ac ratione: sed consuetudine cupiditatis faciatis. Quāobrem: nihil p̄fecto differtis vos: ab his qui torrente feruntur. Illi quippe quocunq; fluxus intenderit: eo rapiuntur: & vos itidē quocunq; libidines. At similiter quidē vobiscum agit: vt cum quodam qui equū insanum ascenderat. Equus igitur virum corripiens abstulit. Hic vero amplius iam desilire equo currente nō poterat. Quidam vero quū occurrisset ei: rogauit quonam tenderet? Hic respondit: quocunq; huic videt: equū demonstrās. Quod si vos quisq; roget: quo feramini: si verū vultis dicere: dicetis in vniuersum quidem quocunq; videatur affectib⁹: sigillatim vero: interdum quocunq; voluptati: interdum quocunq; ambitioni: interdū rursus quo lucri studio. Quin interdū ira: interdum metus: interdū aliud quippiā huiusmodi vos auferre videtur. Neq; enim vnum duntaxat equū vos: sed multos infillētes: nunc hunc: nūc illum: furiosos quidē omnes: auehimini. Auferunt ergo vos in barathrum: ac pr̄rupta. Vos tamen priusq; cadatis casuros vos esse nescitis: at hoc detritum palliū qđ vos rideris comaq; habitusq; meus: tantā habet vim: vt vitam mihi quietā præbeat: vtq; agā quicqđ volo: verferq; cū quibus volo. Nempe ex indotis atq; incruditis hominibus nemo me adire voluerit: ob hunc habitū. At molles etiā qui sunt adhuc admodū procul declinant. Congrediuntur vero scitissimi atq; modestissimi: & qui virtutem cupiunt: hi potissimū congregiūtur mecum: horū ego cōsuetudine delector. Eorum vero fores qui hoīes vocātur non obseruo: tum coronas aureas ac purpuram profastu habeo: atq; homines ipsos derideo. At vt cultum hūc intelligas: nō bonos mō viros sed ipsos etiā deos decere: atq; cum deinde si libet irrideas: deorū statuas considera: vtri videntur tibi ne an mihi similes: neq; græcorū solum: sed barbarorū etiā templa circūspicias: vtrum ipsi dii vt ego comati barbariq; sunt: an quēadmodū vos: rasi finguntur atq; pinguntur: quin plurima etiā sine tunicis cōspicies: vt me nūc esse vides. Quo pacto igitur audeas posthac hunc habitum vitio dare: quū deos etiam decere videatur!

Cynici finis Thoma Moro interprete.

E Luciano Menippus siue Necromancia.

MENIPPVS siue NECROMANTIA LVCIANI

THOMA MORO Interprete.

Personæ Menippus Philonides.

MENIPPVS.

Salue atrium domusq; vestibulum meæ:
Vt te lubens aspicio luci redditus.

Philo. Numnam hic Menippus est canis ille? Nō hercle alius nisi ego forte ad Menippus omneis allucinator. At qd sibi vult habitus huius insolētia? Claua: lyra: leonis exuvie: Adeundus tñ est Salue Menippe. Vnde nobis aduenisti? diu est q; in vrbe nō vidimus. Me. Adsum reuerfus mortuorum e latibulis

Foribusq; tristium tenebratum nigris.
Manes vbi inferi manent superis procul.

Philo. O hercules clam nobis Menippus vita functus est: reuixitq; denuo! Me Non sed me adhuc viuum recepit tartarus.

Philo. Quanam tibi causa fuit nouæ huius atq; incredibilis viæ? Menip.

Iuuenta me incitauit atq; audacia

Q; pro iuuenta haud paululum impotentior.

Phi. Siste o beate Tragica: & ab istis descendēs sic potius simpliciter eloq̃re: quanam hæc vestis: q; causa tibi itineris iferni fuit: quū alioquin neq; iucūda: neq; delectabilis sit via. Me. Res dilecte: grauis me infernas egit ad vmbras

Consulerem manes vt vatis Tyresias.

Philo. Atqui de lyras: alioquin non hoc pacto caneres apud amicos consarcinatis versibus: Me. Ne mireris amice: nuper enim cum Euripide atq; homero versatus: nescio quo pacto versibus sic impletus sum: vt numeri mihi in os sua sponte cōfluant. Verum dic mihi quo pacto res humanæ hic se habēt in terris: & quidnā in vrbe agitur? Philo. Nihil noui: Sed quē admodum prius actitabant: Rapiūt: peierāt: foenerant: vsuras colligunt. Me. O miseri atq; infelices. Nesciūt enim: qualia de nostris rebus nuper apud inferos decreta sunt: qualesq; forte facti sunt in diuites istos calculi: per quos cerberū nullo pacto poterunt effugere. Phi.

Quid ais? Noui ne aliquid apud inferos nostris de rebus decretū est? Me. Per louem: & quidem multa verū prodere non licet. neq; arcana quæ sunt reuelare: ne quis forte nos apud Rhadamanthum impietatis accuset. Philo. Nequaquā Menippe per louē: ne amico sermonē hunc inuideas. Nam apud hominē tacendi gnarum: & inītiatum præterea sacris edisseres.

Me. Dura profecto iubes: & ne utiq; tuta: verum tui gratia tamen audendū est. Decretū est ergo: diuites istos ac pecuniosos aurum tanq; danaen seruantes abstrusum. Philo. Ne prius o beate quæ sunt decreta dixeris: q; ea percurras omnia quæ abste audire libētissime velim. Quæ videlicet descensus causa fuerit: quis itineris dux: deinde ex ordine & q̃ illic vide ris: & quæ audieris omnia. Verisimile est enim te: quū res pulchras videndi curiosus sis: eorum quæ visu aut auditu digna videbātur nihil omnino prætermisisse. Me. Parendū etiam in his tibi est: Nam quid facias: vrgente amico? Ego igitur quū adhuc puer essem: audirēq; Homerū atq; Hesiodū: seditiones ac bella canentes: nō semideorum modo: sed ipsorū etiā deorum: adulteria quoq; violentias: rapinas: supplicia: patrū expulsionē: & fratrū & sororum nuptias. Hæc me hercle omnia bona pulchraq; putabā: & studiose erga ea afficiebar. Postq; vero in virilem iam ætatē peruenirē: hic leges rursus iubentes audio poetis apprimē contraria: neq; videlicet adulteria cōmittere: neq; seditiones mouere: neq; rapinas exercere. Hic igitur hæsitabūdus constiti: incertus omnino quo me pacto gererem. Neq; enim deos vnq; putauī mor chaturos aut seditiones inuicē fuisse moturos: nisi de his reb⁹ peride ac

bonis iudicasset. Neque rursus legumlatores his aduersa iussuros: nisi id cōducere existima-
rent. Quā igitur in dubio eram: visum est mihi philosophos istos adire: atque his me in ma-
nus dedere: rogareque uti me utcumque liberet vterentur: vitæque viam aliquā simplicē ac certā
ostenderent. Hæc igitur mecum reputās ad eos venio: imprudēs profecto: quod me ex fumo (ve-
aiunt) in flammam conlicerem. Apud enim hos maxime diligenter obseruās summā repperit
ignorantiam omniaque magis incerta: adeo ut præ his ilico mihi vel idiotarum vita iam au-
rea videretur. Alius etenim soli me iussit voluptari studere: atque ad eum scopum vniuersū
vitæ cursū dirigere. In eo ipsam sitā esse felicitatē. Alius rursus omnino laborare: corpusque
siti vigiliis ac squalore subigere: misere semper adfectū contumeliis: obnoxii assidue: he-
siodi sedulo inculcans celebria illa de virtute carmina: & sudorē videlicet: & accliuē in ver-
ticem montis ascēsum: Alius contēnere iubet pecunias: earumque possessionē indifferentem
putare. Alius contra bonas ipsas etiam diuitias esse pronūciat. De mūdo vero quid dicam?
de quo ideas: incorporeas: substantias: at homos: & inane: ac talē quandā pugnantiū inui-
cem nominum turbā indiem audiebā: & quod absurdorū omnium maxime fuit absurdū: de cō-
trariis vnusquisque quū diceret: Inuicibiles admodū rationes ac persuasibiles adferebat: ut
nec ei qui calidum: nec ei qui frigidum idem prorsus esse contendērent: contra quicquid hisce
re potuerim. atque id: quū tamen manifeste cognoscere fieri nunquam posse: ut eadē res calida si-
mul frigidaque sit. Prorsum igitur tale quiddā mihi accidebat: quale solet dormitantibus: ut
interdum capite annuerē: interdū contra abnuerem. Præterea quod multo erat istis absurdi-
us: vitam eorū diligenter obseruās: comperi eam cum ipsorum verbis præceptisque sumope-
re pugnare. Eos enim qui spernendū censebāt pecuniā: auidissime conspexi colligendis di-
uitiis inhīare: de fœnore litigantes: pro mercede docentes. Oīa denique nūmorū gratia tole-
rantes. Ii vero qui gloriā verbis aspernabātur: omnem vitæ suæ rationē in gloriā referebāt.
Voluptatē rursus oēs ferme palā inessebāt. Clanculū vero ad eam solam libenter consue-
bant. Ergo hac quoque spe frustratus magis adhuc ægre molestique tuli. Aliquatulū tamen
inde memet consolabar: quod vna cum multis & sapientibus & celeberrimis viris ipse insipieñs
quod essem atque vere adhuc ignarus oberrare. Peruigilanti mihi tandē atque hisce de rebus me
cum cogitanti: venit in mentē: ut Babilonē profectus magorū aliquē ex zoroastri discipulis
ac successoribus conuenire Audieram siquidē eos inferni portas carminibus quibusdam ac
mysteriis aperire: & quē libuerit illuc tuto deducere: ac rursus inde reducere. Optime ergo
me facturū putauī: si cum horū quopiā de descensu paciscens Tyresia Boetii cōsulerē: ab
eoque perdiscerē (quippe qui vates fuerit & sapiēs) quæ vita sit optima: quaque sapiētissimus
quisque potissimū elegerit. Ac statim quidē exiliens quā poteram celerrime Babilonē versus re-
cta contendi. Quo quū venio: diuersorū apud Chaldaeorū quendā hominē certe sapienrē at
que arte mirabilē: comā quidē canū admodūque promissa barba venerabilē. Nomē autē illi fuit
Mithrobarzanes. Orās igitur obsecrāsque vix exorauī: ut quauis mercede velleret: in illam me
viam deduceret. at tandē homo me suscipiens primū quidem dies nouem ac viginti cū lu-
na simul incipiens abluī. ad Euphratē: mane solē orientem versus perducēs: ac sermonem
quempiā longū mussitans quē non admodū exaudiebam. Nam (quod in certamine præcones
inepti solent) volubile quiddā atque incertū proferebat: nisi quod quosdā visus est inuocare dæ-
mones. Post illam igitur incantationē ter mihi invultū spuens deducit rursus: oculo nūquā in
obuium quenquē deflectēs. Et cibus quidē nobis glandes erant: potus autē lac atque mulsū et
choaspi limpha: lectus vero in herba sub dio fuit. At postquā iam præparati satis hac dieta su-
mus: medio noctis silentio ad Tigredem me fluuium ducens: purgauit simul atque absterfit:
faceque lustrauit ac squilla tum pluribus itidem allis: & magicum simul illud carmen sub-
murmurans: deinde totum me iam incantans: ac ne aspectis læderet circūiens reducit do-

E Luciano Memippus siue Necromantia.

num: ita vt erā reciprocantē ac reliquū iam nauigationi dedimus. Ipse igitur magicā quādam vestem induit: medorū vestī vt plurimum similē: ac me quidē his quæ vides ornatū: claua: videlicet ac leonis exuiliis: atq; insuper lyra. Iussit præterea vt nomē si quis me roget Memippum quidem ne dicerē: sed Herculem: Vlyssē aut Orpheū. Philo. Quid ita o Memippe: neq; enim causam aut habitus aut nominis intelligo. Me. Atqui perspicuū id quidē est: ac neutiq; arcanū. Nam hī qui ante nos ad inferos olim viui descēderant: putauit si me his assimularet: fore vt facilius Aeaci custodias fallerēt: atq; nullo prohibēte trāsire: vtpote notior tragico ad modū illo cultu emissus. Iam igitur dies apparuit: quū nos flumē ingressi in recessum incumbimus. Parata siquidē ab illo fuerāt: Cymba: sacrificia: mulsæ: & in id mysterium deniq; quibuscunq; opus erat. Hæc postq; ergo quæ prōpta erāt imposuimus. Tum nos quoq; anxii ac vagientiū more lachrymātes ingredimur: atq; aliquātiſper 'quidē in fluitio ferimur: deinde in syluā delati sumus: ac lacū quendā in quem Euphrates conditur. Tū hoc quoq; transmissor: in regionē quandā peruenimus solam: syluosam atq; opacā: in quam descendētes (præibat enim Mithrobarzanes) & puteū effodim⁹: & oues iugulam⁹: & foueam sanguine conspergimus. At magus interim accensam facē tenens: haud ampli⁹ iam sūmisſo murmure sed voce q̄ poterat maxima clamitās: dæmones simul oēs conuocat: Poenas: Erynnēs: Hecatem: nocturnā excessamq; Proserpinā: simulq; polysyllaba quædā nomina barbara: atq; ignota cōmiscet. Statim ergo tremere omnia: & rimas ex carmine solū ducere: ac porro cerberi latratus audiri: & iam res plane tristis ac moesta fuit. Ac protinus quidē inferorū patebant plurima: lacus: pyriphlegethon: ac Plutonis regia. Tum per illū descendētes hiatū Rhadamanthū prope modum metu: reperimus extinctū. Ac cerberus primum quidē latrabat cōmouitq; sese. At quū ego lyram celeberrime correptā pulsassem: cātū statim sopitus obdormit: deinde postea q̄ ad lacū venimus. tranare fere non licuit. Iam em̄ onustum erat nauigiū: & ciulatu certe plenū. Vulnerati quippe in ea nauigabāt omnes hic femur: ille caput: ali⁹ alio quopla mēbro luxat⁹. vsq; adeo: vt mihi certe ex bello quopla adesse viderētur. At optimus Charon quū leonis videret exuilias: esse me ratus herculem recepit transq; vexit libens: tum exeuntibus quoq; nobis monstrauit semitam. Sed quoniā iam eramus in tenebris: præcedit quidē Mithrobarzanes: ego autem a tergo continuus illi comes adhæreo: quoad in pratū quoddā venimus maximū: asphodelo cōsitū: vbi circūfusæ vndiq; mortuorū stridulæ nos sequuntur vmbra. Tum paulo procedentes longius ad ipsū Minois tribunal accessimus. Erat ipse qdē in solio forte quodā sublimi sedens. Astabant aut illi Poenæ: Tortores: mali genti: furia. Ex altera parte plurimi quidā adducti sunt ex ordine longa fune vincti: dicebantur aut adulteri lenones: mœchi: homicidæ: adulatōres: lycophætæ: ac talis hoīm turba quiduis in vita patrantū. Scorsum autem diuites ac foeneratores prædibant pallidi: ventricosi: ac podagrici: quorum quisq; trabe vinctus erat. ferri pōdere duorum talentorū imposito. Nos igitur astantes: & quæ fiunt omnia cōspicimus. & q̄ dicantur auscultamus. Accusant aut noui quidam atq; admirabiles rhetores. Philo. Quinā ergo hī p louem sunt: ac ne isthuc quidē te pigeat dicere. Me. Vmbra ne vnq; istas nosti quas opposita soli reddunt corpora? Philo. Quid nī. Me. Hæ nos igitur quū primū functi vita sumus accusant: testant: atq; redarguunt: quicquid in vita peccauimus: & sane quædā ex his dignæ ad modum fide vidētur: vtpote nobiscū vcrsatæ semper: nostrisq; nusq; digressæ corporibus. Minos igitur curiosē quēlibet examinans impiorum: relegabat in cerum: poenas ibi sceleribus suis dignas kulturū. In hos præcipue tamē incenditur: quos opes dum viuerēt ac dignitates inflauerāt: quiq; adorari se fere expectabāt: nimirū periturā eorum superbiam fastūq; detestatus: q̄ppe qui nō meminissent mortales ipsi quū sint: sese bona quoq; mortalia conſequutos. At nunc splendida illa exuti omnia: diuitias inquā: genus: munia: nudī ac vultu de

missio steterunt tanq̃ somnium quoddā humanā hanc felicitatē recogitantes: adeo ut hæc dum conspicarer nimis q̃ delectatus fuerim. Et si quem eorū forte agnouerā accessi: atq; in aurem silenter admonui: qualis in vita fuerat: quantopereq; fuerat inflatus: tū quum plurimū mane fores eius obsidentes: pulsi interim exclusiq; a famulis illius expectabāt egressum. At ipse vix tandem illis exoriens puniceus: aureus: aut versicolor: felices ac beatos se facturum salurantes putabat: si pectus dextrāve porrigens permetteret osculādam. Illi vero audiētes ista moleste ferebant. At minos qddā etiā iudicauit in gratiā. Quippe Dionysii Siciliæ Tyrannū multis & atrocibus criminibus & a Dyone accusatū: & graui stoicorū testimonio cōuictum: Cyreneus Aristippus interueniens: Nam illū valde suspiciunt inferi: eiusq; plurimū ibi valet auctoritas: ferme iā chimæræ alligatū absoluit a pœna. Afferēs illum eruditorum nōnullos olim iuuisse pecunia. Tum nos a tribunali discedētes ad supplicii locū peruenim⁹. Vbi o amice & multa & miserāda audire simul ac spectare licuisset. Nā semel & flagrorū sonus auditur: & eiulatus hominū in igne flagrantū: tum rotæ & tormēta Cathenæ: Cerberus lacerat: Chimæra dilaniat: crucianturq; pariter omnes: captiui: Reges: præfecti: pauperes: mēdici: diuites: & iam scelerū oēs pœnitebat. Et quosdā quidē eorū dum intuemur agnouimus: videlicet qui nuper e vita decesserant. At hi se pudentes tum occulebant: nostrog; subtrahebāt aspectui: aut si nos aliquādo respiciebant: id seruiliter ad modum abiecteq; faciebant: atq; hi quidē q̃ olim puras onerosi fastosiq; in vita! At pauperibus malorū dimidiū remittebatur: & quī interqueuisissent: denuo repetebantur ad pœnā. Sed illa quoq; quæ fabulis feruntur aspxi Ixionē: Sisyphū: Phrygiumq; grauitè affectum Tantalū. gentiumq; terra Tytiū dii boni quantū! Integrum stratus agrū occupabat. Hos tandem prætereuntes in campum venimus Acherusiū: vbi semideos heroidasq; reperim⁹ atq; aliam simul mortuorū turbam in gentes tribusq; dispositā: alios qdē vetulos quosdā ac marcidos: atq; (vt Homer⁹ ait) euanidos: alios vero iuueniles & integros: & hos potissimū ob illam cōdiendi efficacīā ægyptios: verū dignoscere quemlibet haud procliuè fuit: adeo nudatis ossibus: omnes erant inulcem simillimi: nisi q; vix tandē eos diu intendentes agnouimus. Quippe conferti confidebant: obscuro atq; ignobiles: nullumq; seruantes amplius pristinae formæ vestigiū. Cum igit multi simili offci consisterēt: inuicē oīno similes: qui terreficum quiddam per cauos oculorū orbes transpicerēt: dentesq; nudos ostenderent: hæsitabam certe mecum quonam signo Therfitem a Nireo illo formoso discernere: aut mendicum Irum a Pheacum rege: aut Pyrrīā coquū ab Agamēnone. Quippe quibus iam nihil veteris permansit indicii: sed ossa fuerunt inter se similia: incognibilia nullis inscripta titulis: nulliq; vsq; dinoscenda. Hæc igit spectanti mihi: perfimilis hominū vita pompæ cuiuspiā longæ videbatur: cui præsit ac disponat quæquæ fortuna ex his qui pompā agūt: diuersos variosq; cuiq; habitus accōmodans. Alium siquidē fortuna deligens regis ornat insignib⁹ et tyarā imponēs & satellites addēs: & caput diademate coronās. Alii ferui rursus ornatū induit: hūc formosū effigiat: hūc deformē: atq; deridiculū fingit. Nā oīgenū: vt opinor: debet esse spectaculū. Quin habitus quorundā plerunq; in media quoq; pōpa demutat: neq; ppetuo eodē finit ordine cultusq; pgrēdi quo prodierāt. Sed ornatu cōmutato Croesū qdē coegit serui captiuiq; vestes induere. Meādrīū autē oī inter seruos incidentē: Polycratis vicissim ornat Tyrānde. Et aliquātis per qdē eo cultu pmittit vt: verū vbi iam pōpæ tps pterlit: apparatū quisq; restituens & cū corpore simul exutus amictu: qualis ante fuit afficitur: nihilo a vicino differēs. Quidā tamē ob inscitiam: quū suos fortuna cultus exigit: ægre ferunt atq; indignantur tanq; propriis quibuscūq; bonis priuati: ac nō potius alienis: quibus paulisper utebantur: exuti. Quin in scēna quoq; vidiſſe te plerūq; puto histriones istos tragicos: qui prout fabulæ ratio poscit: modo Greontes: modo priami fiunt: aut agamēnones:

Eluciano Menippus siue Necromantia.

Idemq; (si fors tulerit) pauloante tam grauiter Cecropis aut Erechthei formam imitatus paulo postea seruus (poeta iubente) progredit. At quū fabulæ iam finis affuerit: quisq; auratas illas vestes exutus personā deponēs: & ab altis illis crepidis descendens: pauper atq; humilis obambulat: haud amplius Agamēnon ille Atreo prognatus: aut Crēo Menecæi filius. Sed Polus filius Chariclei suniensis: aut Satyrus filius Theogitonis Marathonius. Sic se mortaliū res habent: quemadmodū mihi tū spectanti videbatur. Ph. Dic mihi Menippe: isti quī magnificos altosq; tumulos habent super terrā: & Columnas: imagines: titulos: nihilone sunt apud inferos plebeis quibuslibet vmbri: honoratiores? Me. Nugaris tu quidem: nam si vidisses mausolū: Cārem illum dico Pyramide celebrē: sat scio: nunq; ridere de fuisset: ita in antrū quoddā abstrusum despectim abiectus est: in reliqua mortuorū turba delitescens. Hoc tantū cōmodi mihi videtur ex monumento referre: q; imposito tanto pondere laborat magis: & premitur. Nam quū Aecus o amice locū cuiq; metis: dat atq; plurimum: haud amplius pedē: necesse est eo lacere cōtentū: seseq; ad loci modum contrahere. At vehemētius multo risisses (opinor) si reges hosce nōs Satrapasq; vidisses: apud eos mē dicantes: & aut salsamenta vendentes: aut primas ipsas litteras: vrgente inopia: profitētes et quemadmodū contumeliis a quouis afficiantur: atq; in faciē cædantur: perinde atq; vilissima mancipia. Itaq; Philippū Macedonē conspiciatus: cōtinere me certe nō potui. Ostēsus est mihi in angulo quodam: derritos caleos mercede refarciens. Quin altos præterea multos erat videre mēdicātes in triuiis: Xerxes videlicet Darios: ac Polycrates. Ph. Admirāda narras ista de regib⁹: poenēq; incredibilia. Socrates atq; quid facit? ac Diogenes: & si quis est sapiētium alius? Me. Socrates profecto etiā ibi obuersatur omnesq; redarguit. Versatur autem cum illo Palamedes: Vlysses: & Nestor: & quisquis est alius inter defunctos garrulus. Instantur autē illi etiā nū atq; intumescūt exhausto veneno crura. At optimus Diogenes Sardapalo vicinus assyrio: Midæq; phrygio: atq; aliis itē pluribus ex istorū sumptuosorū nūmero manet: quos quū ciulantes audit: veteris fortunæ magnitudinē recogitantes: & ridet et delectatur: ac supinus cubans vt plurimū cantat: aspera nimis atq; iucunda voce illorū ciulatus obscurans: adeo vt id agteferētes nec Diogenē ferre valētes: de mutāda sede delibent. Ph. De his iam satis quidē Cæterū quodnam illud decretū est qd initio dixeras aduersus diuites esse sancitum? Me. Bene admones. Nescio em̄ quo pacto quī hac de re dicere proposuissent: ab instituto sermone procul aberrauit. Dum igit̄ ibi versabar Magistratus cōcionem aduocauerunt: his videlicet de rebus quæ in comune cōducerent. Consipiciens ergo multos concurrere: me quoq; cū illis simul imiscens: vnus de numero eorum quī in concione aderant efficior. Agitata sunt igit̄ & alia multa. Postremo vero de diuitibus negociū: in quos posteaq; plurima fuissent obiecta: violentia: superbia: fastus: iniuriæ: assurgens tādē ex populo Primas quidā huiusmodi decretum legit. Qm̄ (inquit) Multa diuites perperrāt in vita: rapientes: ac vim inferentes inopesq; omnimodo despectui habentes. Cursū Populo q; visum est: vt quū functi vita fuerint: corpora quidē eorū poenas cum aliis sceleratorū corporibus luant: animæ vero sursum remissæ in vitā: in asinos demigrēt. donec in tali rerū statu quinquies ac vicies decem annorū milia transegerint: asini semp ex asinis renati: onera ferentes: atq; a pauperibus agitati. Dein vt liceat illis e vita excedere. Hanc sententiam dixit: Caluarius: patre Aridello: patria manicensis: tribu stigyana. Hac igitur lege recitata: approbauerūt principes: sciuit plebs: adfremuit proserpina: allatrauit Cerberus. sic em̄ rata quæ inferi statuunt authenticaq; fiunt: Quæ igitur in concione agebantur erant huiusmodi. Tum ego statim: cuius gratia venerā: Tyresiam adeo atq; illi re: vt i erat: ordine narrata: supplicauī vt mihi diceret quodinā optimū vitæ genus putaret: hic vero subridēs (Est atq; feniculus quispiam cæcus: pallidus: voce gracili) o fili inquit causam tuæ perplexitatis

Thomæ Mori.

ſciola ſapientibus iſtis profectam: haud quāq̃ idem inuicem iſdem de rebus ſentientibus: verum haud fas eſt id tibi proloqui, ſiquidē qđ Rhadamanthus interdixit. Nequāq̃ inquā o Patercule: ſed dicamabo neq; me cōtemnas: qui in vita te etiam ipſo cæcior oberro. Abducens ergo me procul ab aliis auferēs: ad aures mihi inclinans: optima eſt inquit idiotarum priuatorumq; vita: ac prudētiffima. Quāobrem ab hac vaniſſima ſublimium conſideratione deſiſtēs Mitte p̃cipia ſemp ac fines ingreſſe: & vaſros hoſce ſyllogiſmos deſpuēs atq; id genus omnia: nugæ æſtimans: hoc ſolum in tota vita perſequere: vt præſcribis bene cōpoſitis minime curioſus: nulla re ſolicitus q̃ plurimū potes hilaris vitā ridēſq; traducas. Hæc quū dixiſſet: rursus aſphodelorum in pratū ſeſe corripuit. Ego igitur (nam & nūc veſper erat) age inquā o Mithrobarſane quid cunctamur: ac nō hinc rursus abimus in vitam? Ad hæc ille: confide inquit o Menippe: breuem quippe facilēq; tibi mōſtrabo ſemitam: & me p̃tinus abducens in regionē quandam magis priore tenebricoſam: manu procul oſtendens ſubobſcurum tenuēq; ac veluti per rimam influēs lumē. Illud inquit Torphoni templum eſt: atq; illac ad inferos e boetia deſcenditur. hac aſcendas. atq; ilico fueris in græcia. Ego igitur hoc ſermone gauiſus: ſalutato mago difficile admodum per anguſtas antri fauces ſubrepens: neſcio quo pacto: in Lebadiam perueni.

Necromantiæ ſeu Menippi Luciani finis.

Sequitur.

LVCIANI PHILOPSEVDES ſiue INCREDVLVS ab eodem THOMA MORO in latinam linguam traductus.

Perſonæ: Tychiades & Philocles.

Tychiades.

Potes mihi Philocles dicere: quidnam id tandem ſit: qđ multos in mentiendi cupiditatē adducit vt pariter gaudeant quum & ipſi nihil ſanī loquuntur: & his qui talia narrant maxime anīmū intendant. Phil. Multa Tychiade ſunt: quæ nōnullos mortales mentiri compellunt: quia in rē vident conducere. Ty. Nihil ad rem hæc (vt aiunt) neq; enim de his rogabam qui quum vſus poſtulat mētuntur. venia nimirum hi immo laude pleriq; eorū digni ſunt: quicunq; vel hoſtes ſefellerunt: vel ad ſalutem tali quopiā phar-maco vſi ſunt in neceſſitatibus. Cuiusmodi multa vlyſſes etiā fecit: vt & vitā ſuam & ſociorum redditum redimeret. Sed de illis vir optime dico: qui nulla neceſſitate mendacium ipſum veritati longe anteponunt. ipſa re videlicet delectati atq; in ea ſine vlla idonea occaſione verſati. Iſti ergo ſcire cupio cuius cōmodi gratia iſtud agūt. Phil. An alicubi tales aliquos tam depræhendisti: quibus hæc inſita ſit mentiēdi libido? Ty. Et quidē admodū multi ſunt huiusmōi. Phil. Quid aliud ergo in cauſa ſit: qđ mentiuntur: niſi demētia? Siquidē rem peſſimam: optimi loco præoptant. Ty. Hoc nihil eſt. Nam ego tibi multos oſtenderim ad cætera prudentes ac ſapientia mirabili: neſcio tamē quo pacto capros hoc malo mendaciq; ſtudioſos: adeo vt ego certe moleſte ſerā: qđ viri tales: omnib⁹ cæteris in rebus optimi: gaudēt tamen & ſe & eos in quos inciderint: fallere. Nam veteres illi: id qđ tibi notius eſt q̃ mihi: Erodotus: Crefiaſq; Cnidiuſq; atq; his ſuperiores: deniq; Homerus ipſe viri celebres: mēdaciſ etiam ſcriptis vtebant: vt nō ſolum eos fallerent a quibus tunc audiebantur: verū vſq; ad nos etiā mendaciū per manus traditū perueniret in pulcherrimis verſibus metriſq; ſeruatū. Me ergo ſape illorū verſuū nomine ſubiit pudor: ſi qñ cæli ſectionē ac Promethei vincula recenſent: gigantūq; rebellionē: atq; omnē illam de inferis tragoediā. Et quo pacto ob amorē Iuppiter in taurū & cignū verſus ſit: & quēadmodum ex muliere quiſpiam in

E Luciano Philopseudes siue incredulus.

auriculam vsamve mutatus sit. Pegasus præterea Chymarasq; & Gorgonas: ac Cyclopos atq; id genus omnia: admodum absurdas monstrosasq; fabulas: & quæ mētes afficere puerorum queant: qui laruam adhuc lamiamq; metuunt: q̄q̄ poetica: sint fortasse tolerabilia. At vrbes iam gentesq; totas vna voce ac publicitus mentiri: an nō hoc ridiculum? Veluti quū Cretenses sepulchrum Iouis ostendere non pudet. Athenienses Erichoniū editum e terra ferunt: primosq; illos hoīes in attica olerum more & terra emerfisse. Hi tamen multo verecundiores q̄ thebani: qui ex serpētis dentibus satiuos quosdam progerminasse narrāt q; si quis hæc quū sint ridicula: vera esse non credat: sed ea prudenter examinans Chorebi cuiuspiā aut Margitæ existimet esse: si quis aut Triptolemū credat in alatis draconib⁹ per aërem vectum esse: aut Pana quendā ex archadia in Marathonē venisse auxilio: vel Orithyā iam a Borea raptam esse: impius nimirū hic atq; insanus videatur eis: quippe qui tam manifestā veraq; nō credat. vsq; adeo obrinet mēdacium. Phi. At poetis Tychiade urbibusq; sue rit fortassis ignoscendū. Nam illi delectationē illam quæ ex fabula proficiscitur vt quæ maxima sit illecebra: poematibus suis imiscēt: qua potissimū erga auditores opus habēt. Athenienses vero Thebaniq; & si qui sunt alii: patriæ suæ plus maiestatis ex huiusmodi figmētis conciliant: q; si quis fabulas auferat e græcia: nihil obstitit quo minus earum narratores fame intereāt: quādo iam nemo futurus sit hospitū: qui verū vel gratis audire velit. At si qui nulla tali causa: gaudēt tamē mendacio: hi omnino ridiculi merito videant. Tychi. Recte dicis Nam ego protinus ab Eucrate illo celebri venio: vbi multa incredibilia ac fabulosa quum audissem: immo vero medio in sermone: discessi: non ferens narrationem tam supra fidem: sed me velut furia quædam abegerunt: dum mōstrosa multa atq; absurda referrent. Phi. Atqui Tychiade: vir grāuis Eucrates est: & nemo certe crediderit illum tam promissa barba virum sexagenariū: & qui præterea sit plurimū in philosophia versatus: sustinuisse vt aliū quemq̄ audiret se præsentē mentientem: nedum vt ipse tale quicq̄ auderet. Tychia. At nescis amice qualia referebat. Tum ea q̄ cōstanter assererat: Præterea q̄ sancte in plerisq; iurabat: ad mortis etiā filii adeo: vt ego quum eum respicerem: varia mecum cogitarem: interdum quidem illum insanire neq; animo constare: interdum vero ita cogitabam: fugisse me: q; impostor esset: ac tantum temporis sub leonis pelle ridiculam quandam simlam circumtulisset: adeo absurda narrabat. Phi. Quænam illa (per lares) sunt Tychiade. Nam cupio cognoscere quamnam præstigiaturam sub tam longa barba occultauerit. Tychia. Solebam quidem etiā alias Philocles aliquoties eum interuifere: si quando videlicet multo ocio abundarem. Hodie vero quū opus esset mihi cōuento leontichico (Est autem: vt scis: amicus mihi) doctus a puero: eum se ad Eucratē mane contulisse: vt eum morbi inspicendi causa videret: Amborum nomine: nempe vt & Leontichum conuenirē: & Eucratem viderem: ignoraueram autem q; ægrotaret: ad eū prouenio. At Leontichum: ibi iam non inuenio. Nā paulo ante vt dicebāt exiuerat: alios vero confertos reperio: in qb⁹ erat & Cleodemus Peripateticus & Dinomach⁹ Stoi⁹ & Ion nosti virū: illū dico q; ex Platonica doctrina magnā sui admirationē expectat. vt q; sol⁹ mētē viri deprehenderit: quicq; eius oracula aliis quoq; possit enarrare. vides quos tibi viros noīos: nimirū omī sapiētia atq; omī virtute p̄ditos: vt pote ipm ex quaq; secta caput: reuerēdos hercle omnes. atq; aspectu p̄pmodum terribiles Aderat p̄terea medicus Antigonus: vt vsui in morbo esset aduocatus: opinor. Et melius iā habere se videbat Eucrates: Ac morbus quidā ex familiaribus erat. Humor enim rursus in pedes ei descenderat. Sedere me ergo Eucrates in lecto iuxta se iussit voce languidule remissa paululum: quum me conspiceret. q̄q̄ interim dum ingrederer: vociferantem

Thomæ Mori.

eum ac vocem intendentem audieram Tamē ego admodum curiose cauens ne pedes eius tangerem: vbi me vulgaribus istis verbis purgaueram: q̄ cum agrotare nesciuerim: q̄ vbi rescissem: curriculo venerim: adsedi prope: & illis quidem sermo iam de morbo erat: & quædam iam ante dixerant: quædam vero etiam tunc narrabant. Præterea medicamēta quædam quisq̄ proferebat. Cleodorus igitur Si quis ergo (inquit) sinistra manu tollens humo mustelæ dentem: sic interfecit: vt ante dixi: in leonis pellem illigauerit: nuper excoriati: ac deinde circum crura posuerit: ilico sedatur dolor. Non in leonis pellem (inquit) Dinomachus: vt ego audiui: sed in ceruæ poti⁹ foemellæ virginis adhuc & nōdum initæ: & res quidē magis est hoc pacto credibilis: velox enim cerua est: maximeq̄ valet pedib⁹. Et leo quidē fortis est: pinguedoq̄ eius ac manus dextra: piliq̄ qui recti e barba prominent magnā vim obtinent. Si quis vti nouerit: cum proprio cuiq̄ carmine: at pedum curam minime pollicentur. Et ipse quoq̄ (inquit) Cleodorus olim sic putabam ceruiua pelle vtendum: propterea q̄ cerua velox esset. At nuper vir quidam libycus peritus profecto in rebus huiusmodi: contra me docuit: ceruis ostēdens velociore esse leones: quippe qui eas (inquit) etiam persequendo capiunt: laudabant qui aderant tanq̄ recte dixisset libycus ille. Tum ego putatis (inquam) incantamentis quibusdam sedari talia: aut foris ad motis appendiculis quā intus malum graffetur? Riserunt hunc sermonem meum: & palam in me magnam damabant amentiam: qui apertissimas res ignorarem: & quibus nemo qui sapiat contradicat: quin sic se habeant. At medicus certe Antigonus delectari mihi visus est hac rogatione mea. Iam dudum autem neglectui habitus fuerat: opinor: quum opem Eucrati ferre ex arte vellet: denunciāns videlicet vino vt abstineret: atq̄ oleribus vesceretur: & vigorem a lo oīno minueret. Cleodorus ergo subridens interim. Quid ais (inquit) Tychiade incredibile tibi videtur esse: vt ex rebus huiusmodi parentur quædam apud morbos remedia? Mihi certe videtur inquā ego: nisi naribus adeo mucosis sim: vt credam ea quæ foris applicantur nihilq̄ cum his quæ morbos excitant intus communicant: per verbula tamen (vt dicitis) ac præstigiaturam operari: & quum appenduntur sanitates immittere: id profecto nunq̄ fieri possit: nec si quis vel in nemini leonis pellem sedecim mustelas integras insuerit. Ego profecto leonem ipsum e doloribus saepe claudicantem vidi in vniuersa suis ipsius pelle Nimium idiota es inquit Dinomachus: neq̄ vnq̄ tibi curæ fuit: vt disceres quonammodo res istiusmodi aduersus morbos quum adhibentur conferunt. ac mihi videris ne notissima quidem ista recepturus: febrium videlicet istarum profligationes: quæ certo quodam ambitu recurrunt: tum serpentum demulsiōes: ac bubonum sanationes et cætera quæcumq̄ anus etiam iam faciunt: q̄ si illa fiunt oīa: quur tandem non putabis hæc etiam similibus rebus fieri? Infinita congeris (inquam) Dinomache clauumq̄ (vt aiunt) clauo extrudis. Neq̄ enim constat ea quæ commemoras: eiusmodi vi fieri. Quamobrem nisi reddita ratione persuaseris primum natura fieri posse: vt febris tumorq̄ vereatur aut nomen aliquod diuinum: aut dictionem aliquā barbaricā: ob idq̄ ex inguine fugiat aniles adhuc fabulæ sunt quæcūq̄ retulisti. Tu mihi videris (inquit) Dimoniachus quum ista dicas: ne deos quidem esse credere. Siquidem putes fieri nō posse: vt per sacra nomina remedia morbis adferantur. Hoc (inquam ego) vir optime ne dixeris: nihil enim prohibet quo minus etiam si maxime dii sint: ista tamen sint vana. Ego vero & deos colo & medelas eorum video et leuamēta q̄ laborantibus cōferūt Pharmacis videlicet atq̄ arte medica restituentes. Itaq̄ Aesculap⁹ ipse eiusq̄ posterī salutaria Pharmaca admoūētes medebāt agrotis: nō leones aut mustelas circumligātes. Mitte hūc (inquit) Ion At ego vobis mirabile quiddā narrabo

E Luciano Philopseudes siue incredulus.

Eram adhuc adoleſcētulus: annos natus ferme quattuordecim: quum quidam ad patrem meum venit nunciāns ei Midam vitis cultorem seruū: etiam aliis in rebus robustū atq; industriū: circa plenū iam forum a vipera morſum: iacere iam putrefacto crure. Etenim dū ligaret palmites ac vallis circūplicaret adrepentē beſtiolam: maximū ei pedis momordiſſe digitum. Tum illam quidē ilico auſugisse: & ſeſe rursus in latebrā cōdidisse. Illum vero eluſare perditum e doloribus. Hęc ergo quū nunciarent iam Midam ipſum videbamus in letica domū e conſeruis adportari: inflatū totum: litūdū ac ſuperficie tabefactū. vix iam ſpirantem. Pater ergo quū id moleſte ferrer: inquit. Ego enim virum quēdā babiloniū ex chaldeis quos vocant protinus huc adducā: qui ſanabit hoīem: & ne diem narrādo cōteram: venit babiloniū ac Midam reſtituit: effugato ex corpore veneno quadā incantatione: & ad pedem eius appenſo virginis defunctę lapillo: quē e columna exciderat. Atq; iſtud quidē hactenus forſan mediocre fuerit. Tum Midas iam ipſe ſublato in quo allatus erat ſcabellō: diſceſſit in agrum. tantum potuit incantatio: & colūaris ille lapis. At idem iſte babiloniū alia pręterea diuina plane fecit. Nēpe in agrū proſectus mane: quū pronūciaſſet ſacra quędam ex vetuſto codice: ſeptem nomina: ſulphure ac ſacę luſtrato loco in orbem ter obambulans: ſerpentes omneis inuitos exciuit: quicūq; intra eam regionem erant. Veniebant ergo tanq̃ ad incantationē tracti: ſerpentes multi: atq; aſpides: & viperę & ceraſtę & iaculi: phryniq; ac phyſali: relinquebat autem vnus draco: annōſus: prorepere (vt opinor) ob ſenectam non valens: qui non fuerat audiens dicto. At magus Non adſunt omnes inquit. Tum vnum quendam ex ſerpentibus eum videlicet qui natu minimus erat: ſelectum legatū mitterebat ad draconem. ac paulo poſt venit etiam ille. At poſt q̃ iam collecti conſtituiſſent Babilonis in eas inſibulauit. Atq; illi repente admodum omnes ab eius ſtatu incenſi ſunt: nobis interim admirantibus. Tum ego dic mihi inquā Ioni: Serpens ille legatus: iuuenem illum dū cōvtrum manu perduxit draconem qui iam (vt ais) ſenuerat an ille baculum geſtans innotebatur? Ludis tu quidem inquit Cleodemus. At ego: qui & ipſe quoq; olim minus talia credebam q̃ nunc tu: putabam enim nulla ratione fieri poſſe: vt ea crederem: tamē quū volantem primum conſpicerem: peregrinum illum barbarum (erat autem vt ferebant ex Hyperboreis) Credidi: ac victus ſum: quū tamen multum diuq; repugnāſſem. nam quid facerem quum eum cernerem in aere volantem: atq; id interdū ac ſuper aquam ingrediētem. atq; per medium ignem incedentem: idq; lente ac ſenſim? Tu ne inquā ego iſta videbas: vtrum Hyperboreum volantem: aut ſuper aquas ambulantem: & maxime (inquit ille) carbatuiſ indutum: quo calciamenti genere illi potiſſimum vtuntur. Nam minutula iſta: quid attinet referre: quęcūq; fecit: quo pacto amorēs imiſerit: ac dæmones exegerit mortuoſq; marcidos in vitam reuocauerit: atq; Hecaten ipſam palam conſpectibus exhibuerit: lunāq; e cœlo detraxerit? Quin ego vobis referam quę ab eo fieri conſpexi in Glaucia Alexidis filio. Glaucias hic quum patris nuper defuncti ſubſtantiam ſuſcepiffet: Chryſidem amabat Demeneti filiam: ac me quidem pręceptore in diſciplinās vtēbatur: ac niſi amor ille a ſtudio deduxiſſet eum: vniuerſam peripateticorum doctrinam perdidiciſſet: vt qui octo et decem quum eſſet annorū iam abſoluerat analytica: tum phyſicam auſcultationem in finem vſq; percurrerat. Amore tamen victus: mihi rem omnem ſignificat. Ego vero quemadmodum par erat: quippe qui pręceptor erā: Hyperboreū illum magum ad eū duco: conductū quattuor ilico minis in manū datis: Oportebat em̃ pparari quiddā ad ſacrificia: tū ſedecim pręterea: ſi Chryſide potireſ. Ille vero creſcentē obſeruans lunā. Nam tūc vt plurimū hmōſ ſacra peraguntur: foſſam quū effodiſſet: in aperto quodam loco domus: ſub dīo circa mediā noctem: euocauit nobis primum quidē Anaxiclem Glaucię patrē: ante ſeptē mēſes vitę defunctū. Succēſebat autē ob amorem ſenex. atq; indignabatur. Tandem tamē ei pmīſit: vt

Thomæ Mori.

amaret. Postea vero Hecaten quoque eduxit: adferentem vna cerberum: tum lunam detraxit multiforme quoddam spectaculū: & quod alias aliud apparebat. Primum quidem muliebrem formam referebat: deinde in vaccā formosā vertebatur. Postremo vero catula videbat. Hyperboreus ille tandē: quū sinxisset quendā e luto cupidinem: Abi inquit atque huc perducas Chrysidē: ac lutum quidē protinus euolabat: paulo post autē affuit illa pulsans ostiū. Tū ingressa Glauciā cōplectitur: cū quā infanissime deperiens: & cū eo versata est: quo ad gallos canentes audiuius. Tū vero luna subuolabat: in celū atque Hecate subiit terrā ceteraque spectra disparuerūt: & Chrysidē tandē emisimus circa ipsum ferme diluculū. Hæc Tychiades si cōspexisses: haud quāquam amplius dubitasses esse multa in carminibus istis cōmoda. Bene dicis inquit ego credidissem: equidē si vidissem: ea nunc vero ignoscendū mihi puto: si qualia vos videtis: ac ut perspicere non possum. verū tamen Chrysidē illā quā dicis noui: mulierē plane meretricē ac facile: nec video sane cuius gratia ad illā egueritis: luteo illo legato magog ex Hyperboreis vsque atque ipsa insup̄ luna: Quippe quā viginti drachmis ducere in Hyperboreos vsque potuisses. Mirifice enim sese offert ad hanc incantationē mulier. Et contrarium quiddā spectris istis habet. Nam ea quidē æris ferrive sonū si audierint fugiūt: nam id vos prædicatis. Illa vero si argentum vsipiam sonuerit accurrit ad tinnitū. Præterea ipsū etiam magū admiror: cum dirissimas mulieres in amorem suū possit elicere: atque ab eis solida talenta suscipere: is tamē ob quattuor minas admodū tantilli lucelli auidus. Glauciam amoris cōpotem fecerit. Ridicule facis inquit: Ion qui nihil credis. Ego te libenter ergo roga uerim quid de his respōdeas: qui dæmoniacos liberāt erroribus: adeo manifeste spectra illa carminibus elicientes. Atque hæc me dicere non opus est: verum omnes nouerūt. Syrus ille ex Palestina: qui harū rerum artifex est: quā multos mortales suscipiat: qui ad lunā cōcidant: oculosque distorqueant: spūmaque os oppleant: quos tamen erigit ac sanos remittit: magna ac cepta mercede: diris eos malis liberans. Etenim quū lacētibus insitet: rogaueritque: unde sint in corpus ingressi: agrotus quidē ipse tacet: at dæmon vero respondet: (aut lingua græca loquens aut barbarica: aut vndecumque fuerit ipse) & quō & unde intrauit in hominem: Ille vero adiurans eum ac ni paruerit minitans etiā: expellitque abigitque dæmonē. Quin ego quoque dæmonem quendam exeuntem vidī nigrum certe & colore fumidū. Non magnum erat in quā ego talla te o Ion cernere: cui ipse etiam apparent. Ideæ quas vestræ familiæ patēs ostendit Plato: rem videlicet spectatu tenuem atque euaniidam: quantū ad nos homines lusciosos. Ita ne solus Ion inquit Eucrates istiusmodi vidit: ac non alii etiam multi inciderunt: in dæmones: alii noctu alii etiam interdū. Ego profecto nō semel sed millies iam talia cōspexi: ac primum quidem turbabar ad ea: iam vero ob consuetudinē nihil nouū aut prodigiosum mihi videre videor: maximeque nūc ex quo anulum mihi Arabs dedit ex ferro: de cruce quapiā sumpto: factum: carmenque docuit nominibus multis plenum: nisi forte ne mihi quidem si dem sis habiturus Tychiade. At qui fieri possit inquit ut Eucrati non credam diuonis filio: viro in primis sapienti ac libere quæ sibi videntur domi in priuato suo cum auctoritate narranti. Illud ergo de statua inquit Eucrates: quæ oībus qui in domo sunt singulis noctibus apparet: tum pueris: tum adolescentibus: tum senibus: hoc inquit non a me dūtaxat audieris: verum etiā a nostris omnibus. De qua statua inquit ego? Nō vidisti inquit quū ingredere ris statuam quandā in atrio collocatam: sane quā pulchrā opus demetrii: qui statuas humana specie fingere cōsuevit. Nonne illam dicis inquit quæ discū iacit: quā inclinata est ad emissuri gestū reflexa in eā quā discū fert: altero pede modice inflexo. quæque se erectura videt vna cū iacū? Nō illā inquit nā vnū est ex Myronis opibus ille disci iactator: quē dicis. Sed nec eam quæ est ei proxima: cū loquor cui tentis caput vincū est formosam illā. Nā id Polecleti opus est: verū eas quæ a dextra sunt egrediētib⁹ omitte inter quas & Tyrānicidæ illi stant: Critiæ Nesciæ

E Luciano Philopseudes siue incredulus.

plasmata. tu vero an non ad aquā illam quā influit quāpiam vidisti ventre prominulo: caluam. seminudatā: vulvis quibusdā barbæ pilis: insignibus venis: vero homini simillimā! Pelichus dux Corinthius esse videtur. Per Iouē inquā vidi quādā a dextra Saturni q̄ tenias coronasq; aridas habebat: pectoreq; folia quædam inaurata Ego inquit Eucrates ea inaurauit: quū me sanasset triduo febre pereuntē. Erat ne igit̄ etiā medicus inquā ego optimus iste Pelichus? Est: neq; ride inquit Eucrates: alioquin homo te haud multo post inuadet. Noui ego certe quātrū valeat hæc quā tu rides statua. An nō eiisdē putas esse imittere febres in quos voluerit quicquidē potis est elicere? Propicia inquā placataq; sit hæc statua mihi: q̄ tm̄ valeat. Quidnā ergo aliud facientē eam viderunt oēs qui in domo sunt? Quū primū nox est inquit: hæc e base descēdens in qua steterat: in orbē totā domū circuit: oēs occurrunt ei interdum etiā canētis: nec quisq; est quē vnq̄ leserit: diuertere tm̄ oportet. illa vero p̄terit nihil in tuentes infestās: quū & lauat sæpe: & tota nocte ludit: vt ex ipso aquæ strepitu licet audire. Vide ergo inquā ego: ne forte non Pelichus hæc statua sit: sed Talus potius Cretensis: quī apud Ninoem fuisse dicit̄. Nā & ille æreus quidā cretæ custos erat: q̄ nisi ex ære nō aut̄ ex ligno facta esset: nihil eā phiberet: quū nō opus demetriū sed vna potius ex dædali machinis esse videat̄. E base nāq; (vt ais) etiā ista fugit. Vide inquit o Tychiade: ne te posthac scōmaris hui⁹ poeniteat. Noui equidē ego quid illi euenerit: qui obolos furripuit: Quos ei quoq; nouilunio suspendimus. prorsus atrocia inquit Ion oportebat accidere: quippe qui sacrilegus erat: quō ergo illum vltus est o Eucrates? Nā audire cupio: etiā si q̄ maxime Tychiades iste diffisurus est. Multi inquit ille ad pedes eius oboli iacebant: aliaq; itē numissimata: quædam argentea ad crus eius affixa cæta: ac laminæ quoq; argenteæ: vota cuiusq; aut merces ob sanationē eius qui ab eo liberatus esset quū febre detineretur. At erat nobis seruus quidam libycus scelerat⁹: equorū curator. Hic noctu aggressus est ea auferre omnia: abstulitq; digressam iam quū obseruasset statuā. At quū primū reuersus intellexit sacrilegio se cōpilatum Pelichus. vide quo pacto sese vltus est: atq; furti prodidit libycum. Tota nocte atriu obambulabat in orbē miser: exire non valēs: tanq̄ in Labyrinthū incidisset: quo ad orta die iam depræhēsus est: ea tenens quæ furto abstulerat. ac tum quidē compræhēsus plagas nō paucas recepit. nec temporis multū superstes malus male periit: vapulās: vt dicebat: singulis noctibus: adeo vt vibices postridie apparerent in corpore. I nunc & post ista quoq; Tychiades Pelichum ride: ac me tanq̄ cōteraneum Minoi iam delirare puta. At o Eucrates: inquam ego: q̄diu æs erit æs operisq; Plastes Demetrius Alopecēsis fuerit: qui non deos sed homines fingere consuevit: Pelichi nunq̄ statuā verebor: quippe qui nec ipsum etiam viuētem si mihi minaret̄ admodū r̄muissēm. Ad hæc medicus Antiochus Er mihi o Eucrates (inquit) Hippocrates ære⁹ ē magnitudie ferme cubitali: q̄ tūc dūtaxat quū lucerna extincta sit: totā in orbem domū ambit: perstrepēs ac pyxides euertēs: Pharmacāq; commiscēs: atq; ostia circūuertēs: maximeq; si qñ sacrificia prætermittimus: qbus in singulos annos ei sacrificam⁹. Postulat ergo inquā ego etiā Hippocrates medicus iā: vt sibi sacrificet: indignatq; nisi in tpe iustorū sacrificiorū epul' accipiat̄: quē nimirū decebat boni cōsulere: si qs ei libauerit: aut mulsū insperferit: aut caput coronauerit. Audi ergo inquit Eucrates: istud certe etiā testibus probauero: qd̄ ante annos quinq; vidi. Erat ferme vindemiæ tēpus Ego vero in agrum circa meridiem vindemiatarum dimissis operariis: in syluā solus abibam: cogitans interim quiddā atq; considerans. At postq̄ in saltum perueni: canū primo larratus insonuit. Ego vero Mnasona filium meū cum æqualib⁹ venientē ludere venariq; (quemadmodū solebat) cōiiciebam. At res haud quāq; sic se habebat: verum paulopost facto terræ motu: sonosq; velut e tonitru: mulierē aduenientē video terribilē: proceritate ferme semistadiali. habebat autem in sinistra facem: in dextravero gladiū viginti circiter cubitorū. Er inferne qui.

Thomæ Mori.

dem pedibus erat serpētinis: superne vero Gorgonē referens vultu videlicet atq; aspectus horrore: pro coma quidē drachonib⁹ tanq̃ cesarie circūcincta: aliis collum amplectentibus: aliis etiā per humeros sparsis. Videte inquit amici quo pacto etiā internarrādū exhorui. & simul hæc dicens Eucrates: ostēdit omnib⁹ brachiū sui setas erectas mētū. Ion ergo ac Dinomachus & cleodemus vehementer inhiantes auscultabant eū viri senes: tanq̃ naribus traherent. adorātes apud sese tam incredibilē Colossū: mulierē semistadialē: gigāteum quoddam mormolociū. Ego vero considerabā interiq; cuiusmodi erant hi qui cum iuuenibus sapientiæ noīe versentur: vulgoq; in admiratione habeant: quū sola nimirū canicie barbaq; ab ipsis differant infantib⁹. Cæterū etiā illis ipsis facilius ductiles ad credenda mendacia. Dinomachus ergo: dic mihi inquit Eucrates: illi canes deæ: quāta magnitudine erant! Elephantis inquit ille proceriores indicis: nigri & ipsi hirsutiq; sordido squallidoq; villo. Ego igitur quū viderem restiti: inuerso prorenus in interiorē digiti partē (qđ Arabs mihi dederat) sigillo. Hechate ergo percussio drachonicis illis pedib⁹ solo: hiatū effecit maximū: & qui immani magnitudine penitus æquaret tartarū. Deinde paulopost abiit in eū desiliēs. Ego vero præsentē animo: porrecta ceruice inclinatus: inspexi apprensā arbore quapiā: quæ vicina stabat ne obortis mihi tenebris ac verrigine: in caput præceps inciderē: deinde conspexi ea quæ in inferno sunt omnia pyriphlegetontē lacum: Cerberū: manes adeo vt quosdā etiam eorū agnoscerē. Patrem ergo meū manifeste cernebā adhuc his ipsis amictū: quib⁹ eum sepeliuimus. Quid agebāt (inquit Ion) o Eucrates animæ! Quid aliud: inquit ille: q̃ p trib⁹ familiasq; cū amicis cognatisq; versant: in asphodelo collocati! Contradiāt ergo etiā nunc (inquit Ion) Epeurei sacro Platoni eiusq; de anima rationibus. At tu nōne Socratē etiam ipsum Platonemq; videbas inter manes! Socratē (inquit) vidi: neq; illū tamen euidenter: nisi q̃ inde coniecī: qm̃ caluus ac vētricofus erat. Platonē vero nō cognoui. Nam apud amicos nimirum vera fateri oportet. Simul ergo atq; ego omnia cōspexi: & hiarus coit: & ex famulis meis quidā quærētes me: atq; in his pyrthias hīc superuenere hiatu nondū plane obducto: dic Pirrhia: an nō vera narro! Per louem inquit Pirrhias: & latratū audiui per hiatū: et ignis quidē a face mihi suffulgere videbat. Tum rīdē ego profecto: teste latratū ignemq; in cumulū addente: Tum cleodem⁹: haud quāq̃ noua ista inquit: neq; altis inuisa vidisti. Nā et ipse haud ita pridē quū ægrotarē: tale quiddā cōspexi. Prospiciebat mihi curabatq; Antigonus hīc: ac septima dies erat. Febrisq; o qualis! incendio certe vehemētior. Omnes ergo me relinquētes solū: clausis foribus foris manebant. Sic enim iusseras Antigone Si quo pacto possem obdormiscere. Tunc igitur astetit mihi iuuenis quidā vigilantī: pulcher admodum: veste circūamictus candida: Ac me quū excitasset: per hiatum quendā ducit ad inferos: sicuti illico cognoui: Tātalū quū viderē ac Tityum Sisyphūq;. At cætera vobis quid cōmemorem! Postq̃ vero ad tribunal perueni (Aderat autē & Aeacus: & Charon: parcaq; atq; Erynnēs) quidā velut rex (Pluto certe mihi videbatur) assedit: singulorū nomina percensens: qui morituri erāt: quos diem iam vitæ præscriptū p̃terisse cōtigerat. Iuuenis ergo me adducens illi exhibuit. At Pluto tunc incanduit: & ad eum qui me ducebat: nōdum illi cōpletum est stamen inquit. Abeat ergo. Tu vero fabrū demylū adduciam siquidē vltra colū viuit. Tum ego lætus recurrens: ipse quidē iam febre liber eram: denunciabam vero omnibus q̃ Demylus esset moriturus. Manebat autē nobis in vicinia ægrotās etiam ipse nō nihīl vt renunciatum est. Ac paulopost audimus eiulatū eorū qui lugebant eum. Quid miri est? inquit Antigonus: Ego etenim quendā noui post vigesimū diem q̃ sepultus est resurrexisse. nā hominē & anteq̃ moreret: & postq̃ resurrexit: ipse curauī. Et quo pacto (inquā ego) in diebus viginti neq; tabuit corp⁹: neq; præterea fame corruptū est: nisi fortassis Epimenidē quempiā tu curasti! Hæc quū diceremus protinus ingrediebant Eucratidis filiī e palestra re-

E Luciano Philopseudes siue Incredulus.

deuntes: Alter quidē iam ex Ephebis excesserat: alter vero annos natus erat circiter quinquaginta. tum salutaris nobis iuxta patrē adfidebant in lecto: ac mihi quidē sella illata est. Tū Eucrates tanq̃ e conspectu filiorū admonitus: sic his frui mihi cōtingat inquit: simulq̃ matrem eis inlecit: vt apud te Tychiades vera narrabo. Felicis memoriæ vxorem meā horum matrem nouerunt oēs: quo pacto dilexerim. Nam declarauī his reb⁹ quas in eā feci: nō modo dum viueret verū etiā postq̃ vita functa est. Quippe qui mundū eius ynīuersum vestēq̃ qua dum viueret oblectabat: in rogū illius inlececi. Septima vero post mortē die: ego qdē hic in eundē lectū incūbebam: quēadmodū nunc luctum eum mihi cōmitigans: quē de illa conceperam. Legebā enī tacitus Platonis illū de anima libellū. Ingredis interīm demene te ea ipsa atq̃ adfides iuxta: quēadmodū nunc Eucratides. Hic: minorē designās filium. Hic vero illico tremuit admodum pueriliter. ac dudum ad narrationem pallebat. Ego vero (inquit Eucrates) vt conspexi: amplexus eam singultim lachrymabam. Illa vero me vociferari nō pariebatur: verū inculcabat me: q̃ quū ei fuissē in reliquis gratificatus omnibus: e sandaliis aureis alterū non cremauerā. superesse autem id dicebat: qd sub arca ceciderat atq̃ ob id nos quū non inueniremus alterum tantū cremaueramus. Nobis autē adhuc disserentibus scelestissimus quidam canculus qui mihi in deliciis erat: in lecto cubās allatrabat ea vero ad latratū enauit. At sandaliū sub arca repertū est posteaq̃ a nobis incensum. An hæc etiam Tychiades recusabis credere: quū tam sint euidentia quōit dieq̃ seruant? Per Iouem inquā ego digni fuerint: quib⁹ aureo sandalio nates puerorū more feriantur: si qui ista non credant atq̃ vsq̃ adeo impudenter vero resistent. Interea Pythagoricus intrabat Arignotus: comatus ille: ab aspectu venerabilis. Nocti illū doctrinæ noīe celebrē: qui cognominatur sacer Atq̃ ego quidē: vt eum cōspexi: respirauī: hoc ipsum qd prouerbio dici solet: aduenisse mihi ratus: nempe securim quampiā aduersus mēdacia: occludet inquā eis ora vīr sapiēs: adeo mōstrosa narrantib⁹: atq̃ prorsus iuxta vulgatū illud adagiū repēre deū imissum esse mihi hunc a fortuna putabā. Hic vero postq̃ adfedit: assurgente ei ac cedente. cleo demō: primū de morbo percōratus est: seq̃ audisse dicebat: Eucratem iam se meli⁹ habere. At quidnā inquit inter vos philosophamini? Nam interim dū ingrediebar subauscultauī: ac mihi certe videmini in re quāpiam pulchra cōuersari! Quid aliud inquit Eucrates: q̃ vt huic adamantino persuadeamus (me demonstrās) vt dæmones credat aliquos esse phantasmataq̃: ac mortuorū animas super terrā obambulare: & sese quibus libitū fuerit ostēdere. Ego igitur erubui: vultumq̃ deieci reuerit⁹ Arignotum. At ille vide (inquit) Eucrates num hoc dicat Tychiades. Eorum tantū: qui violenter interierint animas errare: veluti si quis suffocatus: aut capite truncatus crucive suffixus fuerit: aut alio quopiam istiusmodi modo e vita discesserit: eas vero quæ fatali morte naturaliq̃ discesserint: haud quāq̃ amplius oberrare. Nam si hoc dicat non vsq̃ adeo absurda dixerit. Per Iouem inquit dinomachus: ne esse quidem istiusmodi: nec præsētia cerni putat. Quid ais inquit Arignotus: in me: tortue aspiciens! nihil horum tibi videt fieri! præsertim quū omnes (vt ita dicā) videāt! Ignoscēs inquā ego mihi si nō credo: nam solus omnīū nō video. Qd si vidissē: profecto & credidissē quēadmodū & vos. Atqui inquit ille si qñ Corinthum veneris: roga vbi sit Eubatidæ domus: Atq̃ vbi tibi fuerit indicata: nempe circa Craneū: in eā ingressus: dic Iamatori Tibio: velle te videre: vnde dæmonem Pythagoricus Arignotus quū adduxisset: abegit: ac deinceps habitabilē domū reddiderit. Quidnam hoc erat Arignote: rogabat Eucrates. Inhabitabilis erat inquit ille diu propter terricula: q̃ si quis inhabitasset: expauēfact⁹ illico fugebat exactus a quodā horrendo ac terribili spectro. Deciderat ergo iam: tectūq̃ rīpebatur: neq̃ quisq̃ erat omnino qui in eā ingredi fuerit ausus. Ego vero vbi hæc audiui: libellos sumens: Sunt autē ægyptiī mihi de talibus rebus admodū multi: veni in domū circa

Thomæ Mori.

primâ vigiliâ: dehorrante hospite ac ferme detinente: postq̃ didicerat quôrtus essem: in certum: vt putabat: exitiũ. At ego sumpta lucerna: solus ingredior: atq; in vastissimo atrio collocato lumine: humi sedes tacite legebã. Adest vero 'dæmon ille: cū quopiã e vulgo se cōgressurũ ratus: ac me quoq; quẽadmodũ alios pteriturũ. Squallidus: hirsut? ac tenebris nigrrior. Atq; hic quũ adstaret: vndiq; me adfultĩ petēs tētauit: si qua posset expugnare: ac mō incanē: mō in taurũ: mō in leonē vertebat. At ego correpto in manũ q̃ maxie horrēdo carmine: simulq; vocē imitatus & egyptiã incantãs cum in domiciliũ tenebrofi angulũ quendã cōpuli. At quũ animaduertissem: vbi se in terrã condidit: tũ destiti. Mane autem desperantibus vniuersis: ac me quẽadmodum alios mortuũ sese reperturos putantibus: prater oĩam spem progrediens Eubatedē adeo: feliciter illi adnũcians: q; puram sibi ac spectris liberã domum iam liceret incolere. atq; illũ assumens aliosq; multos (sequebant̃ autem huius inopi natæ rei gratia) quũ ad locum duxissem: vbi condentē se dæmona conspexerã: iussi vt sumptis ligonibus matulisq; suffoderent: Atq; vbi id fecerãt inuentũ est fere ad passum defossum cadauer quoddã marcidum: ossibus tantũ humana specie coherentibus. Illud igit̃ effossum sepeliuimus: domus vero postea turbari pdigiis desit. Hęc vbi narrauit Arignor? vir prodigiola sapientia: ac reuerendus oĩbus: nemo erat ex his qui aderant: qui non multã mihi imputaret insanĩã: qui talia nō credam: narrante præsertim Arignoto. Ego tamen nihil veritus neq; comã: neq; illam quã de eo habebãt opinionem. Quid hoc inquã Arignote Eriãtu talis eras: in quo mihi sola spes fuit fumo plenus ac simulachris! Illud ergo nobis in te qđ dici solet: euenit: vt thesaurum quũ sperauerimus carbonēs offenderimus. At tu inquit Arignotus si neq; mihi credis narranti neq; dinomacho: aut huic Cleodemo: neq; ipsi Eucrati: dic age quemnam digniorem: cui his de rebus fides habeatur: existimas: qui nobis dicat contraria. Per Iouem inquã ego virũ apprime mirabilem Abdera oriundum illũ Democritum: cui tam firmiter erat persuasum eiusmodi nihil esse in rerũ natura posse: vt quũ se in monumento extra portas clausisset: ibiq; degeret dies noctesq; scribens atq; cōponens luuēscq; cum quidã illudere cupientes ac perterrefacere: nigra veste in modũ cadaueris ornatis: ac personis in capita adfectis circũsistentes illũ circumfiliřet: crebro subfiliētes: hic neq; eorum cōmenta pertimuerit neq; eos omnino respexerit: sed inter scribendũ: desistite inquit ineptire. Adeo firmiter credidit animas nihil esse postq̃ e corporibus exierint. Hocci ne ais: inquit Eucrates: dementē quempiam virum esse democritũ: si quidem sic existimauit. Ego vero vobis etiam aliud referam qđ mihi ipsi contigit: nō qđ ab alio acceperim: fortassis etiam tu Tychiades quũ audieris cōpelleris accedere: ipsa narrationis veritate coactus. Quũ i ægypto versarer: adhuc adolescēs a patre videlicet doctrinæ gratia trãmissus: cupiebam nauigio profectus in Coptum illinc adies Mennonē: miraculũ illud audire: eum videlicet sonũ reddentē ad orientem solem. Illum igit̃ audiui nō hoc vulgari modo: quo audiunt alii: sonum quempiã inanem: sed mihi oracula etiã edidit Memnon ipse: aperto ore se ptem versibus: q; nisi esset superuacuaneũ ipsos vobis versus recenserem. Internauigandũ vero: incidit in nos vna nauigans vir Memphiticus quidã: ex sacris illis scribis: mirabili sapientia: & qui vniuersam ægyptiorũ doctrinã callebat. Dicebatur autem tres ac viginti annos in adytis subterraneis mansisse: Magiam interea doctus ab Iside. Pancratem dicis (inquit Arignotus) praeceptorem meũ: virum sacrum: rasum: ilneis indutũ: doctũ: pureq; lingua græca loquentē: procerũ: simũ: labiis promissis: cruribusq; gracilibus. Illũ ipsum inquit ille: Pãcratem: ac primum quidē quis esset ignorabã. At postq̃ vidi eum: si quando in portũ appulissemus: cum alia multa miracula facientē: tum crocodilis insidentem agitasse: & cū feris versantem: illas vero reuerentes eum: caudisq; adulantes: agnouĩ sacrũ quempiã virũ esse: paulatimq; comitate mea me in eius amicitĩã ac familiaritatē insinuauĩ: adeo vt omnia

E Luciano Philopseudes siue Incredulus.

mihī arcana cōmunicaret. Ac tandem mihī persuadet: vt famulis omnibus in Memphide relictis: se solus consequeret: neq; eñ defuturos nobis ministros. Atq; ex eo tēpore sic vitā duximus. Quū in diuersorū quodpiam ventremus: homo accepto pistillo scobinave aut pessulo vestibus implicās: quū in id carnē quoddā dixisset: offecit vt ambularet: vtq; aliis omnibus homo videret. Illud ergo abiens: & aquā hauriebat: & coenam parabat: instruebat q; atq; in omnib; cōmode subseruebat ministrabatq; nobis. Deinde postq; iam satis huius ministerii fuit: scobinā rursus scobinā: ac pessulū pessulum: aliud recitans carmen reddebat. Hoc ego vehementer conatus nō reperiēbam quo pacto ab illo expiscarer. Nam id mihī inuidebat: q̄q; in aliis esset facillimus. At quadā die in angulo quodam tenebricoso clam illo delitescens subauscultaui propius incantationē illam. Erat autem trisyllaba. Tum ille quū pistillo mandasset quæ curāda erant: abiit in forū. At ego postridie illo apud forum occupato: acceptū pistillum quū ornassem: syllabas illas simili modo pronūcians: aquā iussi vt hauriret. Tum impletam amphorā quū tulisset: desiste inquā: neq; aquam amplius haurito. sed rursus esto pistillū. At illud mihī haud amplius iam obtemperare volebat: sed aquā hauriebat cōrinue: quoad hauriēdo totā domum nobis impleret. At ego quū resistere huic rei nō valerem: timebā aūt ne Pancrates reuersus (id qd etiā euenit) irasceret: correpta secure Pistillum in duas partes dissecō. At vtraq; pars amphoram sumēs hauriebat aquā: iamq; vni us loeo duo mihī ministri esse coeperunt. Interea Pancrates superuenit: ac re intellecta illas quidem in ligna rursus: quemadmodū ante carmen erant: mutauit. At ipse me clanculum relicto: nescio quo clanculū se subducens ablit. At possis istud etiā nūc inquit Dinomachus hominem ex Pistillo facere: Per Iouem inquit ille dimidia ex parte scio: nā in priorem formā nunq̄ a me restitui potest: postq; semel aquariū esse coeperit. Sed deserēda nobis domus esset aquā iam impleta. Non desistitis inquā ego huiusmodi monstrōsa narrare viri senes! Alioquin horum saltē adolescentiū gratia incredibiles istas ac terribiles fabulas aliud in tempus omittite: ne clanculū terroribus ac prodigiosis fabulamentis impleantur. parcere ergo eis oportet: ne talia consuecant audire: quæ eos per totam vitā comitata perturbabunt: atq; ad omnem strepitum meticulosos reddent: posteaq; eos omnigena superstitione impleuerint. Rocte admonuisti me inquit Eucrates: quū superstitionē dixisti. Nā quid tibi Tyche de rebus huiusmodi videtur: de oraculis loquor ac vaticiniis: & quæcunq; quidam numi ne afflati proclamant: quæve ex adytis audiuntur: aut quæ virgo numeris eloquēs futura prædicit: an videlicet nec talia credis! At ego q; anulū quendam sacrū habeo: Pythi Apollini imaginem exprimente sigillo: q; hic Apollo mecū loquitur: nō dico: ne tibi videar ad gloriā meā res incredibiles narrare. Cæterum quæ apud Amphilocho audiui in Mallo heroe mecum diu differente: deumq; meis de rebus cōsulente: tum quæ ipse vidi: volo vobis narrare. Deinde ex ordine & quæ vidi in pergamo: & q̄ audiui in pataris. Itaq; quū ex ægypto redirem domum audiremq; illud in Mallo vaticiniū: apertissimum simul ac verissimū esse: tamē sic oracula dare: vt ad rem respondeat his quæcunq; propheta quispiam in schedulam inscripta tradiderit: recte me facturum putauī: si dum præternavigarem: experiret oraculū: deumq; de futuris quidpiam consulerē. Hæc adhuc Eucrate dicente: quū videre q̄ longe res esset processura. q; non breuē incepisset de oraculo tragediam: ratus non expetire: vti solus contradicerem omnibus: relinquens eum ex Egypto adhuc in Mallum navigantem. Nam et intelligebam molestā illis esse præsentiam meā: vt pote qui dissentirem refelleremq; eorū mendacia. Atqui ego ab eo inquā: quæ siturus Leonticum: nam opus habeo cum eo congregi. At vos quandoquidē parum sufficere vobis res humanas putatis: ipsos etiam deos deniq; in fabularum vobis partem vocare. Atq; hæc simul ac dixi discessi. Illi vero a horesiam libertatem nacti: vt est verisimile: mutuo sese epulis accipiebant ac mēda-

Thomæ Mori.

clis ingurgitabāt. Talibus o Philocles apud Eucratem auditis: venio per Iouem inflato ventre: non aliter q̄ hi qui multo poti sunt: opus habēs vomitu. Tum libenter alicunde magno emerim pharmaci aliquod qd mihi obliuionē induceret eorum quæ audiui: ne me nōnihil earum rerū lædat inhæres memoria. Nempe monstra: dæmones: atq; Hecates mihi videre videor Phi. Quin mihi quoq; o Tychade tale quiddā hic sermo tuus attulit. Aiunt etenim non solum in rabiem verti atq; aquā formidare: quoscūq; rabidi canes mordeant: verū etiā si quem mordicus homo morsus momorderit: illum morsum quoq; nō minus canino validum: atq; eum et iam eodem modo formidaturū. Quin tu ergo videris: quū sis ipse apud Eucratē a multis mendacis morsus: mihi quoq; morsum illum cōmunicasse: adeo mihi mētem dæmonibus impleuisti. Tychi. At bono animo simus amice: quum magnum aduersus huiusmodi res remediū habeamus: veritatē: rectāq; oībus in rebus rationē: quo si vtamur: nullis huiusmodi vanis stultisq; mendacis turbabimur.

Luciani Philopseudus seu increduli finis.

Eiusdem Luciani declamatio pro Tyrannicida eodem Moro interprete.
Argumentum declamationis.

Ascendit quidam in arcem: vt Tyrannū occideret: at ipsum quidem nō inuenit: filium autem eius cum peremisset: gladium reliquit in corpore: Tyrannus ingressus: ac filium iam cōspicatus mortuū: eodem gladio se transfixit. is qui ascendens: ac Tyrannī filium interemerat: tanq̄ Tyrannicida præmium petit.

Declamatio.

Quum duos Tyrannos iudices vno die peremerim: alterū quidem iam ætate decessum: alterū vero florentem: eoq; ad scelus successionem idoneum: adsum tamen vnicū ob vtrumq; præmiū petiturus. idq; quū solus omnīū qui vnq̄ fuere tyrannicidæ: sceleratos duos vno ictu sustulerim atq; mactauerim. filium quidē gladio: patrem vero nimio illo quo in filium ferebatur affectu. Tyrānus igit ob ea quæ gessit: satis nobis supplicii dedit. quippe qui et viuēs filiū spectauit occisum: & tandē quod maxime præter omnē spem fuit ipse sui coactus est Tyrannicida fieri. Filius igitur a me peremptus est: inseruit autem mihi: etiam mortuus: ad aliā mortem: nam qui viuens iniurias vna cū patre fecit: mortuus patrē vt potuit interfecit. Qui Tyrānidem ergo sustuli ego sum: ensisq; qui peregit omnia meus est: ordinē tantum imutauī cædiū ac perimendi sceleratos nouaui modū: illum qui fortior erat & qui vlcisci poterat: amolitus ipse: senem vero soli relinquēs gladio. Ego igitur ob ista etiā amplius aliquid a vobis expectabam sperabamq; me præmia pro peremptorū numero suscepturū: vt qui vos nō præsentib⁹ tantū malis eripuerim: sed futurorū quoq; metu liberauerim: ac certā vobis libertatem præstiterim: nullo hærede scelerum relicto. At interim tot rebus a me præclare editis in periculum venio: ne a vobis nullo præmio donatus abeam: solusq; mercede frauder: quā leges a me seruatae statuerūt. Hic itaq; meus aduersarius: nullo rei publicæ studio istud agere videtur. Sed eorum cæde cōmorus: vt in eum qui mortis eis causa fuit vlciscatur. Sed vos iudices auscultate paulisper: dū Tyrannidis mala (q̄q̄ ipsi pbe sciatis) expono. Nam & hoc pacto melius beneficiū mei magnitudinem cognoueritis: & magis idē gaudebitis: reputantes quibus estis malis liberatis. Neq; em̄: quemadmodū aliis plerisq; iam sæpe accidit: ita nos quoq; simplicē Tyrannidem

E Luciano Tyrannicida

et vnicam seruitutē sustinulimus: neq; vnius domini libidinē pertulimus: sed soli omnium quos vnq̃ similis prefficit infelicitas: duos vnius loci tyrannos habuimus: & in duplices miseri iniurias distracti sumus. At moderatior admodū senex erat: & in ira mitior: & ad supplicia segnior: & ad libidines tardior: vtpote ætate iam impetus eius vehementiam cohibente: & voluptatum appetitiones refrenante. Et ad causas quidem facinorum inuitus a filio dicebatur impelli: quū ipse non admodum tyrānicus esset: nisi q̃ illi parebat. nam in filium (vt iam ostēdit) propensus supra modum fuit. Omnia illi filius erat: illi obtēperabat: & iniuste fecit: quicquid ille iubebat. & puniebat: quos ille volebat. in omnibus illi morem gerebat. ac deniq; sub illius tyrānide vivebat. & vitroneus filii cupiditatum satelles erat. At tu uenīs vero honore ætatis gratia patri esset: & solo imperii nomīne abstinuit: ceterū re ipsa tyrannidis caput ipse fuit. Firmitas quoq; ac tutamentum principatus ab illo pēdebat. qm̃ & quod ex iniuriis prouenit solus ipse fruebatur. Ille erat qui satellites ducebat: qui custodias regebat: qui subditos feriebat: qui insidiatores terrebat. Ille erat qui ephebos rapuit: q nuptias temerauit. Cui virgines adductæ sunt. & si quæ cædes erāt: si qua exilia: si qua exilia: pecuniarum expilationes: tormenta: contumeliæ: hæc omnia iuuenis fiebant audacia. Nam senex ipse obsequiebatur & comes in malis erat: & tantum filii scelera comprobabat. Et res quidem nobis intolerabilis facta est. nam quū animi libidines ab imperio sumunt licentiam: nullum iniuriarum finem faciunt. At illud tamen nos vrebatur maxime: diuturnam immo æternam potius futuram hanc seruitutem sciebamus: & tradēdam per successionem eē rem publicā populūq; alii post alium domino ac scelerato hæreditatē cessuram. Aliis profecto nō paruam spem hæc res facit: q̃ perpēdere possunt ac secum dicere. At iam cohibebitur: at iā morietur: ac paulo post erimus liberi. De illis vero nihil tale sperabatur. Sed iā nunc paratū imperii cernebamus hæredē. Quāobrē nec suscipere negotiū audebat fortis quicq; qui tamen eadē mecū cupiebant. Sed desperabat omnino libertas & inexpugnabilis videbatur tyrannis: cū necesse esset tā multos aggredi. At me nihil ista deterruerunt. Neq; perpenſa negotii difficultate detractaui. Neq; periculū expaui. Solus quidē solus: aduersus tā fortē ac multiplicē tyrannidē: imo vero non solus: sed cū gladio auxiliari conscendi. Sortē etiā tyrānicidæ mortē præ oculis habēs: sed propriā tñ cādē cōmuni libertate cōpensans. Cū in primā ergo custodiā incidissem: ac satellites haud facile amouissem: obulū quēq; perimēs: & quicquid obsisteret conficiens: in ipsū negotii caput ferebar: in ipsū vnicū tyrannidis robur: in ipsā nostrarū calamitatū materiā: & in sūma arcis custodia sistens: quū illū conspexisſe sese generose defendentē: atq; resistentē: vulneribus multis tñ interfeci. ac iā quidē sublata tyrannis erat: facinus confectū erat: atq; exinde protinus om̃s liberi. Senex relict⁹ est ille: solus: inermis: custodibus exutus: magno illo satellite suo adēpto: nec amplius vlla generosa manu dignus. Ibi ego mecū iudices talia cogitabā. Totū negotiū meū bene se habet. Oīa peracta sunt: oīa strēnue perfecta sunt. Quonā ergo iste qui superest placetur modo? Me siquidē ac dextera mea indignus est. Præcipue vero facinore tā splendido ac iuuenili & generoso cōfecto. Cuius gloriā addita hac tā inerte cādē minuerē. Dignū autē querere carnificē quēpiā oportet: verū post erūnā tū: ne & hanc lucrifaciat: videat: puniatur: appositū tantū ensem habeat: huic ego reliqua cōmitto. Hæc vbi statuissem: illinc amollor. Ille vero sicuti ego ante diuinauerā fecit: ac tyrannū interfecit: fabulæq; meæ supermū actū addidit. Adsum ergo popularē vobis gubernationē afferens: & oībus securitatem denunciāns: ac libertatē feliciter annunciāns. Nunc igitur factis meis fruimini. Sceleratis enim (vti videtis) arx vacat: imperat autē nemo: sed & honores tribuere licet: & iudicare: & ex legibus cōtradecere. atq; hæc nobis ex me atq; hoc facinore meo pfecta sunt: atq; ex illa vna cādē: post quā pater haud amplius viuere potuit. Dignū igitur ob ista censeo debi-

eum a vobis mihi præmiū dari: non q̄ studiosus lucri sim: aut qui parua magnipēdam. neq̄
q̄ ob mercedem de patria bene mereri in animum induxerim: sed q̄ mea officia cupiam ve-
stro præmio esse comprobata: ne despectus sit neue inglorius fiat meus conatus. tanq̄ a vo-
bis mancus & præmio iudicetur indignus. At iste contradicit: & me præter æquum ait fa-
cere: qui honorari velim ac præmiū referre. Non enim esse me tyrānicidam neq̄ factū a me
quicq̄ secundum legem esse: sed facto meo quiddam ad præmium petendum deesse. Rogo
igitur eum: quid reliquū a me desideras: non volui: non ascendi: non peremi: non liberaui:
nūn imperat quisq̄: non iubet quisq̄: nūn dominus minatur quisq̄: nūn me maleficorum
effugit quisq̄: nō dixeris. Sed omnia pacis plena: & leges omnes redditæ: & manifesta liber-
tas: & popularis gubernatio firma: & coniugia inuololata: & pueri extra periculum: & virgi-
nes tutæ: & festas agens ferias ob cōmunem felicitatem ciuitas. Quis est igitur horum om-
nium causa: quis illa sustulit: ista præbuit? Etenim si me q̄q̄ est hoc honore dignior: illi hac
mercede cedor: ac p̄mio istoc abstineo. Sin vero solus ego cuncta peregrinaudens: periclitās:
adoriens: occidens: puniens alterum in altero: viciscēs: quid mea calūniarū officia: quid in-
gratum erga me populum facis? At ipsum non occidisti tyrannum: lex autem tyrannicidæ
p̄mium statuit. Interest ergo quicq̄: dic mihi: an ipsum perimas: an mortis ei causam p̄beas?
Ego certe nihil puto. nempe hoc solū legis lator spectauit: libertatem & popularē statū: ac
sceleratorū amolitionē. istud honorauit: istud gratia dignū censuit: quod factū a me non cē
non queas dicere. Si enim illum occidit: quo occiso: iste non potuit viuere: ipse nimirū macla
ui. Cades mea: manus illius erat. Ne nimium ergo curiose de mortis mō disputes: neq̄ exa-
minēs quomodo interiit. Sed an amplius non sit: an per me est: q̄ amplius ille nō est. Quan-
doquidem hoc quoq̄ mihi videris excussurus & sycophantam in bene merentes acturus: si
quis non ense: sed lapide ligno ve aut alio quopiam modo peremisset. Quid vero si tyrānū
fame obsessū ad mortis necessitatē adēgissē: etiā ne tū requireres meamet manu peractā
cadē: alioquin deesse adhuc aliquid mihi ad legē implendā dicerēs: atq̄ id grauiore suppli-
cio interfecto malefico: vnū solū examina: istud interroga: in hoc curiosus inquire: quis faci-
norosorū supest: q̄s iniuriæ metus imminet: quæ vestigia calamitātū? sin vero purgata sūt
ac pacata omnia: sycophantæ est: modū rerū calūniantē: velle p̄mio ip̄s factis debito frau-
dare. Ego siquidē hoc quoq̄ in legibus declaratū memini (nisi forsan ob longā seruitutem
sim quæ in illis dicuntur oblitus) causas mortis duas esse: siue quis ipse occiderit seu si quis
ipse quidem non occiderit: neq̄ manu rē gesserit: coegit tñ atq̄ occasionē necis dedit. æq̄li-
ter hunc etiā lex plectendū censet. atq̄ admodū quidē iuste. nā præbitā interitus causā ni-
hilo iudicauit ip̄o facto minorē. ac reliqua iā de modo necis quæstio supuacua est. Illū ergo
qui sic occiderit puniendū tanq̄ homicidā æquū censeas: absolutq̄ nullo pacto velis: qui ve-
ro eodē quo ille: modo: ciuitati benefecerit: indignū bene meritis p̄mio duces? Neq̄ enim
istud possis dicere me videlicet id fecisse tantū: bonū autē exitū quēdam temere non me id
destināte consecutū. Quid ergo pertinuissē ampli⁹: eo qui fortior erat interēpto? Quid
in vulnere gladiū reliquissē: nisi idip̄m omnino quod erat futurū: prædiuinassē? Nisi hoc for-
tasse dixeris: q̄ qui pemptus est tyrannus non erat: neq̄ hoc nomen obtinebat: neq̄ multa
vos ob id libēter si necaretur præmia dedissetis: sed hoc nūq̄ dices. Ergo interēpto tyrāno
illi qui necis causam p̄buit: non reddes premiū: o curiositatē quomodo necatus est curas: cū
libertate fruaris. Ab eo vero qui rempu. reddidit: amplius quicq̄ desyderas. At qui lex (vt
dicis) ipsum rerum caput examinat: media autē omnia valere sinit: neq̄ vltra curiosius in-
quirit. Quid em̄: qui in exiliū tyrannū cōpulisset: non honorē iā tyrānicidæ tulisset? Immo
ac valde quidē iuste. Nā & ille libertatē pro seruitute p̄stitit: At quod a me factū est nō exi-
lium nec redintegrandæ rebellionis metus: sed omnino p̄fecta sublatio est: & generis illius

Declamatio contra Tyrannicidā Lucianicæ respondens.

Declamatio Thomæ Mori: qua superiori declamationi respondet.

Non putaueram iudices ei qui (id quod ego nunc facio) publicam causam suscepisset agendam: opus fore: ut quid id facere instituerit: Rationē reddat: neque enim vltū fore periculū: ne id malicia potius aggressus: quā pietate videatur: quū hoc certissimum præbeat magnæ integritatis argumentū: quod aliorū omnium cōmodis elegerit suo privato labore consulere. Quod quā omnes istiusmodi causarū patronos merito posse existimē ab omni calūniæ suspitione defendere: me tamē omnium meritissime: qui ut omnibus prosum nō solum hunc mihi laborē desumpsi: sed inimicitias etiam cū eo viro contraxi: qui se Tyrannos quoque iactat occidisse. Sed quoniā nihil tam recte coeptum esse video: quod nō improborū vellicet ac deprauet iniquitas: & quosdam iam nunc mussitantes audio qui istius oratione persuasi: hoc meum officiū in peiorem partem rapiunt: Statui iudices vobis huius actionis meæ causas exponere: ne quis industriæ meæ malignus interpretes: eam dolori: odio vel inuidiæ conetur ascribere. Ac primū: quid est quid Tyrāni mortem dolere puter: nam id iste mihi nuper obiecit: probationem vero nullā attulit dixisse tamen contētus: & credi sibi sine argumento: sine teste postulat. Immo (inquit) nisi doleres: nisi Tyrāni mortē vlcisci cuperes: me cum non contenderes. Ergo eo solo lugere me Tyranni mortē probas: quod tibi ob eius necem præmium iniuste petenti ego me iuste opposui! Vis videre quā nihil dicis! Si te Tyrannū occidisse probes: ego tecum litigare: nec si velim possem: nec si possem velim: Nūc vero quid aliud contra te dicturus sum: quā quod illū non occidisti! Si tu interfecisses nihil quereretur: immo laudarem: admirarer: ac præmiū primus decernerē: nunc vero ideo tibi contradico: ideo tibi honorem denego: ideo aduersor: ideo quoror: quia Tyrannum nō occidisti. Num igitur occisum protinus dolere videor! Ostendisse potius iudices debuit me Tyrāno fuisse vel sanguine coniunctū: vel affinitate propinquū: vel beneficiis deuinctū: vel scelerū cōmunionē fœderatum. At istorum quicquid ne fingere quidem potuit. Ergo si neque cognatus illi: neque affinis fuit: si mea opera nunquā in cuiusquā iniuriā vsus est: si me ab illo beneficii nihil in me collatum est. si me acerba seruitute cum cæteris simul oppressit: si me illi⁹ interitus libertati vobiscum vna restituit: quid causæ est ut illius mortē meæ salutis ac libertatis auspiciū doleam! At o dii certe tantundē causæ est. Nam quid egit: quod odiū in illum prouocaret meū! Primo Tyranni filiū interfecit. Postea vero Tyranno sibi manus inferente iste præmiū tanquā Tyrannicida petiit. Quorū alterum puta quod iuuenē peremit: quāquā id ipsum parū consulte: parum quod ex cōmuni cōmodo fecerat: nisi dii nobis fuissent propitii: fecit ille tamen animo (quātū ego certe suspicor) non male. Alterum vero: nempe quod præmiū postulat: quū nō meruerit ut nunc sunt hominum ingenia: nō miror & ignosco certe: modo possit auferre. Neutrū istorū odiū in illum meū concitat. Extra hæc nihil vnquā fecit: quod ad me villo modo pertineat. Ergo tam iniquus sim ut hominē vix tandē satis aut de facie aut fama notū qui me nec re offenderat nec verbo læserat: gratis odio persequeretur! Restat inuidiæ diluēda suspicio: quæ talis est: ut nullo malo carere velim libentius. Nam quū oīa vitia sint suapte natura pernicioſa: nullū tamen est liuore pestilentius: quodque pectus cui semel insederit grauiorib⁹ tormētis exagitet. Nempe alterius fortunā suā infortunū ducere: secundis aliorū rebus æstuarē: alienis laudibus vri: aliena felicitate torqueri: an non sūma miseria: non extrema demētia est! Itaque si a quoquā alio vicio iudices absum: ab hoc certe longissime absum. Cuius vnquā fortunæ imperiū! Cuius res bene gestas eleuauī! Cuius laudibus vnquā detraxi! Cuius famā labe respersi! Certe ab huius vici suspitione si me mediocris ista fortuna mea: non asserit: quæ nō tam inops est ut aliorum opibus ac præmiis inuideam: Si me antea vita nō vindicat: quā nō vsquā adeo est rerū bene gestarū indiga: ut aliena debeā laude tabescere: At ipsa me hercle causa protus absoluit: quæ talis est: ut potius omnium veniam: quā cuiusquā mereatur inuidiā. Quæ lo-

Thomæ Mori.

dices: quod tandem odii signum: quod inuidiæ documentum: præ me fero! Non prouoco: non irascor: non accuso: urbem tantum in ius vocatam ab illo defendo. Sed quæ sedentibus ergo cæteris ac tacentibus vniuersis: atq; in his multis & clarissimis viris: & auctoritate præstatis: & multo ad dicendum instructionibus: ego potissimum surgo & petentia præmia contradico! Illi ipsi profecto quin mecum sentiât non dubito: & quin ex his plerique sint: qui hoc ipsum officium nisi ego iam suscepissem libenter fuerint obituri. Neq; tamen ideo culpanda sum: q; me pro patria primus obtulerim. Quicquid est: alieni silentii causas non debeo. Me certe ad dicendum cum reipublica: tum deorum immortalium respectus incitabat. Nempe quum viderem satis tenues ærarii nostri prouentus: & præsentem pecuniam nimis exigua: tum instare multas necessarii sumptus occasiones: non ferebã vti ciuitas hoc insuper non necessario sumptu mulctaretur. Tyrannicidii præmium quantum sit non ignoratis: ac merito quidẽ. Quod enim scium satis grande sit: quo agri: foci: fortunæ: liberi: coniuges: salus ac libertas omnium: postremo ipsæ deorum aræ: atq; templa redimunt! Quod quomakus atq; urbi onerosius est: eo magis a nobis prospiciendum est: ne temere collocetur. Satis iudices satis impensæ ac sumptus imminet: satis effundendum est: vt ærariũ nostrum tam profunde: non iste etiam cui nihil debemus: exhauriat. Præterea quum hoc tyrannicidium sola deorum clementia prouenerit: qui toties in clamati calamitatum tandẽ nostrorum miseri. Crudelissimi nos iugo tyranni soluere: ac libertati reddere voluerunt: non ferendum putauit: vt ciuitas honorem gratiamq; diis benemerentibus ablatam homini non merenti tribueret. Totũ autem hoc negotii fortunæ deorumq; benignitati deberi: huic nihil gratiæ: apertissimis argumentis docebo: quod dum facio: quæso iudices diligenter attendite. Tria sunt quorum iste quodlibet sufficere sibi ad hunc honorem consequendũ putat: vel q; tyranni peremit filium: vel q; tyrannum tentauit occidere: vel q; pater filii nece commotus ense quem iste reliquerat mortem sibi consciiuit. Ergo illius adolescentis cædes tyrannicidium videtur! Quid nĩ: nempe & ille (inquit) tyrannus erat. Quis id credat iudices: urbem vnam duobus suffecisse tyrannis: duos tyrannos inuicem cõcordes eadem incoluisse moenia. vnus urbis ambitu potuisse contineri: quorum alterutri vix vel orbis vnũuersus suffecerit! Quisquis id credendum duxerit: is mihi parum videtur tyrannicam considerare naturam. Nam legitimæ quoq; potestates ac non solum legibus gubernantes: sed etiam legibus obtemperantes: & tyrannide tanto interuallo mitiores: ambitione tamen ita vincuntur vt nec vel intimorum amicorum vitæ parcant: potiusq; eos habeant imperii sui consortes. Quis tyrannum credat natura ferum ac violentũ: cũ imperii sui ciuis ardore hominũ leges protriuertit: deorum contempsit: vitam neglexerit: sociũ quenq; admittere! Quin brutorum quoq; plerũq; formæ quæ (quod tyrannorum propriũ est) rapto viuere: quibus solius pabuli cura: imposita: aliqua tyrannicæ naturæ vestigia: in proprios foetus salutant potiusq; socios illos venationis accipiant. Et hominẽ tyrannũ putamus: quẽ fastus inflat: ambitio stimulat: cupiditas vrget: gloria sollicitat: suam cum quoq; posse cõmunicare tyrannidẽ! At iste non solũ duos tyrannos facit: verũ etiã adolescentẽ plusq; tyrannũ vult videri. Nam ciuib; atrocis (inquit) iniurias fecit: cæde: rapina: stupro: omnib; deniq; scelus formis insignis. Noĩe quidẽ abstinuit: cæterũ re ipsa tyrannidis caput erat: ac parẽte plus potuit: nẽ vt volebat rexit. At longe contra: se res habet iudices. Nimirũ impotẽs semper ac formidolosa res tyrannis est. Neq; filius profecto patrẽ tulisset: si posset: neq; filio tantum permisisset pater: vt posset. Nemo tyrannus est hærede suspectior: qui eo maiore parenti metum incutit quo magis ferocem eius indolem ac tyrannicos mores expresserit. Cõtinebat ergo filii sui cupiditates: atq; adolescenti stringebat potiusq; laxabat habenas: ne virib; minimum inualescens iuuenis: imperii audax atq; opibus insolens: nec sibi iam imperas: tan-

Declamatio contra Tyrannicidam Lucianicæ respondens.

dem ne pareri quidē pceret: quin iā Saturno supi Iouē pferrēt. Nā si iurias iterdū fecit: qd aliud q̄ se pareri satellitē pbuit: ex qb⁹ Quot⁹ qsq̄ ē: q nō grasset: nuptias violet: domos cō pilet: phana dispollet: obuios cædat: atq; optimū quēq; trucidet! Sed qm vn⁹ est cui⁹ potētia atq; vmbra freti/rā scelerata grassant audacia: poenas alioquin facinoræ suorum: vel illi vel publicis legib⁹ daturis: ipi qdē latrōes: homicidæ: fures: adulteri: Sol⁹ aut vn⁹ ille scelerum princeps sub cui⁹ noīe oēs spūne delitescūt: tyrān⁹ ē. At ille adolescēs si quādo patrabat ali- quid atroci⁹: pfem semp sic impasse dicebat: neq; ego qn imparit: dubito: Nā fili⁹ q̄q̄ ea in- dole fuit: vt parentē aliquādo videret (si ad tantā puenisset ætatē) flagitiis ac scelerib⁹ æq- furus: tñ in hac adolescētia p illi⁹ crudelitate ac sæuitia qb⁹ iā a puero semp assuet⁹ isenue- rat: rudis adhuc miles: ac vix tyro fuit: neq; fere magnū qcq̄ nisi a p̄e iussus atq; edoct⁹ age- bat. Sed siue nō nisi iussus illa faciebat: siue ip̄e etiā iussus audebat: tñ quū tāq̄ iuss⁹ egerit: quū neq; Tyrāni nomē vsurparit: neq; se p tyranno gesserit: sed p̄i se parere significarit: & auctorū suorū causas in illū rettulerit: quū aliū se potentiorē eē cōfess⁹ sit: cui⁹ virib⁹ fideret: a quo oīs ei⁹ p̄deret impunitas: furē si velis aut sacrilegū: vel si quod aliud nomē mauis: ap- pelles: at is p̄fecto nō est: in quo fieri tyrānicidiū pōt. Qd si illū oīa solū potuisse: ac re ip̄a ty- rāniā fuisse cōtendās (& qd paulo ante iactabas) illico ei⁹ morte liberā fuisse rēpublicā: Fin- gam⁹ obsecro adhuc parentē viuere: sed nō fugatū tñ: qd nescio quur ip̄e finxisti: qppe quē nec ip̄e fugaueras: neq; cur ei fugiendū esset effeceras. Filio em̄ tñ p insidias adēpto: reliqs virib⁹ integris: nō videor cur p̄i magis despandū: aut fugiendū fuerit: q̄ si aut fili⁹ ei natus nō fuisset: aut peste corrept⁹ obliisset. Patrē ergo fingam⁹ (vt dixi) viuētē: Ac filio qdē vni- co orbatū. Sed satellitū tñ caterua cinctū: cedē filiū lachrymātē: sed iterfectori minātē: Atq; oīa suppliciorū gñā destinātē. in forū vultu tristi quidē: sed tñ cruci pcurrere: & plato quē tu reliqisti gladio: ingētia polliceri p̄mia: si qs ei⁹ ensis dñm pdiderit: hic tū foro iā ab illo at- q; ei⁹ satellitib⁹ occupato: & in caput tuū q̄stioē iā haberi cōepta: in publicū fortis tyrānicī- da pcurrere: & in medios globos irruēs tyrānū te occidisse pclamāta: libertatē oīb⁹ denūcia: ac tyrānicidii p̄miū postula. Quid fugis! Quid latebras q̄ris! Quid tyrānicida metuis! An nō libera est respublica! An nō Tyrān⁹ occis⁹ est! Neq; ergo is quē pemisti tyrān⁹ erat. Sed quidā poti⁹ tyrāni satelles neq; ei⁹ morte ciuitas libertati restituta est: qd solū paulo āre di- cebas hui⁹ legis spectasse latorē. At hæredē (ingr) occidi. Quid mihi hæredes noīat! Quid in tyrānide leges mēorat! Legū ista noīa sūt: iuris est ista successio. An pyratæ filiū si demor- tui p̄is locū ipleuerit: hæredē qsq̄ dixerit! Intestat⁹ semp tyrān⁹ moritur: qppe legib⁹ ab il- lo captiuus: q̄ solo ratū facere testamētū p̄nt. Proīde q̄ defūcti locū tyrāni subit: hæres nō est sed nou⁹ tyrān⁹. Nō em̄ succedit. sed iuadit: at illi nūc puissēm⁹. Istud q̄ cōstat! Ego cōtra. tyrāno mortuo pplm̄ illico liberū eē dico: Alioqn frustra lex tyrānicidæ p̄miū statuit: Si al- teri⁹ morte in alteri⁹ ptāt em̄ recidim⁹. Sed lōge secus iudices. defuncto enī quolibet ca- su tyrāno popul⁹ iā tū liber dū amici luctu occupāt: eū stupēt ei⁹ morte satellites: illico sese in libertatē asseruissent: neq; pl⁹ fili⁹ aduers⁹ ppli vires tū valuissent. q̄ nūc pōt qsq̄: vī ex ami- cis tyrāni potētissim⁹ aut gñe qsq; ei fuit post filiū pxim⁹: ad quē si successiōis nomē: atq; hæreditatē audiēdū ē. tā nūc tyrānis p̄tinet: q̄ ad filiū p̄tinuisset. Qui satellitē igit: q̄ amicū: q̄ cognatū: q̄ filiū tyrāni pemerit: frustra tyrānicidii iactauerit. Tyrān⁹ ip̄e sol⁹ ē cui⁹ necē tāto p̄mio res publica mercaat. Sed volui (ingr) pentaul: piclitar⁹ sū: qd negari ne possit: Fi- lio tyrāni p̄ptor: spe futuræ tyrānidis exticta: pclarum aī mei documētū reliq; vī hoc solum sufficere mihi ad hūc honorē puto. Hic vide obsecro q̄ nihil maliuole: q̄ simplr agā tecū oīa. q̄ ex re tua totum hoc negociū minime suspiciosus interpt̄er. Nā si ali⁹ hāc ageret cām: nec tñ ex iimicis tuis: sed ex acriorib⁹ istis actorib⁹ q̄spiā: q̄ locos oēs excutit: & suspiciōib⁹ vr- gēt ac moleste nimis p̄mūt: Sic hercules hūc tractaret locū: vt te nec id tētaffe vnq̄ nec de-

Thomæ Mori.

stinasse cōcederat. Qd si rū vociferareris mirari te quēq; tā insigni eē impudētia: vt talia dicere occiso in ipso conatu tyrāni filio audeat: hic ille prin⁹ q̄ si fieri nō potuerit (inger) vt nō patriā liberatur⁹: qd nō p̄stitisti: nō tyrānū occisur⁹: quē nō attigisti: sed ipm poti⁹ Iunonē quē trucidasti p̄ptur⁹ ascēderis: Illatā tibi priuatū: aliquā vltur⁹ ac retaliatur⁹ iniuriā. Hic si instaret: vrgeret: p̄meret: ac cērtas aliq̄s: p̄bationes illius ai tui ac p̄positi flagitaret: vides (vt opinor) in quātas traheris āgustias. Sed ego tecū hoc pacto nō agam: q̄ppe q̄ in rebus (culusmōi ista ē) vehemēter obscuris assueui: semp i meliorē p̄tē eē p̄cluior. Permitto itaq; tibi vt ista fecisse aīo i rēpu. p̄p̄sō videaris. Voluisti ergo ac rētaſti prors⁹ auferre tyrānidē. Hoc cne tibi videt̄ isto p̄mō cōp̄elandū: Primū q̄ voluisti: q̄s nō videt̄ q̄ sit exigui⁹. Nā hac rōne oēs tyrānicidii p̄miū peterem⁹. Quis em̄ tā frigidō in rēpu. aīo fuerit vt tyrānū crude lissimū nō libēter auferre voluerit: Tērado vero qd aliud declarasti q̄ q̄ eē tyrānicida: voluisti! Qd te p̄terea piculis exposuisti: an id p̄miū meruerit vllū: postea videbim⁹. q̄ aut̄ istud nō meruit: spo vobis iudices eē vel sola legis recitatiōe p̄spiciū. Quā quū p̄miū nisi tyrānicidā nō statuat: q̄ vero tyrānū nō ceciderit eē tyrānicida nō possit: quātūlibet q̄sp̄iā tētauerit: quātūscūq; sese piculis exposuerit: frustra tyrānicidii p̄miū (nisi cāso tyrāno) petierit. Nā ei q̄ dū conat̄ occidere: in exiliū compulerit: p̄miū qdē: sed neq; t̄m: neq; tāq; tyrānicidā decernā. Eteī si morbo quopiā laborās denūciē: q̄cūq; me sanauerit: ei recuperata valitudie tria me talēta daturū: veniat aliq̄s spe mercedis induc⁹: q̄ mei curā suscipiat. deide medicamētis quibuscūq; adhibitis: vbi frustra se conari senserit: artē suā morbo victā: confessus: me iam deploratū reliquat: aliq; t̄m molestiā p̄te leuatū: Sanitatis illi mercedē: q̄a nō sanauit: nō debeo: rur⁹ q̄a p̄fuit: inanē prors⁹ a me dimittere haud aequū ē. At si post mille pharmaca: nihilo t̄m meli⁹ habentem destituat: p̄miū nihil meret̄: q̄ nihil luult. ḡfā vero tātidē fere: q̄ q̄ mederi tētauit: sui ḡfā: nō mei fecit. Quod si insigniter medicæ artis ignar⁹: rē t̄m aggredi fuerit aus⁹: atq; aliquātisp̄ misere venenis adfectū: postea dimittat: quū iā nō mō nihil opis tulit: sed plurimū doloris addidit: etiā si sese gratis obtulerit: vtrum amore dign⁹ est: q̄ me suo labore tā diu nulla p̄miū spe tā officiose vexauit: an sūmō poti⁹ odio: q̄ temere scēe meo piculo: ei negotio cui⁹ erat impit⁹ imiscuit. Huic rei iudices haud multū mihi videt̄: p̄sens causa dissimilis. Lex etem̄ tyrannicidā cōducere vehemēter alicūde studet: ei q̄ p̄miū certū tyrāno cāso: pollicet̄: Sed tyrānicidā quū dicit iudices: hoīem q̄rit artificē: nō manu t̄m fortē: Sed pectore quoq; multo magis valētē: cōsilio potiusq; virib⁹ p̄stātē: q̄ insidias tēdere: laqueos abscondere: occasiōes captare nouerit. Ergo: hāc p̄uiciā: si q̄s hmōi suscepit: q̄ tyrānū ipm arte ex insidiis adoriat̄: adorsū opprīmat: opp̄ssū interimat: nec re coepta semel: nisi p̄fecta: desistat: hic tyrannicidii p̄miū audacter postulet. Sin id quidē nō potuerit: qd aut̄ p̄xi mū ē & cōfine fecerit: tyrānū videlicet vel in exiliū abegerit: vel ad deditiōē cōdonata vltā coegerit: vel ad deponēdā tyrānidē certa cōditiōe cōpulerit: hūc ergo p̄mō dignū neq; nullo qdē: neq; t̄m tyrannicidā iudico. At si q̄s manu potēs: mētis iops: illarū penit⁹ ignar⁹ artium: quibus istructum esse tyrannicidā oportet: qui rem viribus egere tantum: ac non consilio putet: qui deniq; Aiaci multo sit q̄ Vlyssi similior: Sed Aiaci tamē iam abiudicatis armis insanienti: armenta hominum loco trucidanti: Si huiusmodi inquā quispiā rem tantam conficiendam sibi desumpserit: tum nec insidias collocans: nec tempus eligens nec occasionem expectans: impetu quodam proruat: nec ab ipso tamen tyranno incipiat: sed in satellites eius insiliat: dato interim illi sibi cauendi loco. Tum subducto Tyranno: re temere coepta: stulte gesta: per ignauitā relicta: ac penitus infecta: sola sibi fuga abiecto etiā gladio: cōsulat. Postea vero vel defūcto vel itersecto tyrāno: in publicū p̄deat: p̄miū tāq; tyrānicidā postulet atq; hmōi vtatur orōne: Volui iudices: ausus sum: tētaui: periclitatus sum. Vtrū

Declamatio contra Tyrannicidā Lucianicæ respondens.

iudices illi Tyrannicidii pmissi decerneretis: quia Tyrannū tētauit occidere: An malā potius
 gŕam haberetis: ac dignū etiā supplicio duceret: q̄ sua temeritate nō se solū frustra pericu-
 lis obiecerat: sed vrbē etiā vniuersā in summū discrimē vna p̄cipitauerat: vtpote qui Ty-
 rannū stulte irritādo fecerit & ciuib⁹ infestiorē & aduersus insidias cautiore! Videris ergo
 iudices quēadmodū id qđ iste vel solū satis esse cōfidebat vsq; adeo nihil adiuuat: vt etiā nō
 nihil officiat. Quāobrē si neq; is quē pemit Tyrānus fuit: nec sat Tyrāni filiū occidisse fuit:
 tentasse vero temere: plusq; frustra fuit. Reliquū est vtrūtimū illud: Tyrāni videlicet ipsius
 mortē excutiam⁹. Quā iste sibi nos debere disputat. Hoc toti⁹ negociū caput ē: hoc si vobis
 iste persuaferit: causā nihil ē quin vicerit. Cōtraq; si ego hāc p̄tē euicero: atq; sacā hāc (qđ
 aiunt) ancorā illi p̄cidero: nōne ilico necesse ē fluctuet ac naufragio pereat! Idcirco iudices
 hic etiā atq; etiā obsecro: vt q̄maxie sitis attēti: dū Tyranni cādē doceo: ex qua tota ista pē-
 det cōtrouerſia: nihil ad istū qcq; p̄tinere. Totū ergo hūc locū: iudices: sic ab isto tractatū eē
 meministis: vt q̄ vobis p̄suadere cuperet: vti crederetis eū iam tū quū filiū p̄meret: parētē
 qđ postea fecit p̄cisse facturū. Sciebā (ingit) satis eē filiū occidere: sciebā p̄sem ilico sese post
 mortē filii perēpturū. Immo sciebas certe: quū sic hāc causā ageres: opus eē tibi vt illa p̄cisi-
 se videreris. Alioqn frustra te p̄miū Tyrannicidii petiturū. Si neq; ipse Tyrānū p̄misses: ne
 q; id saltē fecisses vnde illi scires exitiū imminere. Eā obrē iudices exitū eius facti tā certū vi-
 deri voluit. vt vobis etiā audiētib⁹ dixerit: ob id ipm sese a Tyrāno manū abstinuisse. eūq; si
 biipsi pariter & isti⁹ gladio reliquisse: quē alioqn (vt ait) facile potuisset occidere: fecisset
 q̄: nisi de exitu securus scilicet: tūc de industria pepercisset: vt paulopost miseri⁹ interiret
 Hic igit quid faciā: quo me potissimū vertā: vnde argumenta cōquirā: quib⁹ hūc probē nō
 esse rerū futurarū p̄sciū! Quin illū percontemur potius ac rōnes aliquas exigam⁹: quib⁹ ille
 nobis fidē rei tam lōge supra fidē faciat: vñ tā hāc mirabilē diuinādi peritiā nactus sit: vtrū
 ne hoīe quopiā docente didicerit: an numine potius inspirāte cōceperit. dic igit nobis Tire-
 ſia: quonā probamēto facies vti cōſſet: cōp̄rahenſam esse tibi rerū futurarū scientiā! defo-
 ſum alicubi theſaurum effode: cogitationes nostras euolue: abſtruſum aliquid atq; ocula-
 tum erue. qđ miremur omnes. nempe ei⁹dem artis esse puto: & quā p̄ſtia latent edicere:
 et quā sunt futura p̄dicere. Aut si tu futuris duntaxat vales. aliqua nūc ediffere: aliquot
 poſthac annis: aut (si libet) ſeculis potius euentura: quā quū ex tuo p̄ſcripto ceciderint
 omnia: tū demū redito: & futura te p̄ſciſſe dicto. Interim p̄fecto ægrā (q̄rū ſuſpicor)
 obtrinebis: vt quod te neſciente fiebat: id p̄ſciſſe credariſanteq; fieret: q; si tum quū filium
 interimeres: ignorabas patrem ſeſe [qđ postea fecit] occiſurū: quur tu nunc eius cādis p̄-
 mium poſtulas: quā [nisi velis impudenter eſſe mendax] fateare necesse est te ignoran-
 te: atq; adeo ne cogitante quidem perpetrata eſſe! Sed ideo ſe fortaſſe putat hui⁹ etiam
 necis authorem: quoniam illa cādes quā fecit: iſtius quoq; (tameſi p̄ter ſpem) cauſa
 tamen aliquo modo fuit. Quā in re vos longe alia iudices op̄inor eſſe ſentētia. Neq; enim
 ſi Tyrannum caſu quiſq; aut mente captus occidiſſet: ei Tyrannicidii p̄mium decerne-
 retis: quid ita! Nempe q; inſcius vterq; atq; imprudens occidiſſet: qđ iſtius cauſa eſt aliqua
 to (vt mihi videtur) inferior. Nam ſi alteruter illorum p̄mium peteret: tameſi peteret
 qui peremiſſet ignarus: atq; ideo frustra peteret: peteret tamen: qui peremiſſet. nunc vero
 et iſto neſciente: & nō ab ipſo perēptus eſt. At nihil ego (inquit) neq; caſu neq; imprudēs fe-
 ciſſed filium conſulto trucidauī atq; ita patri volens ac prudens mortis cauſam p̄bui: qui
 (ni ego filiū occidiſſem) adhuc Tyrānus viueret. Age accedā etiā p̄pius. Si tu Tyrannū ag-
 greſſus: vt perimeres: deinde vict⁹ ab eo: p̄iecto etiā gladio: fugeres: atq; is equo te p̄ſequu-
 tus: equo collapſo p̄ceps in gladiū tuū tam oportune caderet: vt eodē trāſfigeret: an nō hic
 poſſes eadē omnia dicere: voluiſſe te videlicet: ac volētē aggreſſum eſſe: volentē igit prudē

Thomæ Mori.

tēq; causas ei mortis attulisse: nā nisi tu illū fuisses adortus: ille nō fuisset occisus. Sed nōne
 vides: vt eadē opa: v'l magis fuga tua gloriari liceat: & ignauia tuā p̄missū perire! nā nisi tu
 fugisses: ille nō cecidisset: nisi tu gladiū turpiter abieciisses: nec trāfixus ille fuisset. Postre-
 mo hac rōne ignauos etiā Tyrānicidas esse liceat. Quēadmodū licet volēs adortus esses vt
 interimeres: tñ post q̄ re isecta fugisses: qđ postea factū eēt: tuū nō iudicaret: licet id factū nō
 fuisset: nisi tu aliqd ante fecisses. Ita etiā si Tyrānū perempturus ascendisti: filiūq; dū p̄rem
 quærīs: occidisti: tñ quū pergere ac p̄ficere qđ inceperas vel timore nō ausus sis: vel negligē-
 tia nolueris: vel casu nō potueris: sed re prorsus infecta redieris: quicqđ inde postea te iscio
 atq; insperate puenit: id a te p̄fectū esse ne dixeris. Siquidē quicqđ tuū dici pōt: ibi desit:
 vbi tu destitisti. At nec istud fortassis ei qđ ipse fecit simile esse cōcedet. Sed mihi hoc pactor
 rursus opponet. Is quē tu pponis nō ea mēte Tyrannū aggressus est vt se postea victo ac fu-
 giente: ille victor dū p̄sequeret: occuberet. Ideoq; qđ nō pposuit: merito suū vocare non pōt.
 At ego eo pposito peremi filiū: vt pater sese dolore cōmorus occideret atq; id facturū aio
 meo p̄cepti: videris iudices: vt nobis illa diuinatōe sua rursus occurrat! Quare⁹ igit ab eo
 quonā pacto p̄senserit! p̄sciuerit ne! an cōiecerit: si se p̄sciuisse r̄ndeant: neminē credo ei cre-
 diturū. Sin cōieciisse: interim nescisse se fateat. Sed opinatū esse tñ: hoc est dubitasse incertū
 fuisse. Postremo qđ aliud q̄ ignorasse! Sed videam⁹ tñ qbus signis: q̄ p̄spicuis argumētis: rē
 tā inopinabilē ita collegerit cūcturā: vt qđ alius nemo sperare potuisset: id ille sibi tanq̄ cer-
 tū atq; ineuitabile pposuerit. Nouerā (inquit) q̄ misere deperibat filiū. Ita ne id tandē adeo
 te certū ac securū reddidit: vt necē eius nō tanq̄ forte secuturā: sed necessario futurā desti-
 naret! Scio iudices haud mediocres illos affectus esse: quos erga liberos parētū pectorib⁹ in-
 scuit natura: neq; tñ aut rātos: aut cuiq̄ tā exploratos esse credideri: vt pmittere sibi ac spō-
 dere audeat (id qđ iste se fecisse narrat) interēpto filio p̄rem vltionē ei comitē futurū. Nā
 quotūsq; ex his quorū fili & vnici & charissimi quotidie vel morbo cadūt: vel dolo pere-
 unt: vel bello occubūt: v'l casu intereūt vsq; adeo moerore cōsternat: vt sibi mortē sua spōte
 cōsciscat! Sed amor (inquit) etiā despatio nō minor occasio desiderādæ mortis accessit. Quā
 obrē obsecro! An tu quū filiū p̄meres: reliquos vna satellites oēs occidisti: nō dices: opinor:
 stragē te tātā fecisse. Ceteros igit adhuc retinebat: opū satis: viriū satis habebat. Quapro-
 pter vno adēpto: quū tot adhuc eēt incolumes: quorū oīa intererat maxie hūc icolumē
 esse: quur ei vsq; adeo desperādū fuit: vt nō ab vrbe sed ex orbe festinaret effugere! An vs-
 q; gentiū viuere quēq; hodie suspicemur: qđ fecisset qđ Tyrānus iste fecit! Quid de aliis q̄ri-
 m⁹ quī te potuis interrogem⁹: quē verisimile ē de te cōiecturā hāc fecisse: & Tyrānū ex aio
 tuo spectasse. Si tibi ergo fili⁹ p̄meret: atq; insup̄ imminere videret nōnullū & fortunæ simul
 et vitæ piculū: nū potius eligeres te comitē filio dare: q̄ mortē illius vlcisci! An temetip̄e ne
 ab aliis occidereris occideres! Certe (vt p te quoq; r̄ndeam⁹) nō faceres. Quō ergo in mētē
 tibi venire potuit: vt qđ nec alii fecerūt: nec q̄q; fecisset: nec tute facturū esses: id Tyrānū
 cogitares facturū! At plane (inquit) cogitabā. Alioquin quur ibi gladiū meū reliquissē! Recte
 nimirū ignauia tuā nos admones. Nā quū hoc dicit iudices: nōne id vobis videt dicere: p̄-
 sensi certe: aliogn cur inde fugissē! qđ em̄ aliud est aliogn cur gladiū ibi reliquissē: q̄ aliogn
 cur inde ablecto gladio turpiter me in pedes dedissē! Nā qđ opus fuit gladiū Tyrāno relin-
 quere! Ne deesset ei scilicet: quo p̄iret! Itane q oīm gladios timet: ipse gladio caret! Qui q̄
 quid habet gladio peperit: gladio possidet: gladio tuet: ei gladius vnq̄ abfuerit! O nouū p̄-
 digiū iudices Tyrān⁹ sine gladio. Neq; illi gladi⁹ defuit: nec iste gladiū ei reliquit: sed abiecit:
 nec futurū qđ euenit: v'l leuissīma cōiectura p̄uidit. Sed postea q̄ i arcē temere (nescio quō)
 perrepsisset: atq; ibi adolescentē (vt est iuuenta sp̄ incautior) solum securū: ac nihil minus
 expectantem: de improviso adortus oppressisset: ac potuisset fortasse progressus vltorius

Declamatio contra Tyrannicidā Lucianicæ respondens.

eadē opera Tyrannum sustulisse: Illico hominem timor inuasit; intuentem ne voce vel gemitu morientis audito: iam tum proditus cōcurrentibus Tyranni satellitibus: caperetur. Iā ante oculos eius obuerfabantur vincula: carcer. tormenta: ac mortes mille: mille supplicia: quorū imaginatione vana perterritus: iā strepitū omnem: omnem sonitū: ac postremo suam ipsius vmbra expauescēs. tam nunc repēte timidus: q̄ ante temerarius: ex arce se proripuit: nec secum gladium saltem tollere ausus est: seu ne esset fuga tardior: seu ne cū ense depræhensus insidiatus fuisset Tyranno diceretur: quo nunc perempto recurrit insolens: & tanq̄ ipse occiderit Tyrannicidii præmium postulat. Age ergo Tyrānum ipsum non quæro an peremeris: hoc tantum quæro: an peremisse potueris! Si non potueris: ergo occasionem non expectastis: locum idoneum non elegistis: tempus oportunitum non captaisti: sed temere sine cōsilio: sine ratione. præceps incepisti: qd̄ perficere nō valuisti. Nec illum ergo te lactēs occidisse: quē te fateris nec potuisse: Sin potueris magnæ profecto vī inertiae vel ignaviae fuit: q̄ non feceris. Immo (inquit) potui sed de industria supersedi. Satis iam fecerā: filium occideram: patrem dōlori suo: & gladio meo reliqui: quo eum sese perempturum prævidi. O inuerecundum: si ista mentiris. O insanum. si nō mētiris: si tam incredibilia sinxisti miramur impudentiam: si tam absurda cogitasti: miramur amentiam. Tu ne adeo eras insanus: vt quū vno ictu potueris: & vitam tuam: & reip. salutem in tuto collocare: malueris omnia dubiis fortunæ casibus exponere: & tibi futurum promittere: qd̄ sanus auderet nemo sperare! q̄ si Tyrannus id voluisset qd̄ tute: haud dubie fecisses: & qd̄ illum quoq; facturum longe verisimilius q̄ quod fecit fuit. Conclamasset satellites: coegisset sicarios: armasset carnifices: ac prolato filii cadauere: & natura crudelis: & tā atroci spectaculo irritatus: iram ac furorē illum effudisset: primum in te: per quem filius occisus: deinde in urbē vniuersam: propter quam occisus est. quæ si contigissent (vt tua dementia propemodum contigerant. Neq; tu miser hodie viueres: qui hoc præmium peteres: neq; nos repp. vllam a qua peti posset haberemus. Sed dii immortales iudices: vota precesq; nostras recordati sūnt dii seruitutis nostræ mala miserati sunt: dii nobis in summis atq; extremis periculis auxiliati sunt. Qui quum semper huic vrbi succurrere statuissent: id potissimum tempus elegerunt: quo maxime nobis beneficium suum commendare possent. Nam Tyrannus q̄q; semper erat molestus: viuentē filio: tamen eo nomine minus grauis incumbēbat ciuib;: ne miseram penitus atq; exhaustam urbem filio reliqueret. At eo trucidato propter qd̄ ante percerat: cui dubiū esse pōt: quin funditus omnia direpturus fuerit. Postq̄ ergo resp. istius primū temeritate: deinde ignauia in extremū illud periculū corruisset: superi tps iam venisse rati: quo perpetuam nobis insculperēt fauoris sui memoriā: oīa mala q̄ tam prope ceruicibus nostris imminebant subito in ipsum Tyranni caput auerterunt. idq; tā celeriter vt citius nos piculo liberatos esse q̄ in periculo fuisse cognouerimus: ne nos interim saltē potuisset discriminis tanti metus virgente. Quis Tyrānū putasset: iudices: reperto filii sui cadauere in se potius q̄ in hac urbē gladiū fuisse versurū: nisi nostri studio superi in propriā illū perniciē: immisissis ei furiis agitassent! Itaq; iā nūc videre mihi videor micantes latronis oculos. obducta supercilia: contractā frontē: genas pallētes. dentes stridentes: labra tumētia. Deniq; qualem pentheum describūt poetæ toto ore: toto vultu suæ prodentem mentis insanīā. Quū primū ingressus filium reperiret occisum: quid illū fecisse: quid clamasse suspicemur! quid aliud q̄ vt impiū atq; dementē: spurcissimorūq; isana in superos euomuisse cōiucia! O deorū iram: o numiriū inuidiā. Video cœlites odii vestri signa: video liuoris atrī vestigia. Nihil vobis viuūt iniquius: nihil ābitiosius: nihil inuidētius. Soli impare: soli regnare vultis: nec satis ppria felicitate cōtenti. sp̄ aliena tabescitis: Quur nō mecū in certamen descēditis! Quur ignauū insidiatorē filio sūmivistis! Ille q̄ quis erat: cū Tyrāno in certamen

Thomæ Mori.

etiam ingredi non ausus est. hoc certe saltē gaudeo: q̄ nemo se poterit Tyrannicidā dicere. Nemo Tyrannicidii prēmii petere. Nemo enim Tyrannū occidet hodie: nisi Tyrānus. Tyrannus ego hodie vel diis inuitis moriar. Huiusmōi ergo deliria quū blaterasset: in gladiū tandē amens ac furiosus incubuit. Tyrannus igit̄ iudices istius gladio: imo nec istius quippe quē ante abiecerat manu quidē suapte sed sola deorū opera perfoſsus iacet. At nunc iste sibi cuius ibi nullæ partes erant: primas vendicat. Itaq̄ qui me Sycophantā vocabas: vide obsecro vter nostrū huic vitio propior est: ego ne: qui tecū hodie pro rep. superisq̄ dimicās prēmii tamen nec victor postulo: an tu potius: qui defertor ac fugitiuus contendis tamen aliis: atq̄ his quidē diis: vincentibus ipse triumphare! Desine desine aliena virtute partam tibi arrogare victoriā. Desine deorum in hāc urbem tam clarum obscurare beneficiū. Desine deorū laudibus obſistere: & ab hac temeraria petitione desiste. q̄ si iste iudices molestus esse perrexerit: vos tamē ipsam rem æquis lancibus expendite. Nam iste quid aliud: q̄ Tyrānū sibi cauere admonuit! Dii ne cauere sibi posset: ne insidiis āplius opus esset effecerūt. Iste qd̄ aliud: q̄ gladio suo Tyrannū in nos oēs armauit! Dii gladiū illū a nobis in Tyranni turgulū retorserunt: iste quid aliud deniq̄: q̄ vniuersā urbē in summū periculū demētia sua cōfecit! Dii corrigētes istius insaniā: discriminē illud subito ī prosperrimā securitatē cōuerterūt. Vos ergo iudices p̄ deos imortales obtestor: p̄ deos huius charissimæ libertatis: hui⁹ insperata felicitatis auctores: ne (qd̄ nobis deorū oīm consilio ac virtute successit) id vos vnus hōis amentia referri sinatis acceptū: neue hāc urbē vnq̄ in deos liberatores tā ingratā esse: neue patiamini vt salutē suam debere se potius humanæ temeritati q̄ deorū benignitati fateatur: quos ita demum sperare licet futuros semper huic urbī propitios: si nos eorum quæ contulere memores: eos (vti æquum est) beneficiorum suorum recognoscamus auctores. Alioquin si nos (quod absit) ingrati quæ ab illis profecta sunt: in alios referam⁹: gratiamq̄ superis debitam impendamus hominibus: vicissim hercle metuendū est. ne dii quoq̄ suum erga nos fauorem imminuant ac respu. nostræ curam: vt indigne quæ ab illis curetur: abiliant. Quamobrem vt aliquando finem dicendi faciam: quandoquidē iste peccauit officio: & bono animo male fecit: dii vero eius peccatū in cōmoda nostra verterunt: ac dii quidem coegerunt: sed se tamen tyrannus interfecit: tum prēmii qui coegere non petunt: petere autem qui peremit non potest: vos sententiis vestris iudices & huic veniam: & superis gratiam decernite: & urbem ab huius prēmii debito quo eam liberam esse dii voluerunt: absoluite.

Dixi.

Declamationis Thomæ Mori aduersus tyrannicidam: Finis.

ASCENSIVS MORO SVO. S.D.

Laudabunt alii clarum vi laudis Erasimum:

Dulcisonaq̄ lyra grandisonaq̄ tuba.

At te si merita celebrarent More / camœna:

Multum sudarent Flaccus & ipse Maro.

Tu siquidem illustreis olimiam Marte Britannos:

Ditasti Latio protinus eloquio.

Ex officina Ascensiana ad Idus Nouemb. MDVI.

E Luciano Tyrannicida

vnuerſi internicio ac totius mali radicibus exciſio. Ac nūc per deos omnia mihi ab initio in finem uſq; (ſi uidetur) excutite: an p̄termiſſum quicq; ad implēdam legem fuerit: & an qcq; mihi defuit: quod ad eſſe tyrannicidæ debuit. Ante omnia igitur animū ad eſſe generoſum decet: atq; reipu. ſtudioſum: paratumq; pericula pro cōmuni cōmodo ſubire: ac ppria morare multorum ſalutem redimere: Ergo ad id mihi quicq; defuit An animo fractus ſum? An picula proſpiciens per quæ mihi vadendum erat detractaui? Non id dixeris. Manē ergo in hoc ſolo: ac me finge ex eo ſolo q; voluit: atq; iſto conſilio fui: etiā ſi nihil inde boni proueniſſet: tamē ob mentē ipſam: aſſurgentem præmium tanq̄ bene merentem petere. quum tamē ego non potuerim ſed alius me ſecutus tyrannum occiderit. abſonum (dic mihi) aut abſurdum eſſet: tribuere: maximeq; ſi dicerem. O viri: volui cupiui. aggreſſus ſum atq; animi mei ſigna dedi. Solus honore dignus ſum. quid tum? Nunc vero non id dico. ſed & aſcēdi: & periclitatus ſum: atq; innumerabilia priuſq; adoleſcentem peremeram feci: neq; enim rē uſq; adeo facilem eſſe ſuſpicemini: cuſtodiam ſuperare: ac ſatellitēs opprimere: vnūq; tot viros auertere: ſed ferme maximum in tyrannicidio atq; ipſum rei caput iſtud eſt. Nam ipſe quidem tyrannus: non magnum opus eſt neq; magno negotio conficiendum: neq; expugnatū difficile. Sed ea potius quæ muniunt ac tuentur tyrannidem: quæ qui vicerit: ſis omnia per egerit. nam reliquum quidem parum eſt. Si quidem iſtud ad tyrannum uſq; penetrare: nequaquā licuiſſet mihi: niſi cuſtodum qui eos cingunt ac ſatellitum omnium victori: ac niſi eos omēs prius deuiciſſem. Nihil amplius adiſcio. Sed iis rursus immoror Cuſtodias ſuperaui: ſatellites in quā: tyrannū incuſtoditum: inermem: nudū reddidi. ob hæc ne honore tibi dignus videor? An adhuc a me cædem poſtulas? Atqui ſi cædem etiam quæris: nec iſtud quidem de eſt. Neq; enim incruentus ſum: ſed perpetravi magnam ac nobilem necem Iuuenis florentis atq; omnibus metuendi: per quem etiam ille tutus ab inſidiis erat: quo ſolo conſiſſe debet: q; multorū loco ſatellitū ſuffecit. Quid tū ergo: nū præmio dignus ſum? nū tantarū rerum honore fraudabor? Quid enim ſi ſatellitē vnū: ſi miniſtrū quēplā tyrāni pemiſſem? quid ſi ſeruū honoratiorē? an non magnū etiā hoc tibi videretur: aſcendere atq; in media arce in mediis armis: aliquem ex amicis tyranni conficere? Nunc autē etiā illū qui pemptus eſt conſydera. filius erat tyranni: immo tyrannus grauior: ac dominus inclementior: & tortor crudelior: extortor violentior. Tum (quod maximū fuit) hæres omnium atq; ſucceſſor. Poſtremoq; in longū poterat noſtras calamitates extēdere. Viſ ne hoc me ſolū feciſſe Tyrannū autē ipſum adhuc ereptū fuga viuere? Munus ob iſta peto. quid dicitis? non dabitis? Non illū quoq; ſuſcepistiſ: non dominus? non grauis? non intolerandus erat? Nunc vero etiam caput ipſum intelligite. Quod enim iſte a me flagitat: id q̄ optime fieri potuit: peregi ac tyrannū alterius nece necaui. non vulgariter neq; vno ſctu: quod illi poſt tot ſclerā maxime fuit optandū. Sed dolore multo prius exagitans: & in oculis oſtendens miſere proſtrata: quæ illi fuerant chariſſima: filiū q̄q; malū tū ætate florētem: ac patri ſimilē: ſanguine ac tabo plēnū. Hæc ſunt patrū vulnera: hi legitimorū tyrannicidarū gladii: Hæc tyrannis crudelibus digna mors Hoc ſupplicii ſcleribus tantis debitū Nā illico mori: illico neſcire: nullū tale ſpectaculū cernere: nihil habet tyrānica poena dignū. Nō em̄ ignorabā (te appello) non inq; ignorabā: immo nec alius quiſq; quantū ille erga filiū gerebat affectū: & q; poſt illum viuere ne paululū quidē dignaretur. Atq; omēs fortaſſe patres ſunt in filios eiſmodi. At hic certe aliquid ſupra cæteros habebat idq; merito: quippe qui illū ſolū videbat ducem: ſeruatoreq; tyrannidis: ſolūq; pericula patris præoccupantē ac firmitatē impio pſtanti. Vnde etiā q̄q; nō ob amorē at ob deſperationē ſaltē ſtatim illū ſciebā moriturū: quum cogitaret: inutilem ſibi virā futurā: ſecuritate quā illi filius p̄bebat ablata. Omnibus igitur illū ſimul circūſepſi: natura: dolore: deſperatione: terrore: ac temporū etiā futurorū metu.

Thomæ Mori.

His in illū cōmilitonibus vsus sum: & ad vltimū illud cōsiliū coegi. Interit nobis orbis: afflictus: dolens: lachrymans: luctū lugens: breuē quidē: sed qui patri sufficiat: & quod grauiſſimum est: ipse a seipſo: quod mortis genus omniū est miserrimū multoq; acerbius q̄ si inferatur ab alio. Vbi mihi gladius est: num quis illū agnoscat alius: nū cuiusq; alteri? telum est: Quis illū in arcē duxit? Ante tyrannū quis vsus est? quis illū tyranno misit? o ensis me cum cōicans: rerū a me bene gestarū successor: post tot discrimina: post tot mortes despici-mur: & indigni præmio videmur. Si enī ob istud solū hunc a vobis honorē pererē: si dicerē: o viri tyranno mortē cupienti: ac rū inermi forte dephensio: meus iste subseruit gladius: atq; operā suā ad consequendā libertatē cōmodauit omnibus: honore ac p̄mio indignū pu-tassetis: dominū tā popularis rei nō retraliassetis: nō inter benefactores inscripſissetis: nō inter sacra gladiū ipsum reposuissetis: non secundū deos illū coluissetis! Nunc me cōgi-tate: qualia tyrannū ipsum ante mortē & fecisse & dixisse sit verisimile: quū filiū perimerē ac vulneribus multis in parte corporis cōspicua perfoderē: quo videlicet genitor vreretur atq; aspectu primo stupeſceret: miserabiliter exclamauit atq; inclamauit patrē: non vt auxi-liator esset: aut cōmilito: quippe qui iam senex erat: atq; inualidus: Sed domesticorū malo rum spectator. Ego illinc digredior: totius quidem tragediæ author. Reliqui vero histrio-ni cadauer: & scēnā: & ensem: ac cætera quæ fabulæ superant. At ille quū adesset: ac videret filium quem habebat vnicū: vix respirantē: lacertū ac morte plenū: vulnera quoq; illa densa ac multa & letalia gerentem: sic exclamauit o nate: sublati sumus: interēpti sumus: tyrāni cæsi sum? vbi iste interfector est? ad quid mihi parcit? cui me referuat malo: p te iam fili præmortuum: nisi me forte: vtpote senē: contēnit & lente me perimere decreuit ac mor-tem mihi producat vt necem mihi faciat longiorē. Et simul ista dicēs: ensem quærebat: ipse autem erat inermis: vt qui omnem in filio spem reposuerat. At ne is quidem defuit: iamdu dum enim a me ante p̄paratus erat: atq; ad facinus futurū relictus. ergo ex corpore euellēs & ex vulnere gladium eximens iamdudum me occidisti: peremisti nunc vero mihi finē fa-cito. o ensis inquit patri lugenti consolator veni: atq; infelicem senis manum adiutua. iugu-la tyrānū: pime: ac luctu solue. Vtinā in te prior incidissem. vtinā ordinē cordis incepissem cecidissem quidem: at vt tyrānus tantum: at vltorē sperans. nunc vero vt orbis: nūc vero vt etiam carnificis egens: & hæc simul dicens: vulnus intulit tremulus: impotens: cupiens quidem: iualidus tamen ad facinoris ministerium. Quot sunt ista supplicia? quot vulnera? quot mortes? Quot tyrannicidia? quot præmia? Ex tandem vidisti omnes iacentem iuue-nem: op? neq; paruum: neq; facile. Senē vero illi circūfusus: cruorem vtriusq; inharētem: atq; illam libertatis & victoriæ parentem libitinā & nostri ensis operam. Ensem vero ipsum inter vtrumq; monstratum: declarantem q̄ non indignus domino sit: testantemq; quod mihi sit fideliter obsequutus. Hoc si ergo fecissem: obscurius fuisset: nunc vero redditur ipsa nouitate splendidus. Qui tyrannidem ergo omnem sustuli: ego sum: opus aut in mul-tos distributum est. quemadmodū in fabula. Atq; egi primas quidem partes ego: secundas vero filius: Tertias tyrannus ipse: ensis autem subseruit omnibus.

FINIS Tyrannicidæ Thomæ Moro interprete.